ii. Reg. cium. propterea Thobias iunior Raphaelis angeli beneficia patri referēs dicebat:quam mer
vii. cedem dabimus ei:aut quid dignū poterit eſſe beneficiis eius: & Dauid plurimis etiam cōme
Pſalmo moratis in ſe dei beneficiis dicebat: quid ergo addere poterit adhuc Dauid ut loquatur ad te:
cxv. & alibi. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi. C
Thob. ¶Aliam quoq; occultandi ſe cauſam habuiſſe credi poteſt Elizabet initio imprægnationis
vi. ſuæ. Ne ſcilicet præ nimio gaudio inſperati beneficii apud uicinas præmature gloriaretur. So
Daniel. lēt eñ quemadmodum triſtitiæ:ita & lætitiæ uehemētiora eſſe initia. propterea triduo a ſpon
xiiii. ſæ concubitu abſtinēdum Thobiam Raphael docuit. ſicuti &.vii.die Danielem ut lugeret :
Cyrus ad lacum leonum acceſſit/eam igitur ob cauſam ſe domi per eos quinq; menſes conti
nebat Elizabet:quoad ſuccedēte tempore exceſſus ille gaudii inſenſitiua/humanaq; parte re
miſſior:& in ſpirituali fieret intenſior. & hoc eſt:quod in parabola regnum cœlorum theſau/
ro abſcondito in agro Chriſtus comparauit : quod prudens paterfamilias abſcondit. In agro
Matth. enī abſconditus Theſaurus/eſt:cœleſtiū donorum in anima noſtra incluſa multitudo quam
xiii. ab humanis abſcondere debemus laudibus & applauſu. & alia item parabola de drachma in/
Lucæ. uenta nos idem admonet. neq; enim prius uicinas conuocat:q̃ illam inuenerit/& apud ſe ha/
xvi. buerit:licet & in ea perquirenda laborando meteri illam haud ſit ambigendum. Iſta igitur
mulier/quæ in uia eſt drachmæ.i. ſalutis inueniendæ/intetea ſola labori uacare debet : & ſol/
licitudini:quemadmodum & qui in uia pœnitentiæ perſeuerant . adepta autem perfectionis/
quæ per drachmam ſignificatur/gratia : uicinas ſuas conuocare : & illas/ut ſibi congratulen/
tur/inuitare non impune modo poteſt : Verum etiam ſeruata humilitatis norma tenetur : &
Pſalmo cum propheta dicere:Magnificate dominum mecum.
xxxiii. ¶Quod autem uxor pro beneficio/quod nō ſibi/ſed uiro promiſſum fuerat/laudes ſola red
didiſſe:& ſola a Maria uiſitata fuiſſe:referatur:q; q; uiro/ex quo conceperat/nihil, in hac par/
te tribuat:ſed & dominum tantum gratiæ largitorem:& ſe pro illa prædicet obnoxiam : non
eſt admiratione dignum. Sterilitatis enim non uir eius: ſed ipſa Elizabet inurebatur infamia :
Eſa.iiii. quā a ſe auferri illam & deſideraſſe credendum eſt & oraſſe . Illarum ſeptem mulierū exēplo
i.Re.i. quæ appræhendentes uirum unum dicebant; Aufer opprobrium noſtrum. & illius itē Annæ :

Moralitas. quæ Samuelē genuit.nec rurſus: mariti uirtute/quem eneruatum cognoſcebat eſſe ſenio con
cepiſſe ſe arbitrabatur.propterea in dei gloriam referebat omnia. Idq; nobis ad moralem
ſenſum ſingula trahentibus oſtendere uidetur:Pœnitentem cum ſanctæ perſeuerantiæ uiam
ingreſſo infirma caro:illiq; adhærens inferior ſenſus ad continentiæ ſanctæq; pœnitentiæ aſ
peram percurrendam uiā ſe reddit obſequētem:fitq; ex diuturna abſtinentia robuſtior/quē/
admodum Danieli & duobus reliquis pueris in lege dei perſiſtentibus legim⁹ contigiſſe: hanc Dāiel.i.
uirtutem neq; corpori:neq; etiam ſuperiori animæ portioni:ſed deo debere tribuere ſoli.Et
cum ſpiritus ipſe ſuperior ad diuina ſuſcipienda fuerit ſemper paratior:in ſenſuali & illi con
iuncta/quæ inferiora metitur/rationali portione diuinam maxime operatam eſſe uirtutem
profiteri.propterea in Pſal.dicitur. Vxor tua ſicut uitis abundās in lateribus dom⁹ tuæ.Per Pſalmo
uxorem/inferiorem hanc/de qua loquimur/exprimere uolens animæ portionem ¶ Eadem cxxvii.
quoq; ratione Mariam.i.animam perfectam ad hanc Elizabet ſalutandam:non ad eius uirum
ueniſſe in ſequentibus demōſtrabitur.Cū maior ad hanc infirmiorē uirtutem confortandam
procuratio maiorq; requiratur induſtria.& ob id quinq; menſibus poſt īprægnatiōem exactis
Maria Chriſto fæcundata ad eam uiſitandum uenit:Quod/quid aliud eſt: quā pœnitentem/
quinq; corporis ſenſibus debito tēpore in ieiuniis/orationibus/uigiliis/cæteriſq; pietatis ope
ribus exercitis & afflictis:cum iam fœtus i.gratia/quam in utero id eſt i mēte geſtabat/ad cæ
tera pœnitentiæ munera obeunda robuſtior eſſet effectus corroborante gr̄a confirmari:tunc
enim maxime ad Elizabet.i.pœnitentem animam in ſancta perſeuerantia(ut prediximus)cō
fortandam Mariam non expectato partu.i.animam timoratam/& perfectam: aut gratiā dei
eius ſpiritum illuminantem/uenire oportebat:Cuius aduentu/non modo effecta eſt ad om/
nia pœnitentiæ/pietatiſq; opera robuſtior: Verum etiam Prophetiæ ſpiritu ex uirtute uiſitā
tis:& eius/quem in utero geſtabat/Saluatoris impleta: Neutiq; tamen ad profunda myſteria
uel explicanda/uel audienda/ex hac uiſitatione/facta eſt Elizabeth idonea.Gratiam enī tan/
tum per fidē in Maria cognouiſſe dicitur:& per ſpem futuram illi fælicitatem prædixiſſe:quæ
ſunt pœnitenti/q̄q̄ adhuc infirmiori/neceſſaria. Decurſo autem prægnaturæ tēpore: Ioāneq;
in lucem edito:Zacharias.i.ſenſus ille ſuperior altiora myſteria longe apertius profuſiuſq;/
Moralitas. quēadmodū ſuo loco dicemus/ſpiritu ſancto ſuggerente/pronunciauit:Per quod abſq; du/
bio pœnitentes admonētur:ne/ licet poſt qualēcūq; penitētiæ fructum aliqua ſe pcipiant ſpi/
rituali gratia/& roboratos/& auctos:altiora tamen:donec impleto tempore:quærant quem/
admodū nec prudentes nautæ ſedata ſtatim maris tempeſtate:dū ad huc prioribus agitationi/
D bus commoti fluctus exæſtuant/alto ſe laxatis uelis cōmittunt. Sed ſecuriora tenentes loca: Matth.
placidas undas:deſideratoſq; expectant uētos. Nam & Petrus licet.magna fide ſuper undas xiiii.
uiſo ſaluatore aliquantiſper ambulaſſet:prius tamen q̄ ad eum peruenire poſſet:fragilitate
humana fidem debilitante mergi cœpit.nec niſi manū illi Chriſtus porrexiſſet.emergere po
tuiſſet.Multo ergo prudentius feciſſe cæteri iudicandi ſunt:qui non uſq; adeo de propria cō/
fiſi. uirtute nauigio ad Chriſtum in ripa ſtantem peruenere:Ad quem inter undas laborioſæ
uitæ ſanctarū operationū remigio:aut ſuper undas contemplationis leuitate.ſicco ab huius
ſæculi fluctibus ueſtigio puenire idem ipſe concedat:qui & nauis.i.militātis eccleſiæ dux atq;
inſtitutor eſt ppetuus:& mari ac uentis/carnis ſcilicet & dæmonū tētationibus & imperare po
teſt:& imploratus ſolet. Cui cum patre & ſpiritu ſancto omnis honor ſit & gloria in ſæcula
ſæculorum. Amen.

TRACTATVS SECVNDVS.

E GEnerationē præcurſoris prius etiā q̄ naſceretur: ſubſequi debuit generatio
Saluatoris:ut dies diei uerbum eructaret.& cōnexitate præcūtium myſterio
rum redemptionis noſtræ memorabile ſacramentū ad fidelium confirmatio
nem:& confutationē incredulorū probabilius/manifeſtiuſq; redderetur:So/
lis enim radios aurora:& tonitruum fulgura prænunciant:& ultimū redem/
ptoris aduentū plurima/maximaq; ſigna prænunciatura ipſius Chriſti teſti Matth.
monio didicimus.Quin & ad Antichriſti ſuperbiam/diabolicāq; ſuperſtitionē:& pernicioſiſ xxiiii.&
ſimā mortalibus doctrinā conuincēdā: confutandāq;:& æterni iudicis aduentum pnunciandū Marci.
duo illi ueteris teſtamenti pceres alter naturæ:ſcripturæ alter legibus armatus.ex paradiſi de xiii.
litiarū uelut hic ex materni uteri clauſtris:ſunt prodituri:tametſi eum/qui ad redimēdum hu Apocal.
manum genus:peccatiq; chirographū ſuo ſanguine abolendum/& gratiam ac ſalutem oib⁹ xi.

paſſim tribuendum uenerat/alterins prorſus naturæ/atq; conditionis præcurſorem præcede
re par ſit:q̃ enm qui ueniet ad iudicandum. Verum alterius hæc cū ſint ſpeculationis:in aliud
quoq; tempus ſunt referenda : & ad ipſum/quod Euangelicus textus deſcribit/incarnationis
dominicæ/myſterium ſermo atq; animus cōuertendus. neq; circa ea/quæ ad litteralem ſen/
ſum pertinent/diutius eſt immorandum/ quādoquidem a ſacris doctoribus abunde ſunt diſ
cuſſa. Sed ad moralem intelligentiam noſtram tota mentis acie eſt properandum.
¶Neq; enim imprimis caſu factum putare debemus/aut ocioſe ab Euangeliſta narratum : ꝙ Quæſtio ſu
menſe ab præcurſoris generatione ſexto īcarnari ſaluator ipſe uoluerit. Cuius rei cū a ſacris per lſam.
doctoribus nonnullæ iuxta litteralem:hiſtoricūq; ſenſum:probabiles ſanæ & argutæ afferan
tur rationes: Iuxta eam/quā preaſſumpſimus/moralem intelligentiam aliæ ſunt exquirēdæ.
Cur igitur non ab alicuius terreni Principis imperio : aut hypocritæ Sacerdotis pontificatu/
quēadmodum iu annunciatione generationis præcurſoris factum eſt/Sed ab ipſius ꝑcurſoris
cōceptione tempus auſpicari Lucas uoluerit: ꝓcedenti tractatu a nobis eſt oſtenſum. Cur autē
ſextus potius menſis:q̃ prior poſteriorue ſit obſeruatus: in ſequentibus aperiemus, dum illa
Gabrielis explanabimus uerba. Et hic menſis eſt ſextus.
¶Cæterum & anni tēpus quale in utriuſq; myſterii ſacramento fuerit:conſiderare erit(ni fal A
lor)operæ precium. Annunciata eſt ſiquidem præcurſoris conceptio : atq; natiuiras circiter Tēpus annū
Septēbris menſis exitum. Saluatoris uero non longe a martii fine. Cum itaq; Ioānes gratiam ciate conce/
corroborantem:& Ieſus ꝓficientem:nobis iuxta ſenſum ꝓdictum repræſentēt:qd aliud eſt ad ptionis ꝑcur
ſeptēbris exitum:quæ eſt autumni paulo minus pars media/Ioannē eſſe cōceptū/q̃ pœnitētē ſoris & Sal/
qui in peccatorū cœno inſorduerat/tūc demū diuina corroborari gratia:cū exacto ueris.i.pri uatoris qua
mæ iuuētutis flore/& æſtatis.i.robuſtioris ætatis ardore mitigato:ad autumni ꝑuenit tēpus ratiōe diuer
Pſalmo quo & folia ex arboribus decidūt:& imbribus:uentiſq; refrigeſcit aer.i.cū iuuenilis decor:& ſum.
xxxviii. uirile iā fathiſcit robur : libidinūq; fomites/ atq; incētiua refrigeſcūt. Propterea petebat Pſal
Ezech. miſta. Remitte mihi ut refrigerer prius q̃ abeā. De hac aūt ætate/quæ eſt inter ortū hoīs & oc
xxviii. caſum media/dicebat Ezechias: Ego dixi in dimidio dierū meorū uadā ad portas inferi. dimi/ B
dium enim anni quēadmodū eſt in ſeptēbri: ſic hoīs ætas:cū exacta adoleſcentia & iuuentute Aetas ſenilis
ad ſenectā uergit: Raro em̄ ante illā ætatē pœnitētis perſeuerantia perſpicua eſſe poteſt:cum ad opa pœni
præcedens omnibus ſit tentationibus obnoxia. dicēte Propheta: Sæpe expugnauerunt me a tentiæ/ Iune
Pſalmo iuuētute mea. Propterea Saipentia dicebat: Tria eſſe ſibi incognita:ſed quartū ſe penit⁹ igno nili ætate lō
cxxviii. rare/uiam. ſcilicet hoīs ī adoleſcētia. Et iccirco ſupplex orabat Propheta:ne iuuētutis ſuæ de ge ē aptior.
ꝓuerbi. lictorū memor eſſet deus. Sed ſenectus ipſa ad diſciplinam & rectā uiuēdi normā longe eſt ac
xxx. cōmodatiſſima. & ob id dicit Propheta: Senectus mea in miſericordia uberi. Et Salomon: cani
Pſalmo eni ſunt ſenſus hoīs/& ætas ſenectutis uita īmaculata. Et alibi. In antiquis eſt Sapientia:& in C
xxxiiii. multo tēpore Prudentia. Has autē ætates non ab annorum numero:ſed ab operationū quali/ Aetas ex opi
Pſal.xci tate metimur: quemadmodum & eodem loco Sapiētia teſtatur. Senectus(inquit)uenerabilis bus iudicat᷑.
Sap.iiii. eſt,nō diuturnitate neq; numero ānorum computata. Et in Iob legitur. Sperabam ꝙ annorū
ꝓuerbi. multitudo doceret ſapientiā:ſed/ut uideo/ſpiritus eſt ī hominib⁹ & inſpiratio oīpotentis dat
xii. ſapiētiā. Et iccirco dicit Sapiētia: melior eſt puer paup & ſapiēs: rege ſene & ſtulto In quacūq;
Iob. igitur ætate peccet homo: iuuenis iudicand⁹ eſt:& cum reſipiſcit:& pœnitentiam agit: ſenectu
xxxii. tem ingredi: peracta uero pœnitentia. uitæ curſum conſummaſſe: quēadmodū poſt exactum D
Eccleſi. autumnū/in qua Ioannes cōceptus eſt/hyems/quæ omnia mortificat: ſubſequitur/aſpera ſa/ De quattuor
iiii. ne & hirſuta: per quam trāſire pœnitentem oportet: ut Ioannem/quem concepit.i.perſeuerā anni tpibus.
Io.x. tiæ fortitudiniſq; gratiā parere ſuo tempore poſſit. & hæc eſt illa hyems: in qua Ioannes Ence Moralitas.
Matth. nia.i.innouationem: uitæ ſcilicet & morū facta eſſe dicit:& illa etiā de qua Saluator dicit: caue
xxiiii.& te ne fuga ueſtra fiat in hyeme.i.tempore pœnitentiæ prius q̃ ſit completa. De qua etiā loqui
Marci. tur Propheta dum dicit: Ne reuoces me in dimidio dierū meorum: ſcilicet in tempore pœnitē
xiii. tiæ/prius q̃ ſit completa. ſicut enim ī hyeme terra ex aeris frigiditate congelatur:& calor ab
Pſalmo frigido ſidere exteriori ad interiora cogitur: quo ſatæ fruges & ſeruantur:& ad renouationē
ci. mortificātur. ſic pœnitentes exterioris diſciplinæ: atq; macerationis aſpitate corporis ſenſus
Pſalmo mortificāt. Iuxta uerbum prophetæ: Propter te mortificamur tota die. ut uberioris gratiæ ſe
cxlvi mē in ipſo autumno: hoc eſt cōuerſionis initio: intra terræ uiſcera.i.intra cordis penetralia: ab
ſconditum: interiori calore charitatis ſcilicet feruore foueatur. & ut mortuū ac putrefactū:id
eſt per humilitatis rigorē in ipſam terrā.i.mentē humanā confuſum & reſolutum: naturæ ui
occulta.i.diuina nemini cognita uirtute ſegetē multo plura grana ferētem ueris tēpore exue
Io.xii. gat: Saluatore dicente, Niſi granū frumenti cadens ī terrā mortuū fuerit: ipſum ſolū manet.

ſi autẽ mortuũ fuerit:multũ fructũ affert. Et illud itẽ eſt ſemẽ: qđ in bonã terrã iactum fructũ Lucæ.
plurimũ retulit/Sed & quẽadmodũ poſt exactã hyemẽ ante fructuũ collectionẽ:uer quoq; & viii.
æſtatis partẽ tranſire oportet:Ita & ante huius gratiæ ortũ poſt aſperioris pœnitentiæ curſũ
in nouũ hominẽ.i.in priſtinã & naturalẽ innocẽtiã renouari uirtutũq; flore pullulare oportet
pœnitẽtẽ:& ĩ charitatis operibus cũ fidei feruore maturari:ſicut in uere cũcta renouant terræ Iob.
germina:& in æſtate augeſcẽte ſolis calore maturantur. De hac autem ueris renouatione in xxxiii.
Iob legitur.cõſumpta eſt caro a ſuppliciis. reuertatur autẽ dies adoleſcentiæ ſuæ:& in Pſal. Pſalmo
dicitur:Refloruit caro mea. Et per apoſtolũ:Gauiſus autẽ in domino uehementer:quoniam xxvii.
tandẽ aliquãdo refloruiſtis. Et alibi: Renouamini ſpiritu mẽtis ueſtræ &c.de maturitate autẽ ad Eph.
E Saluator loquitur dum dicit. Videte regiões quia albæ ſunt ad meſſem. iiii.
¶ Verum prius q̃ Ioãnes iſte ſenſum aliquẽ uitalẽ oſtendat.i.prius q̃ uirtutem ſpiritualis mi Ad Phi
ſericordiæ ſentire poſſit:Mariæ Ieſum in utero ferentis: ſalutatiõe in ipſo ueris tẽpore opus ẽ lip.iiii.
ideſt gratia illuminante et ſalutispremia demõſtrante:qua ſane ſalutatione.i.coadiuuante cor Io.iiii.
roboranteq; gratia:cõfortať Elizabeth.i. penitens roboratur: & Ioannes in eius utero exci/
tatur.i.gratia præueniens ſeu iuſtificans adaugetur ita ut adueniente æſtatis hoc eſt colligẽ/
doq; fructuũ tpe/quo calor eſt intẽſior:& proinde charitas in pœnitente feruentior/ipſius
Elizabeth part⁹.i. gartiæ diuiuæ plenitudo ſubſequatur.per quam aut pfectionis ſtatus in uia
tore:aut æterna beatitudo in patria denotatur.aut ſecundũ aliũ ſenſum ſtatus dũtaxat pœni/ Matth.
tentis/qui proficientis initiũ eſt/cõſummatio. Ita/quæ in autumno cœpit/gratia:per hyemẽ xxiiii.
mortificata carne:in uere reſurgens:ac pullulans:æſtate maturata fructũ profert huberrimũ. Marci.
Hæc eſt enim illa æſtas de qua per ſaluatorẽ dicitur:Cũ uideritis arbores ramos emitere:& fru xiii. &
F ctum ferre:tunc dicitis quia prope eſt æſtas. Lu.xxi.
¶ In ſaluatoris autẽ conceptione natiuitateq; aliũ temporũ ordinẽ huic prorſus contrarium
ſeruatum intuemur.ille quidẽ uere cõceptus & hyeme natus perhibetur.nec ſane mirum:ab
eo quippe/qui ab ineunte ætate:in diuinis mãdatis iuxta humanam fragilitatẽ ſeſe exercuit/
qui per Mariam repreſentatur/ad eum/qui iuuentutem omnem uoluptatibus addixit et in
ſenectute pœnitet:/quem Zacharias & Elizabeth exprimunt longe diuerſa eſt ratio. hic enim
in uere.i.in prima ætate ſtatim gratiã diuinã concepit.de quo dicitur in Pſal. Domine docuiſti Pſalmo
me a iuuentute mea & uſq; in ſenectam & ſenium. Et alius item propheta dicit:Bonũ eſt uiro lxx.
ſi portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: dehinc per ſingula anni tempora recto ſemper ordi Treno.
ne pergit.nam æſtate/uirili ſcilicet ætate:feruore charitatis accenſus prædicationis/doctrinæ iii.
aut aliorum piorum operum fructum producit. Antumno uero.i.appetente ſenectute poſt re
cõditos priores fructus/nouiſſimos quoq; colligit/& noua terræ ſemina mandat: media autẽ
hyeme:quando neq; coli:neq; ſeminari.neq; colligi amplius fructus ex terra poſſunt.i.cũ pœ
nitentiæ & charitatis opera laſſeſſentibus corporis uiribus nequeunt amplius commode ex/
erceri.ſeminatis atq; collectis & in horrea conditis per ſuperiota anni tempora fructibus:ĩ pa
ce atq; ocio fruitur. Hic eſt enim quem ſapiens formicæ comparat:quæ ĩ æſtate congregat qđ puer.vi
comedat in hyeme.i.qui in omni uita præſenti circa pietatis opera ſe exercet.ut in tempore q &.xxx.
etis mercedem/fructumq; laborum recipiat.tunc enim ſecundum hunc ſenſum:Ieſus id eſt
ſalus nobis naſcitur:cũ exacto in dei mãdatis peregrinationis noſtræ curriculo ad æternam ſa
lutem:quietiſq; patriam reuocamur.de quaiu hæc uerba loquitur btũs Paulus Apoſtolus: ii. Ad
Ego enim iam delibor:tempus reſolutionis meæ inſtat:bonum certamen certaui.curſum cõ Thi.iiii
G ſũmaui:fidem ſeruaui.in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ. ¶ Neq; hic aliqua uiſitatio
ne ad renouationem indiget.quippe qui ſua ſponte ex ui gratiæ prioris de uirtute in uirtutẽ
proficiẽs. ætatem omnem eodem tenore percurrit.nec tãto longe indiget auxilio :q̃to quĩ a
uitiis tranſire cupiunt ad uirtutẽ:extremo quippe de aliquo ad aliud pſertim cõtrariũ natura
ipſa difficilem reddit tranſitum: ita ut Propheta hanc mutationem/utpote quæ naturali uir/
H tute fieri nequeat/excelſi dei ſcilicet dextræ totã tribuat.& epuloni inter flammas æſtuanti Pſalmo
Qui pfectio Abraam ræſpondit: Inter uos & nos magnum chaos cõſtitutum eſt: ita ut tranſire neutris lxxvi.
ne appropin ad alteros liceat. Solet eñi impi⁹ humani generis hoſtis iis/qui proximi ſunt brauio/impedi/ Lucæ.
quant/tẽpta menta parare fortiora/quemadmodum ex Iob hiſtoria perſpicue cerni poteſt. Sed & Chriſtũ xvi.
tionib⁹ plus ipſum poſt baptiſmi purificationem:& ieiunii contemplationiſq; diuturnitatem tentandum Mat.iiii
cæteris ſunt maxime putauit. Propterea dicit ſapientia:fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſtitia/& ti/ Eccli.ii.
obnoxii ſed more:& ppara te ad tentationem. Et apoſtolus:Omnes qui pie uiuere uolunt in Chriſto:perſe ii. Ad
diuia gratia cutionem patiuntur iuxta qđ de muto illo dæmonio quod Apoſtoli eiicere nequerãt legitur: Thi.iii.
illis pſto eſt. q cũ puer/quẽ uexabat/Ieſu appropinquaſſet:illũ uehementi⁹ afflixit. Iccirco eo potiſſimũ Mar.ix.
tempore

tempore diuina ope indiget pœnitens: quo macerationis/mortificationiſq; iter emenſus ad
brauii præmium cernitur appropinquare. Nec illi dum in fide perſiſtat: & de diuina miſericor
Pſalmo dia non deſperet: deeſſe auxilio ſi imploretur is poteſt: qui per Prophetā dicit. Prope eſt Do/
xliiii. minus inuocantibus eum. quinimmo non uocatus tribulationem patientibus & ſuſtinere pro
Pſalmo humanæ condicionis fragilitate adnitentibus ultro ſeſe offert/dicēte Pſalmiſta. Iuxta eſt Do
xxxiii. minus his qui tribulato ſunt corde. quēadmodum in mari procella agitatis dicipulis & remi/
Io.vi. gio aduerſus uim uenti incūbentibus apparuiſſe Chriſtus legitur. & ad terram/id eſt quietem
Matth. nauim cōfeſtim nutu ſolo traxiſſe. & alibi etiam quotiens eos in mari huius ſcilicet ſæculi flu
viii. & ctibus uentis tentationum agitatos legimus, totiens illis auxilio fuiſſe: tempeſtateſq; ſedaſſe
xiiii. Euangelica ſcriptura commemorat. nonnunq̄ etiam non uocatum.
Mar. iiii ¶ Cur autem in medio eorum: (quæ prædiximus) anni temporum & concipi & naſci tam præ
&.vi. curſorem q̄ ſaluatorem contigit non in principio: aut in fine: haud ab re quæri poteſt: Alter
Lucæ. enim medio autumno conceptus: & media æſtate natus eſt. alter autem medio uere conceptus
viii. & media hyeme natus. Cuius ſatis (ni fallor) in promptu eſt ratio. præcurſor etenim: iuſtifi/
ficans ſcilicet gratia autumni initio/quando adhuc æſtatis calor non ſatis eſt refrigeratus/
haud facile concipi ſolet: præcedentis etenim iuuentutis adhuc exæſtuante calore: peccatori
uix ſeſe diuina ingerit gratia. Neq; enim adhuc ex arboribus iuuentutis & robore uirilis æta/
tis decidere incipiunt folia/ aut caneſcere. nec fructuū terre abſceſſit ſuauitas. Sed poſteaq̄ &
cupiditatum/atq; libidinum calor refriguit: & terrenarum delitiarum incitamenta multis in
cidentibus: tum ægritudinum: tum curarum mundanarum perturbationibus flacceſcunt: tūc
fragilitatis humanæ ſubire cogitatio ſolet. quæ ad dei cognitionem nos reducens/ab illius
gratia imprægnatꝰ atq; fœcundatur. Hæc. n. illa eſt hora poſt meridiem. qua poſt peccatū con
Gen.iii. ſummatū primi parentes noſtri ſe nudos eſſe cognouerūt. ¶ Nam & dies/ſicut annus in. xii. A
Matth. horas diſtinctus. is per ternas diſtributis in quatuor quoq; partes a maioribꝰ eſt diuiſus. de q/ Dies & nox
xxv. bus in parabola patriſfamilias qui in uineā ſuā operarios cōduxit/Saluator loquitur. Eandēq; in quattuor
Marci. diuiſionē nox recipit: & in ſerū ſcilicet/mediam noctē/gallicantū &/mane a Saluatore apud partes diui/
xiii. Marcum diuiditur: aut in quatuor uigilias apud Lucā. Et utraq; tā nox q̄ dies uitæ noſtræ op duntur.
Luc.xii. portune comparatur unde ad noctem quoq; mediam hæc inſpiratio uenire ſolet: dicente pro
Pſalmo pheta. Media nocte ſurgebam ad confitendū tibi. Ad extremā namq; ſenectutis partē. uel ad
cxviii. decrepitā qui expectāt haud facile hāc gratiam conſequūtur: dicente Sapientia: Adoleſcens
Iob.xx. iuxta uiam ſuam ēt cū ſenuerit: non recedet ab ea. ſupple ſi ad ſenium uſq; perſeuerauerit. &
Hiere/ alibi de his ſcribitur: oſſa eius implebuntur uitiis adoleſcentiæ ſuæ: & cū eo in puluere dormi
mi.xiiii. ent. & Hiere. Si mutare poteſt æthiops pellē ſuam. aut pardus uarietatem: & uos poteritis be/
Ioā.iii. nefacere cum didiceritis malum. In hunc quoq; ſenſum/Nicodemi uerba accipi poſſunt: dum
dixit. quomodo poteſt homo renaſci cum ſit ſenex
¶ Natiuitatis etiam eadem penitꝰ eſt ratio: cum enim per hyemem/id eſt per pœnitentiæ au B
ſteritatem tranſierit pœnitens: & per uirtutum renouationem uer totum exegerit/mediāq;
æſtatis partem in charitatis feruore conſtanter agat: reliquum omne tempus uſq; ad fructuū
perceptionem/& anni/id eſt ætatis conſummationē in bonorum operum exercitatione expē
ſurꝰ non amplius gratiæ natiuitas/quæ gloriam ſalutemq; ꝑuenit/eſt differenda: ſed in ipſo
charitatis ardore i lucē proferenda: ne ſi ad finem æſtatis appetente iam autumno id eſt refri
Pſalmo geſcente pietatis: charitatiſq; calore differretꝰ: Spiritus ſancti operatio remiſſior ſit/atq; tepi
xxxviii. dior. & hoc eſt quod per Prophetam dicitur. Concaluit cor meū intra me: ardore ſcilicet cha/
ritatis erga deum/& proximū: & in meditatione mea. i. dum ad deum mentem/ſpiritūq; con/ C
uerto/exardeſcit/id eſt accēditur fortius: ignis ſcilicet gratiæ ſpiritus ſancti. ¶ In Maria ue/
ro. i. anima ab ineunte ætate: & a teneris/ut inquiunt/unguiculis deo conſecrata. alia prorſus
eſt conſyderatio. In prima ſiquidē ueris id eſt iuuentutis parte/quæ infantiæ pueritiæq; tribu
itur: cū non ſit tantæ gratiæ capax/non poteſt Saluatorem/quem necdum ſatis nouit/concipe
re. Propterea ueris medium/quo & ætas ſit robuſtior: & mens ſolidior/ eſt expectandum: pro
Hiere.i. pterea dicebat Hiere. neſcio loqui quia puer ſum ego. Neq; ubi ætas ſuſcipiendæ exercendæq;
Tren. uirtuti eſt idonea/differendum eſt diutius: dicente Sapientia. bonum eſt homini ſi portauerit
iii. iugum ab adoleſcentia. & de his dicitur/Iuuenes urī uiſiones uidebunt: & ideo dicebat Pro/
Ioel.iii. pheta docuiſti me a iuuentute. ¶ Natiuitatem uero ſaluatoris hyemis initio iccirco ſubſequi
Pſalmo nō cōuenit: q; fructuū æſtate/autumnoq; ꝑceptorū fruitiōe premature priuaretꝰ. Qui eīm ad
lxx. eam uitæ perfectionem multo labore peruenerunt. cū filiis quos ſancte/innocentiſq; & im/
maculatæ uitæ exēplo/& ſalutaris doctrinæ pabulo educauere/in pace quieteq; fruuntur. de

quibus in pſalmo dicitur. Labores manuum tuarũ qa manducabis beatus es/ & bene tibi erit. Pſalmo
V xor tua ſicut uitis abundans in lateribus domus tuæ: Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in cir/ cxvii.
cuitu menſæ tuæ: Hac igitur fruitione/ quæ aliis uſui magis eſt q̃ frueuti/ non ſtatim defrauda
ri ſanctos oportet: Laborantem enim agricolam/ inquit Apoſtolus/ oportet primum de fructi
bus accipere. & alibi. Quis plantat uineam/ & de fructibus eius nõ comedit: ꝗs paſcit gregem ii. Ad
& ei de lacte eius non manducat: iccirco diuus ille Martinus ad hanc ſalutem/ quæ per Ieſu na Thi. ii.
tiuitatem figuratur/ ꝓperans dicebat: Domine ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius nõ recu ii. ad co
ſo laborẽ: & Paulus deſyderium habens diſſolui: & cũ Chriſto eſſe/ multo magis melius: ꝑma rint. ix.
nere aũt in carne neceſſariũ eſt ꝓpter uos. & quæ ibi ſequuntur. ¶ Sed neq; ad hyemis extre ad Phi/
mum. i. ad ultimã ætatẽ uel ſummã ꝑfectionẽ expectandũ eſt: qñ & illa ad eiuſmodi charitatis lip. i.
opa exercẽda fere ſit inanis/ & ad hãc/ perueniri in hac uita uix poſſit. propterea ꝑ ſapientem
dicitur. Quis eſt hic/ & laudabimus eũ. neq; tam rigidus eſt exactor Deus: ut ad ultimam diei Eccleſi.
horã mercedẽ laborãtibus reddere differat: q ei/ q una tñ hora in uinea ſua laborauerat/ inte xxxi.
gram mercedẽ pſoluit. ſed ex medio labore rapit ad gloriam. ſicut ĩ Sapientia legitur: placẽs Sap. iiii.
deo factus: dilect⁹: & uiuens inter pctõres trãſlat⁹ eſt: raptus eſt ne malitia mutaret intellectũ iii. Reg.
eius: aut ne fictio deciperet animam illius. & hoc eſt quod Helias a domino petebat dicẽs. Suf xix.

D

Sancti uiri mortẽ appe tierunt.

ficit mihi domine tolle animam meam: neq; enim melior ſum q̃ patres mei. ſcilicet ut maiorẽ
fructum facere poſt hac poſſim/ q̃ illi fecerunt. & eo magis quoniam/ ut prædictum eſt/ in ea
ultima/ peregrinationis parte/ qua uiator tendit ad palmam ſolẽt pſecutiones/ atq; temptatio Nu. xi.
nes eſſe uehementiores. iccirco & Moyſes ille ſanctiſſimus magnitudine tribulationũ ꝓpter Ad Ro
populi illius murmurationẽ duritieq; obrutus/ dicebat. obſecro ut interficias me / & inueniã ma. vii.
gratiã in oculis tuis: ne tantis afficiar malis. & Paulus: poſtea q̃ tentationum magnitudinẽ Ionæ.
& uirtutis debilitationem commemorauit: dicebat. infelix ego quis me liberabit de corpore iiii.
mortis huius. Idipſum & Ionas petebat/ dicẽs. Et nũc domine quæſo tolle animam meam: quia
melior eſt mihi mors q̃ uita. Idẽ & Thobias his uerbis petebat. Fac mihi miſericordiam/ & ꝓ Thob.
cipe in pace recipi animam meam. Et hic quidem eſt Antichriſtus ille/ qui in nouiſſimis die/ iii.
bus uenturus legitur: cuius tanta erit in tentandis: & ad damnationis uiam trahendis homini Matth.
bus/ calliditas atq; efficacia/ ut in errorem deducantur/ ſi poſſibile ſit/ etiam electi: & niſi bre xxiiii.
uiati eſſent dies illi: non eſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabũtur. In tantis igiẽ Sal.
perſecutionum difficultatibus laborantes iuſtos exaudit dominus: & ad ſe poſt legitimũ cer/ xvii.
tamen trahi uictores. Propterea cum dixiſſet Propheta/ Circundederunt me dolores mortis
& pericula inferni inuenerunt me: dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me
laquei mortis: poſtea ſubiecit in tribulatione mea inuocaui dominum: & ad deum meum

E

clamaui/ & exaudiuit de templo ſancto ſuo uocem meam. &c. ¶ Ex his igitur liquet uiatorẽ
oẽm ſine ab initio iuxta humanã fragilitatẽ in uia dei ambulantẽ: ſiue peccatorem ad pœnitẽ
tiam conuerſum per quatuor gradus ad ſalutem peruenire oportere. quorum duos breuiari:
& duos integre perfici neceſſe eſt. preuenit enim deus tempora gratiæ: & dimidiat dies tribu/

F

Quõ trium uiatoris ſta/ tuũ alter al/ terum ſubin trat.

lationis ſicut in Apocalypſi dicitur. Per tẽpus: & tẽpora: & dimidiũ tẽporis: & de diebus mille
ducẽtis. xl. Et in hunc quoq; ſenſum præuentionis trahi ſuperiora alia etiam ratiõe poſſunt. Apo. xi.
Cum enim (ut ſæpe dictum eſt) ad ſalutẽ acqrendã tres ſint uiatoris ſtatus: pœnitentis. ſ. ꝑfici &. xii.
entis: & ꝑfecti: & ſinguli trib⁹ diſtinguãtur gradibus/ quẽadmodũ alio loco a nobis eſt oſten/
ſum. Vbi ad dimidium extremi gradus primi ſtatus peruẽtũ eſt: ſecũdi ſtatus ꝑ præueniẽtem Pſalmo
gratiam primũ ingredimur gradum: & pari rõne poſt dimidiũ extremi gradus ſecũdi ſtatus/ xx.
primum gradum tertii. & hoc eſt qđ per ꝓphetam dicitur: Domine præueniſti eum in benedi Pſalmo
ctiõib⁹ dulcedinis. & alibi. & miſericordia eius ꝑueniet me. & alius itẽ Propheta dicit. Præoccu lviii.
pat eos q ſe cõcupiſcunt. Quẽadmodũ extrema pars ueris de ſubſequenti æſtatis calore/ partẽ Sap. vi.
habere incipit/ & cæteræ deinceps tres reliquæ anni partes inuicem alia aliã ſubintrãt.

G

Ad explana tionem lræ.

¶ Sed iam ad Euangelici textus explanationẽ accedamus: nedum ĩ hoc uaſto ſacræ ſcripturæ
pelago uagamur: in imenſum creſcat uolumen. Tota igitur hæc Euangelii recitatio legatio
nem continet Gabrielis angeli ab oĩpotenti deo ad Mariam uirginem tranſmiſſam: quæ illi
per ſummam humilitatem præ cæteris mortalibus diuinam gratiam promerenti: plenitudi/
nem quoq; fælicitatis/ quæ neq; deſyderari poterat: neq; humana mente concipi/ nũciaret/ ad
illãq; ſuſcipiendã animaret: ipſiuſq; cõſenſum/ ſine quo myſteriũ ĩpleri nõ poterat/ extorque
ret. Quo adhibito/ qđ oẽm excedit beatitudinis gradum diuinum in utero uerbũ ſancti Spũs
cooperatione conciperet/ neq; enim uacat miſterio: q non angeli tantum/ qui diuina legatio
ne functus eſt/ & uirginis/ ad quã deſtinabatẽ/ & eius ſponſi nomen ab euangeliſta eſt expreſ/
ſum: uerum

ſum:uerum & regionis/& ciuitatis/in qua tanti ſacramenti res geſta eſt.& inſuper anni tem/
pus:menſiū q; numerus deſcribitur.Singula eni ad rei intelligentiā ualde conferunt. ¶ Itaq;
illud imprimis eſt aīaduertēdum:ꝗ magnum: aliquid/& memorabile deſcribere uelle præ ſe
fert Euāgeliſta:q tāta diligētia rem geſtā:& circūſtantias oēs perſecutus eſt:qbus id/de quo di
cturus erat/& demōſtraret apertius:& oſtenderet excellētius:quēadmodū & cæteri hiſtorici:
cū de rebus magnis ſcripturi ſunt:facere cōſueuerunt:quē ſane ſtilum/& in annūciatiōe gene
ratiōis Ioānis ꝑcurſoris hunc eūdē Lucā in Euāgelii ſui initio obſeruaſſe oſtendim⁹. & rurſus
dum præcurſoris eiuſdē geſta deſcribit:Prædicatiōis.ſ.Baptiſmi:ac doctrinæ:ſimul & uitæ/cō
uerſationiſq; initiū/ac ꝓgreſſum.Ait eni. ANNO Q VINTO DECIMO impii Tyberii.
& reliqua:& in cæteris quoq; multis maximam inter has duas annūciatiōes ſtatim oſtēdemus
eſſe cōuenientiā. ¶ Quæ ſane oīa ad moralē/quem ꝓſequimur/ſenſum relata ꝓprias/& eas
ſane cōſonantes habent ſignificatiōes. Zacharias namq; & Elizabeth(ut ī ſuperioribus dixi/
mus)pctōris cōuerſi Typum gerunt:duaſq; aīæ potentias repræſentant.Quā qdem cōuerſio

A
In reb⁹ magnis enarrādis oīa ſunt plene demōſtranda.

B
Moralitas.

Pſalmo lxviii. nē diuina ꝓuenit gr̄a/de qua Propheta loqtur:Miſericordia eius ꝓuenit me.& hic eſt ille ocu/
lus miſericordiæ:quo Petrum poſt tertiā negationē Chriſtus reſpexit. & illa dei gr̄a/de qua
Lucæ. xxii. his uerbis Ap̄lus loquitur.iuſtificati gratis per gratiam.Hæc igitur Elizabeth inferior.ſ.pec/
catoris cōuerſi aīæ portio:ex Zacharia uiro ſuo:id eſt ex uirtute ſenſus ſupioris ſibi cōiuncti:
Ad Ro. iii. in utero/id eſt in mente ſua Ioānem concepit/futurū Chriſti præcurſorem. Ioānes aūt gratia
Dn̄i: uel cui datū eſt a Dn̄o interpretatur.Conuerſo ſane ad pſeuerantiā ſubſequēte/& coad
Pſalmo xxii. iuuāte/op⁹ eſt dei gr̄a:de qua Propheta dicit:& miſericordia eius ſubſequetur me.ſine ea eim
fruſtra uigilat q cuſtodit ciuitatem:id eſt aīam fidelē dicente dn̄o.ſine me nihil poteſtis facere.
Pſalmo cxxvi. Propterea ad diſcipulos/dicebat Chriſtus:uigilate & orate/ne intretis in tētatiōem.& ad Pe/
trum.Rogaui pro te ut nō deficiat fides tua.Qui ſane nimium de ꝓpria uirtute cōfiſus/cum
Marci. xiiii. dn̄o dicenti oēs ſcandalum in ſe paſſuros:ea qua captus fuit nocte:ſe nunq̄ ſcandalizatū iri te
mere reſpōdiſſet:paulo poſt diuina gr̄a deſtitutus cæteris Apoſtolis multo impudētius/nō ſe
Lucæ. xxii. mel modo/atq; iterū:ſed & tertio ad unius mulierculæ uocē Saluatorem ipſum addito ēt per/
iurio palam abnegauit.Et hoc eſt ꝗ dormiente Dn̄o/qua uehebantur Apoſtoli/nauiculam pe
Matth. xxvi. riclitari Euāgeliſta teſtatur.Gratia igitur interueniente ad pœnitentiā reductus peccator:qui
ꝑ Zachariā & Elizabeth(ut prædictum eſt)ſignificatur/Ioānem. cōcepiſſe tūc dici pōt:cum in
Matth. viii. opibus fidei & charitatis proficiendo cōſtanter pſeuerat.Quā quidē perſeuerātiā ad ſtatū pſe
ctionis acquirendum neceſſariam eſſe Saluator ipſe teſtatur dicens.non qui inceperit:ſed qui
Matth. xxiiii. perſeuerauerit uſq; in finem:hic ſaluus erit.& hoc eſt quod alibi dicit apoſtolus.ſi tamen per/
manſeritis in fide fundati/ſtabiles/& immobiles.
Ad col. i. ¶ Ad hoc aūt ut Elizabet ex Zacharia Ioānem cōcipiat/q poſteaq̄ in lucē editus fuerit: præ/
curſoris nomē aſſumens uiā præparet Saluatori/hoc eſt:ut pœnitēs in ſancto propoſito pſe/
uerans:& per pietatis opa ſe exercēs ad ſtatū pfectionis ſe diſponat:aut alios doctrina trahat
uel exēplo:nō minore opus eſt dei optimi gr̄a:atq;/ſi per metaphorā dicere fas eſt/induſtria:
ſtudio:diligentia:& labore/q̄ in Saluatore ex uirgine concipiēdo id eſt in plenitudine gr̄æ illi
conferenda:qui iam ab ineunte ætate diuina præuentus gratia de uirtute procedens in uirtutē
Lucæ. xv. ſic profecit:ut illa ſecundum diuinæ ꝓmiſſionis decretum dignus habeatur: ſed fortaſſis etiā
maiore:Quod cū Saluator ipſe plurimis nobis inſinuauerit:tum figuris tum exēplis:tres ta/
Ioānis. xi. men illæ parabolæ quas de drachma ꝑdita:& de aberrante oue:ac de filio prodigo propoſuit/
hoc nobis opportune faciunt manifeſtū:Sed & in reſuſcitatiōe Lazari: per quem peccator ob
ſtinatus/ſeu in ꝓfundū malorū peccādi aſſiduitate ꝓlapſus deſignat/q̄tum ſaluator laboraue
rit/ipſa euāgelicæ hiſtoriæ narratio apte demōſtrat.ꝓpterea cōceptū ꝑcurſoris deſcriptur⁹ Lu
cas ī ſingulis/q̄ ad rei geſtæ hiſtoriā ꝑtinent/ꝓſequēdis nō minori uſus eſt diligentia:q̄ in in/
carnatiōe Saluatoris:q̄ſi rem nō minorē:ſed aliqua ēt ex parte maiorē:utpote difficiliorē nar/
ratur⁹. ¶ Eadē quoq; rōne & initiū prædicatiōis Ioānis pari diligentia:pariq; plenæ narratiōis
ſtilo deſcribēdū putauit.Ille quippe iam ex matris utero in lucē eductus: hoc eſt peccator iam
ueterē exutus hoiem ī fide & charitate confirmatus:nō ſolum ad Ieſum/id eſt ad propriā ſalu
tem ipſe pergit:ſed & alios ſuo exēplo:ſuiſq; monitis/ad pœnitentiā primum:dehinc ad me/
lioris uitæ frugem:ac poſtremo ad Ieſum ipſum.i.ad æternā ſalutē trahere/ꝑducereq; labora
uit:q in deſerto baptiſmū pœnitentiæ prædicās peccatores primū ut pœniterēt admonebat di
cens.pœnitētiā agite.Dehinc cōuerſos ad pſeuerātiā hortabat/dicēs:Facite fructus cōdignos
pœnitentiæ.Poſtremo ad eum/qui in ſpiritu ſancto baptizaturus erat/Chriſtum remittebat
dicens.Veniet autem fortior me/poſt me/cuius non ſum dignus ſoluere corrigiam calcea/

C
Par eſt difficultas peccatorē iuſtificare & iuſtum perficere.

D

E mentorum:ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto. ¶ Sed & alia ſeſe nobis ingerit quæſtio: cũ
in multis hæc generatio præcurſoris incarnationi Saluatoris ſit ſimilis/in pleriſq; autẽ diſſi/
F milis:an hæc quoq; ſenſum habeant in ſe aliquem ſpiritualem: & cum omnia/quæ in lege ue i.ad corint.x.
Quæ in annunciatione natiuitatis ꝑcurſoris/& Saluatoris ſit ſimilia & diuerſa & qua ratione.
teri facta ſcribuntur/in figura nobis contigiſſe ſcriptura teſtetur:& quæcunq; ſcripta ſunt ad
noſtram doctrinam eſſe ſcripta: hæc ſingula myſterio referta non poſſumus ſalua fide nega/ Ad Ro. xiii.
re:tametſi in illo concinne indagãdo nõ parua ſit difficultas:facileq; errare uel peritiores poſ/
ſent:neq; tamẽ hic nos timor a cepto deterrebit opere. In illius ſiquidem bonitate cõfidimus: Pſalmo cxviii.
qui intellectum dat paruulis:atq; ex ore infantium & lactentium laudẽ plerũq; elicit/ꝑficitq;.
¶ Illud igitur diligentius eſt notandum: ꝙ utranq; generationem/Chriſti ſcilicet/& Ioãnis Matth. xxi. & Pſalmo viii.
idem annunciauit angelus Gabriel a Deo ſcilicet miſſus. Itam & ad Angeli aduentum/tam
Maria/ꝗ Zacharias turbati ſunt:& utriq; dixit Angelus/ne timeas. Item utriq; dictum eſt na
ſciturum ipſi filium:illiq; nomen inditum:& qualis futurus eſſet:qualiaq; editurus opera:ab/
unde prædictum.de utroq; pariter filio dictum eſt:ꝙ magnus eſſet futurus. Vterq; etiam im/
pedimentum allegauit.hic ſcilicet ætatis & ſterilitatis.illa uero ſeruandæ uirginitatis uotum.
& illis reiectis utrunq; angelus de diuino oraculo reliquit certiorem. Item & in utroq; myſte/
rio enarrando Euangeliſta eundem pene ſeruat ſtilum: parentum genus; & nomina/tem/
Moralitas. pus/& locum deſcribens. ¶ Horum autem ſalua meliori ſententia: quantum ad moralem at
tinet ſenſum/hanc putamus reddi poſſe rationem:duos ſcilicet ſtatus hominis repræſentari:
alterum peccatoris nuper conuerſi: & ad meliorem uitam gradientis/per Zachariam/& Eli/ Actu. iiii.
zabeth. Per Mariam uero innocẽtis/& immaculati ad ultimam perfectionem aſpirantis alte/
rum. Vterq; autem diuina pariter gratia:& ne ea quidem uulgari indiget:ſed peculiari illa de ad Eph. i.
qua dicitur.gratia magna erat in eis.& alibi ſecundum diuitias gratia eius ſuperabundauit in
nobis. Qui enim mandata legis a iuuentute ſua ſeruauerat:cum ad perfectiõis ſtatum a Chri Lucæ. xix.
ſto inuitatus eſſet:abiiſſe triſtis refertur:quoniam diuitiis affluebat. Longeq; facilius ex The
loneo Matthæus ad apoſtolatum:& Magdalena ex meritricio ad publicam pœnitentiam ſunt
pertracti. Propterea magnum hoc/uelut & illud/indicans Dei opus Euangeliſta noſter: pari
quoq; exordio utrũq; narrare inſtituit: pari etiam uirtute Gabrielem oportebat titubantem
utrunq; corroborare:timoremq;/quem ex inſolita Angeli uiſione/id eſt interioris luminis in
fuſione alter: atq; ex inſperatæ rei ultronea promiſſione uterq; cõceperat:ab utroq; pellere:
G & rei promiſſæ oſtenſa magnitudine:ad illius ſpem/& deſyderium utrunq; trahere.
¶ Verum quantum inter recens conuerſum/ſterilem adhuc:& infructuoſum: & imbutũ iam
diuina gratia iugoq; Chriſti aſſuetum interſit: ex aliis/quæ in utraq; annunciatione diuerſa
legimus/facile poſſumus coniicere. In primis enim circa temporum deſcriptiõem:hoc/quod
prædiximus/eſt diuerſum:quia in conceptione præcurſoris tempus deſcribitur Tyrannidis:
nam Herodes hic Rex ab antipatro Aſcalonita procreatus: primus ex ea gente/obſcura ſa/
ne/& externa/Regnum occupauit.qui quẽadmodum Tyrannici principatus: ita improbita/
tis/impietatiſq; ſucceſſores poſt ſe reliquit. In Saluatoris autem annunciatiõe tẽpus nõ a Ty/
ranno aliquo/terrenoue Principe:Sed ab hoc primo diuino qdem/& ſupernaturali myſterio
conceptí præcurſoris ſupputatur:dum dicit. In menſe aũt ſexto/ſcilicet a cõceptiõe ꝑcurſoris.
Ad Iſam qõ. ¶ Inſuper cur familiam ſeu ſtirpem Elizabeth cõmemoret Lucas:ꝙ ſcilicet de filiabus Aaron
eſſet:cum de Maria non exprimat:Sed tantum ꝙ eſſet deſponſata Ioſeph de domo/& familia
Dauid:non incongrue quæri poteſt.nam ꝙ nonnulli tradunt iccirco factum/ut oſtenderetur
ex lege nuptam:quæ ex aliena familia uxorem ducere prohibebat/non plane quæſtiõem ſol
uere uidetur:nam & de Elizabeth idem dici potuiſſet. Propterea dicũt alii uerba illa de domo
Moralitas. Dauid: tam ad Mariam:ꝗ ad Ioſeph debere referri.uerum quicquid ad litteralem ſenſum di
cant cæteri:ad moralem/quẽ ſequimur/hæc mihi occurrit diuerſitatis ratio:ꝙ cum Maria aĩæ
iuſtificatæ/& timoratæ:omniq; ex parte ſpiritualis(ut prædiximus)Typum gerat: & Ioſeph
corporis/ſeu inferioris motus animæ:per oĩa Mariæ/hoc eſt Spiritui ſuperiori obſequentis/
familiam uiri/ex qua uxorem quoq; eſſe ſecundũ legem oportebat/exprimere ſatis fuit:quæ
utriq; pariter congruebat: cum ad diuina mandata obeunda uterq; fortis/promptuſq; foret.
Hoc eſt enim de ſtirpe Dauid/qui manu fortis interpretatur/deſcendiſſe. Verũtamen in ſen/ Marci. xvi.
ſuali appetitu maior eſt abſq; cõtrouerſia fragilitas:quippe qui ad ĩferiora/quibus præſidet/
ſuo põdere ſuperiorem trahere ſoleat:dicente Saluatore. Spiritus quidẽ promptus eſt/caro Ioã. iii.
autẽ infirma. Et alibi.qui de terra eſt/de terra loquitur.q de cœlo eſt/ſuper oẽs uenit. Et rur/ ad gal. v
ſum:quod natum eſt ex carne/caro eſt:& quod natum eſt ex ſpiritu/ſpũs eſt. Propterea Apo ad Eph.
ſtolus dicebat/carnem aduerſus ſpiritum.concupiſcere. & alio in loco colluctationem aduer/ vi.
ſus carnem

Prouer. li.

ſus carnem nobis eſſe perpetuam. icciro ut hic in nobis concupiſcentiæ ſtimulus extinguatur. Aut certe ſpirituali ſubdatur ſenſui: magna opus eſt ſortitudine/ et uirtute: dicente Sapientia. Accinxit ſortitudine lumbos ſuos. & ob id de Ioſeph/ potius q̃ de Maria exprimitur: ꝙ de domo Dauid eſſet. acſi aperte oſtendat: magna uirtute & fortitudine ſenſualem hunc animæ motum rationali ſpiritualiꝗ; ſeſe ſubdidiſſe. Hoc enim Mariæ/ ideſt animæ perfectæ ſeu in perfectionis gradu exiſtenti. Non autem conuerſis/ & proficientibus contingere ſolet. Propterea neꝗ; Zacharias/ neꝗ; Elizabeth: de Dauid ſamilia deſcẽdiſſe referuntur.

A Magnæ uirtutes & fortitudinis opus eſt carnē ſubiugare ſpũ.

B Alia qſtio.

¶ Quid eſt inſuper ꝙ ambo hi coniuges ætate iam prouecta: & ad prolis ſuſceptionem non amplius idonea deſcribant᷑: & uxor inſuper ſterilis: Maria uero recens nupta᷑ Icciroo nimirũ᷑ ꝙ per ſenectutem peccatorum diuturnitas: & per ſterilitatem/ bonorum operum interpretatur infructuoſitas: per uirginitatem uero mentis puritas: & per deſponſationem in adoleſcentia ſanctorum operum fœcunditas/ quæ in actiua uita/ ſuturam pariunt fælicitatem: quemadmodum inferius ſuo loco ſumus oſtenſuri. ¶ Rurſus ad Mariam ingreſſus dicitur Angelus: quod interiorem animi præparationem ad diuinam gratiam ſuſcipiendam aperte oſtendit. Zachariæ uero apparuiſſe tãtum legitur/ non ad eum ingreſſus. Quod ex parte quidem angeli eandem præ ſe fert operationem. Sed eius/ ad quem mittitur/ diſpoſitione/ longe diſparem. Maria enim angelo/ id eſt diuinæ inſpirationi oſtium mentis aperiente/ ſtatim ad eam/ id eſt ad cordis uſꝗ; penetralia angelus eſt ingreſſus: Zachariæ uero per ĩcredulitatis obicem oſtium præcludenti/ exterius tantum apparuiſſe legitur: quod & illico rei probauit euentus. Nam etſi ad angeli aduentum hæc uelut & ille/ conturbata referatur: quod ſane timoratæ cõſcientiæ indicium eſt manifeſtum/ hæc tamen utpote/ quæ angelorum uiſioni .i. cœleſti inſpirationi erat aſſueta/ non legitur timore correpta: ſed ſtupore duntaxat tam inſperatæ, tamꝗ; exuberantis gratiæ/ quantam ſibi angelus annunciabat/ attonita: ſe ipſam colligens cogitare cœpit/ qualis eſſet iſta ſalutatio. Super hunc autem peccatorem contemplationis iocunditati pœnitus inſuetum præter ſtuporem timor irruiſſe perhibetur. quod plerunꝗ; ſolet peccatoribus contingere: qui ſuarum actionum iniquarum conſcientia ſtimulati ad omnem expaueſcunt nouitatẽ: diuinam ſup ſe ultionem (ut par eſt) formidantes. Iuxta quod in libro Paralipo. legitur/ ꝙ irruit pauor ſuper uniuerſa regna terrarum/ cum audiſſent ꝙ pugnaſſet Dominus contra inimicos Iſrael: & alibi legitur. terror eius irruet ſuper uos. Idꝗ; in Daniele primitus ſuerat figuratum: cui cum uiſio ſtupenda apparuiſſet. licet uiribus corporis/ præ admiratione/ reiꝗ; magnitudiue defectus tradatur: cæteris tamen/ qui cum illo erant/ cum terror nimius ſuper eos irruiſſet: fugientibus/ & latebras quærentibus manſiſſe ſolus refertur: ob eamꝗ; (ut arbitror) cauſam ad ſolum angeli contuitum/ & turbatus refertur Zacharias: & territus: quippe cui nihil tale unq̃ contigiſſet. Maria uero uiſu ipſo haud quaq̃ legitur turbata: Sed ſermone/ nuncium quippe nouiſſe illam credibile eſt: quæ tam erat cara/ grataꝗ; mittẽti: ſed ex legationis tenore præ nimia turbatur humilitate: quemadmodum paulo infra dicturi ſumus. Zacharias autem/ qui nondum cœleſte aliquid deguſtauerat/ magis uiſu terretur: q̃ auditu. Pœnitentibus enim initia omnia ſolent eſſe duriora/ atꝗ; aſperiora. Propterea dicebat Propheta: propter uerba labiorum tuorum ego cuſtodiui uias duras. Et alibi oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos uino compunctionis. Vnde per ſapientem dicitur aſpera eſt indoctis ſapientia/ & non permanebit in ea excors. icciro utriuſꝗ; Prophetæ admonemur teſtimonio ſapientiam a timore initium ſumere.

Parali/ po.xx. Iob.xiii Dani.x.

C Peccatores ad oia timēt

Pſalmo vi. Pſalmo lix. Eccleſi. vi.

D Pœnitentibus initia uidentur aſpera.

E

Pſalmo cx. Eccle.i. &.xxv. Matth. xii.

¶ Inſuper tãetſi ab Angelo Zacharias: quẽadmodum & Maria atꝗ; iiſdem uerbis cõfirmatus fuiſſet: & utriꝗ; nouæ ꝓlis inſperata fœcunditas nũciata: ille tamẽ oraculo nullã habẽs fidem: naturalẽ defectũ diuina potentia ſuppleri nõ ſatis credens: ſignũ ab Angelo petiit plus argumento cuipiam naturali/ q̃ dei nuncio adhibiturus fidei. illis factus ſimilis: q cũm a Deo ſignũ petiiſſent: reſponſum hoc ab eo retulerunt: generatio mala ſignũ quærit. Maria uero cũ de diuino nullatenus dubitaret oraculo: modũ tantum intelligere curauit: quo id ſaluo perpetuæ uirginitatis/ qđ deo iam pridem emiſerat/ uoto fieri poſſet: illoꝗ; intellecto cum grãtiaꝝ actiõe acquieuit. Sed & utriꝗ; pro merito ab Angelo eſt relatum. Mariæ ſiqdem zelo religiõis/ & pudicitiæ: modum ingrenti apertius diuini cõſilii reuelauit arcanum. Zachariã uero increpãs in incredulitatis pœnam ad tẽpus loquela priuauit. ¶ Quod & in nobis quotidie diuina pietas opatur. quos enim ad inſpirationes ſuſcipiendas per fidem inuenit ſaciles/ his ſuoꝝ arcanoꝝ affluentius aperit myſteria. Propterea Paulũ/ ꝙ ad primã uocãtis ſe uocẽ reſpõdiſſet/ Dñe qd me uis facere: tanta deĩceps ſublimauit dignitate/ & gratia: ut ſupra tertiũ cœlũ raptꝰ/ arcana uerba audire meruerit: quæ non licet homini loqui. & Petrus/ atꝗ; Andreas/ cæteriꝗ; Apl̃i/ ꝙ

F Moralitas.

Act. ix. ii. ad corin. xii.

ſtatim uocantem Chriſtum ſunt ſecuti/principes conſtituti ſunt ſuper omnem terram. & in Pſalmo
diuina menſa cum eodem Saluatore ad fælicíſſimas epulas collocati. His uero/qui per prædi/ xliiii.
catorũ uerba:prælatorum admonitiones:ſacrarum litterarum lectiones:& diuinas deniq; in/ Lucæ.
ſpirationes:ob fidei infirmitatem non ſe trahi permittunt/loquela tantiſper aufertur:hoc eſt xxii.
expreſſio/& annunciatio diuinarum rerum:quoad præcurſoris ex ſuo corpore natiuitatem id
eſt gratiam eorum mentibus a deo infuſam/fidem perfectam ſuſcipiant.
G ¶ Alia quoq; ex Euangeliſtæ uerbis lõge maior in naſcituris filiis notatur diuerſitas. q̃uis eĩm
uterq; magnus fore nuncietur/de præcurſore tamen adiicitur/coram Domino: quod de
Moralitas. Saluatore non dicitur:quaſi alter magnitudinem ſuam ad alterius obſequium ſit oſtenſurus.
Alter uero in ſe ipſo uelut dei filius magnus futurus:nam & proficientis opera ad pfectiõem
tendunt:quemadmodum operationes uirtutis ad habitum: perfectiõem uero uelut habitum
ipſum uirtutis in ſe ipſa conſiſtere:nemo ambigit. Iccirco & de præcurſore hoc dicitur: ꝙ ui/
num & ſiceram non bibet:& ꝙ multos ad deum conuertet. ꝙq; pibit ante Chriſtum i ſpiritu/
& uirtute Heliæ. quæ ſane omnia præcurſori cum ſint cõuenientiſſima Saluatori/de quo lon/
ge maiora dicenda erant/nequaq̃ ſunt accõmodata. nam licet humanas aſſumpſerit in humão
corpore paſſiones:diuinam tamen non deſeruit maieſtatem: quam potiſſimum Mariæ deruit
reſerari:Propterea & illud de eo dici incongruũ fuiſſet:ꝙ Spiritu ſancto replebitur:a quo ſpi
H ritus ipſæ cæteris mittendus:danduſq; foret:quiq; illi coæternus eſſet/& conſubſtantialis.
¶ Illud quoq; maxime notandum cenſeo:ꝙ Maria non in templo corã populo inſignis Hiero
ſolymorum urbis/quẽadmodum Zacharias iſte/Sed in exigua ciuitate. &(ut credibile eſt) in
maritalis domus penetralibus clauſa ab angelo inuenta refertur. & ob id ad eã ingreſſus dicit
angelus. ꝙ ſane & Chriſtus ipſe nos/cum oramus/facere docuit. non ꝙ ſacerdotale miniſteri
um repræhendatur:ſed ut oſtendatur in eo quoq; frequẽter bonoꝝ operum inueniri ſterilita
Queſtio ad tem. ¶ Illud deinde haud abſurde quæri poteſt:quamobrem Gabriel in natiuitate præcurſo
ltam. ris gaudium atq; exultationẽ non modo parentibus:uerum & aliis multis fore pdixit:in Salua
toris uero natiuitate non dixit. Ad quod ex præmiſſis plana elici poteſt recte intuenti reſpon
ſio. Cum enim lõge maiora Mariæ ex partu concipiendi filii angelus nunciaret:ꝙ ſcilicet dei
filius eſſet:& ſine fine regnaturus:hæc non temporalem:ſed æternam/nõ humanam:ſed cœ/
leſtem lætitiam matri allatura haud erat ambiguum. quæ enim mater in talis/tantiq; filii na/
tiuitate gaudere non poſſet. Verum & ſi ab angelo illud uelut in comparatione cæterorum/
quæ Mariæ dixerat/exiguum/ac uulgare non fuerit prænunciatum:Chriſto tamen naſcente
longe amplius ac copioſius eſt adimpletum. non enim uicini tantum/& cognati in ea exultaſ
I ſe dicuntur:ſed & angeli lucis cum cœleſtibus hymnis gaudium uniuerſo mundo nũciaſſe.
Moralitas. ¶ Hæc autem ſecundum moralem/quem proſequimur/ſenſum eo pertinent:ut pœnitentibꝰ
K ad perſeuerantiã perſuadendam etiam humana/& temporalia nonnunq̃ gaudia:commodaq;
Incipiẽtibus perfectis uero ſpiritualia tantum/& promittenda noſcantur/& cogitanda. Propterea cum in
etiã tpalia p/ ueteri lege nemo poſſet eſſe pfectus:nec ex ea(ut diximus) iuſtificari:illi populo rudi adhuc/
mia ſunt p/ & terreno:tpalia plerũq; pmiſſa legimꝰ. In noua aũt lege hæc nõ modo nõ promittunt: Veꝝ
ponenda. habẽtibꝰ relinquẽda:aut certe cõtẽnenda pcipiũtur: cœleſtiaq; dũtaxat/& petẽda:& ſperãda.:
Alia q̃ſtio. ¶ Illud poſtremo priuſq̃ ad textualem explanatiõem deueniamus:quæri poſſe uidetur:quare
præcurſoris conceptio:atq; natiuitas uiro/non uxori:Saluatoris uero/non uiro/ſed uxori fue
rit nunciata? Ad quod ſane ſic reſpondendum uidetur:ꝙ cum per uirum & uxorem duæ ani/
Reſponſio. mæ rationalis potentiæ/ſuperior.ſ.& inferior/aut corporis/& animæ coniunctio pſignent:
iccirco cum uir officium mariti facit/per illũ ſuperioris potentiæ/ſeu animæ/& per uxorem
inferioris/ſeu corporis exprimimus uires:cum uero uxor uiri gerit uices:illi quoq; digniores
tribuimus partes. Cũ itaq; ſecundũ lſalem ſenſum:atq; hiſtoriæ ueritatẽ/Mariã in pcreatione
Saluatoris nullo uiri adminiculo uſam eſſe manifeſtiſſimũ ſit:ſed ex puro corporis ſui ſangui
ne diuina cooperãte uirtute Saluatorẽ eſſe conceptum: Ioſephq; nõ ad maritale cõſortiũ: Sed
ad obſequm potius:& diuini myſterii teſtimonium. uel occultationem illi mſimõio copulatũ:
conuenientius ad ſenſum moralem:pro Maria aĩam gratiæ ſuſceptricẽ/& pro Ioſeph corpus
operationi neceſſarium:accipe debemus:aut/qđ in idem recidit/pro Maria ſuperiorẽ animæ
motũ/q cœleſtia rimatur/& p Ioſeph inferiorem/qui circa inferiora uerſatur. Cũ pmiſcue in
ſacra ſcriptura hos ſenſus traditos inueniamus:quẽadmodum in ſequẽti tractatu dicturi ſu/
mus. q̃q̃ & alius euãgeliſta: Ioſeph quoq; nõ illico:ſed poſterius:dum de Mariæ pudicitia: aut Matt.i.
& Pſal. dus canebat.Exultent & lætentur in te omnes/qui quærũt te.Et iterum:Repleti ſumus mane D
lxix. miſericordia tua:exultauimus/& delectati ſumus. ¶Quod ſane duplicem oſtẽdit lætitiam. Quãtum iu
ꝓuer.x. interiorem ſcilicet/& exteriorem. idqȝ frequenter ꝑ Prophetam exprimit Spiritusſanctus. uet ſancti ui
ꝓuerbi. hoc etiam & experimento cõprobatur/& oſtendi poteſt ratione:perfectiorum ſcilicet doctri ri exhorta/
xix. na/atqȝ exẽplo cæteros infirmiores/& adiuuari:& corroborari: ac proinde lætari. dicente ſa/ tio.
Actu. pientia. In bonis:atqȝ in benedictione iuſtorum exultabit ciuitas. Et alibi.multiplicatione iu/
viii. ſtorum lætabitur uulgus.Item in actibus Apoſtoloꝵ:cum multi ad fidem eſſent per Philip/ E
pum in ciuitate Samariæ cõuerſi:factum eſt gaudium magnũ in illa ciuitate.¶Quin & aliud/
ex tali iuſtoꝵ/& perfectorum ſalutatiõe/atqȝ inſtructione ſequitur multo maius infirmiori/
Actu. v bus ſalutatis bonum:quia ex ipſa ſalutatiõis efficacia confeſtim Spiritusſancti feruore replen
&.x. tur:quẽadmodum & hanc Elizabeth repletá uſqȝ adeo uidemus:ut etiam prophetiæ Spũm cõ
feſtim acceperit.qđ & in actibus Apoſtoloꝵ legimus cõtigiſſe.loquẽte enim in Spũs feruore
ad Cornelium/& eius cognatos/amicoſqȝ uerba ſalutis Petro anteq̃ ſermonem cõpleuiſſet:
cecidit Spũs ſanctus ſuper eos:tametſi pagani adhuc eſſent/& gentiles:& cœperunt loqui ua
riis linguis.Ita fit plærunqȝ:ut ad unius prædicatoris uocem audiẽtium uiſcera ſic liqueſcát:
ut charitatis feruore incenſi/ex peccatoribus repente fiant ſancti: & quẽ prius impudenter
Act.ii. blaſphemabant/Deum totis laudent/& glorificent præcordiis. Quẽadmodum ex multitudi
ne illa Iudæoꝵ/qui Chriſtum crucifixerant/ad unicam Petri prædicationem/plurimos corde
cõpunctos ſtatimqȝ baptizatos/ſcriptura teſtatur. Idẽ non minus exemplo fieri/q̃ exhortatio
ne:nos præ cæteris latro ille docuit. qui Chriſti/quem innocentem ſciebat/patientiá in cruce
admiratus/tanta fidei cõſtantia:ultimum & ipſe trahens ſpiritum repente fuit imbutus: ut &
conreum blaſphemantem argueret:& Chriſtum uerum deũ eſſe cõfiteretur: ab eoqȝ ut dum
in regnũ æternũ ueniſſet:ſui memor eſſet:poſtulauerit cõfidenter:Sed & alia multa ex ſacris
Act.iiii. codicib⁹ afferri poſſent id gen⁹ exẽpla.Apſoꝵ eni nõ magis doctriná/q̃ uitá/ſigna/cõſtátiáqȝ
&.v ad Chriſti fidẽ/& religionẽ Iudæos gẽtileſqȝ traxiſſe certo certi⁹ eſt.Quod & de Chriſto tota
pœne teſtanť Euangelia:& quotidiana nobis de ſanctis pleriſqȝ uiris demõſtrát exẽpla. ¶Et
ne hanc qdẽ:qui talem ex iuſtoꝵ uiſitatiõe grãm cõſequuntur taciti ſeruát in pectore:ſed ma F
gnalia dei etiam cum clamore ꝓdicant atqȝ in alioꝵ ædificationem manifeſtant: quemadmo/

Textus.
G
Exclamare q̄lr accipit.

dum & hæc Elizabeth/quod diuino conceperat ſpiritu/magna confeſtim uoce propalauit:& mulier illa/quæ ad Saluatoris prædicationem conuerſa media in turba uocē extollens diuino plena Spiritu prophetauit:& dixit. BEATVS uenter qui te portauit/& ubera quæ ſuxiſti. (Luc. xi.) Ille quoq; cæcus/qui dominum prætereuntem audiebat/increpatus etiam ut taceret/multo magis clamabat. (Lucæ. xviii.) Sancta etiā mulier Suſanna zelo caſtitatis/& diuinæ plena ſpe iuſtitiæ/uoce magna aduerſus inſidiātes illius pudicitiæ ſenes exclamaſſe legitur: q̄q̄ & exclamatio iſta nō (Dani. xiii.) ad clamoroſam uocē:ſed ad uehemētiam intentionis & propēſiorē affectum in utroq; ſenſu: litterali ſcilicet/& morali referri cōgrue poſſit. Secundū quam Propheta dicebat. clamaui in toto corde meo. (Pſalmo cxviii.) Hoc etiam modo in Apocalypſi animæ interfectorum propter uerbum dei clamabant uoce magna dicentes. uſq; quo domine ſanctus/& uerus non iudicas. &c. (Apoca. vi.)

Moralitas.

H
Quattuor uirtutes proficiēti neceſſarie.

¶ Sed quid quæſo hæc mulier exclamādo dixerit: audiamus. Benedicta (inquit) tu inter mulieres/& benedictus fructus uentris tui:& ea quæ ſequuntur. In quibus ſane uerbis: ad eū/quem pſequimur/moralem ſenſum quattuor præcipuarū uirtutum colligere poſſumus: pœnitētis/& iam pficere incipientis operatōes. ¶ Prima quidē eſt immenſæ charitatis: cum pfectionis dignitatē agnoſcens eā ueneratur: illiuſq; manifeſtat gloriā/& quātum poteſt extollit uerbis/dicens. benedicta tu inter mulieres. Nec ſane illius gloriā/& excellentiā prædicare contenta/ēt fructum uentris maximis effert præconiis: hoc eſt/eius opera ſancta: quæ ſunt uentris. i. piæ mētis fructus amœniſſimi. Iuxta qđ per Saluatorem dicitur. a fructibus eo℞ cognoſcetis eos. (Mat. vii) de quibus & in morali ſenſu illud intelligitur/quod per Prophetam dicitur: de fructu uētris tui ponam ſup ſedem tuam & rurſum. de fructu opum tuo℞ ſatiabitur terra. (Pſalmo cxxxi. Pſalmo ciii.) ¶ Secūda profundæ humilitatis cū ſe non iudicat dignā: ad quam Maria/ideſt ſanctus/& pfectus homo ueniat. Propterea dicit: ut quid hoc mihi/ut uēiat mater domini mei ad me. ¶ Tertia: perfectæ fidei: dum credit motum infantis ex contuitu ſeu præſentia ſaluatoris fuiſſe cauſatum/dicēs: ecce enim ut facta eſt uox ſalutationis tuæ in aurib⁹ meis. & cætera. ¶ Quarta certiſſimæ ſpei dum ſubiicit. beata quæ credidiſti quoniam pficientur in te quæ dicta ſunt tibi a domino.

I
Textus.
K
Mulier carnales ſignificat.

¶ Ad primam igitur redeundo pœnitens hic pfectum ad ſe uidens uenire/illum primo ſalutando exclamat benedictū inter mulieres. i. inter carnales hoīes & fragiles. Hoc enim mulieris ethymologia patitur. & alibi ī ſacra ſcriptura ſic accipitur/dum p ſapientiā dicit. ſi ignoras te o pulchra inter mulieres. (Canti. i.) neq; aliter in huius Euangelii uerbis accipi congrue poteſt: cū Maria oēs prorſus puros hoīes/gratia ſimul/& gloria: immo & angelos ipſos ante iſſe uniuerſa tradat eccleſia: illiq; plurima/quæ ī canticis de diuina ſapientia ſcripta ſunt/accōmodētur præconia. Hæc igitur de quibus eſt nobis ſermo/ad pfectum quemq; uerba proferri poſſunt: ꝙ ſcilicet inter mortales ſit benedictus/eo ꝙ uiam elegit Angelo℞/& opa facit diuina: quemadmodū & illa mulier ad Heliam/q filium eius ſuſcitauerat/dixit: nunc in iſto cognoui quoniā uir dei es tu:& uerbum domini in ore tuo uerū eſt. (iii. Reg. xvii.) Hoc aūt (ut prædiximus) eſt pfectæ charitatis opus alienæ non inuidere gloriæ: ſed illam potius admirari & præconizare: quēadmodū & Saluator ipſe mulieri Cananeæ dixit. o mulier magna eſt fides tua. & ad Petrū. Beat⁹ es Simon Bariona. (Matth. xvi.) & non ſimpliciter laudem homini dare: ſed opa quoq; eius ſancta/ſi quæ ſcimus cōmemorare: deoq; laudē reddere debemus/ſicut ī ſapiētia legit: Laudēt eā in portis opa eius. (puerbi. xxxi.) & ad diſcipulos Chriſt⁹: uideāt opa ueſtra bona/& gľificēt patrē ueſtrūq in cœlis eſt. (Matt. v.)

¶ Ad primæ autē & præcipuæ uirtutis actum cætera℞ uirtutum oīum ſtabilimentum ſubſequtur humilitas de qua & Maria in ſequētibus/dicit: Quia reſpexit humilitatē ancillæ ſuæ: qui enim ſe indignum cenſet uiſitatione dignioris/humilitatē ſuā oſtēdit: ſicut & ille dicebat: dn̄e non ſum dignus ut intres ſub tectum meum. (Matth. viii.) & Petrus. exi (inquit) a me quia homo peccator ſum. (Luc. v.)

L
Honor debetur merito ū dignitati.

Hac igitur humilitate ſuſcipiendi ſunt prælati: nec non uiri ſancti/ac religioſi. & honor non ex perſonæ/Sed uirtutis/ac meriti/dignitatiſq; qualitate tribuēdus. Mariā enim cū eſſet iunior: ad cognatæ ſenioris uiſitationē: tum ius ipſum cognationis: tum ætatis ꝓrogatiua inuitabat. nec iunioris officium ſenior deſpicere: ſed cōmendare potius debuiſſe uidebatur. uerū dignitas/quam ex diuina gratia conſecutam eſſe illam ſpiritu ſancto reuelante cognouit/ad humiliandum ſe uerſus eam/utpote Domini genitricem/merito induxit. Non igitur Prælati/uel Religioſi uiri ætatem contemnere debemus: ut ad Thimoteum ſcribens reſtat Paulus. (i. Ad Thi. iiii) Neq; ad nobilitatem aut cæteras ſæculi huius dignitates: Sed ad eam/quæ ſola eſt libertas: & uera dignitas/hoc eſt/ad uitæ ſanctimoniam reſpicere. Ignobilia enim/& contemptibilia plerunq; eligit deus. (i. ad Corin. i.)

Textus.

Et quod dicit Mater Domini mei recte ad uirum ſanctum/qui in mēte iam concepit Saluatorem/refertur: quia mater Domini is appellari poteſt/ut in ſuperioribus diximus/qui eius fecit uoluntatem.

¶ Sequitur

¶ Sequitur tertiæ uirtutis/ fidei ſcilicet operatio.cum dicit.ECCE enim/ut facta eſt uox ſalu/ Textus.
tationis tuæ &c. Confitetur enim quod niſi prius credidiſſet facere non poſſet.dicente pro/
Pſal. pheta.Credidi propter quod locutus ſum.confitetur inq̄ ꝙ uox/ hoc eſt/doctrina/aut exhor
xiii. tatio ſancti viri/ ſua ad dei cognitionem excitauit præcordia: eoq; modo nō ſolum propriam
oſtendit fidem:ꝙ ſancti uiri ea:quæ ſunt fidei/& religionis chriſtianæ admonentis uerbis cre
Ad He/ didit:ſed etiam uerborum efficaciā a diuina,poeſſiſſe uirtute:ſicut ſacra ſcriptura teſtatur.Vi/
bre.iiii. uus eſt ſermo dei/ & penetrabilis.Item quomodo ex his uerbis filius/qui eſt in utero.i.ſpiri/
tus huius pœnitētis exultaret præ gaudio: ſi non illis fidem prius adhiberet? nam quo pacto
Pſalm̄. diceret ꝓpheta.Letatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi:in domum domini ibimus: ſi nullam
cxxxi. domini domum eſſe crederet? & de his etiam Saluator loquitur: ꝙ cum gaudio ſuſceperunt
Luc.xiii uerbum: ſcilicet per fidem.

¶ Hanc poſtremo fidem ſubſequitur ſpes/quæ eſt expectatio futuræ beatitudinis ex diuina B
ꝓmiſſione/quæ per fidē cōcepta eſt/proficiſcens ꝓpterea dicit:& beata quæ credidiſti quoniā Deſcriptio
perficientur &c. acſi ſcd̄m ſenſum noſtrum proficiens perfecto diceret: ex quo fidelis es/& ſpei.
ii.ad Ti iuſtus:expectare debes retributionem æternam:cum dixerit apoſtolus:ſcio cui credidi:& cer/ Textus.
mo.i. tus ſum ꝙ potens eſt ſeruare depoſitum meum &c. & per prophetam dicitur. & enim ſeruus
Pſa.li. tuus cuſtodit ea:in cuſtodiēds illis retributio multa.& non hoc ſolū de te credo futurū:verum
& alios pleroſq;/tuo vel exemplo/uel patrocinio/eandem beatitudinē eſſe aſſecuturos.Nam
Ioā.xx. & Saluator ipſe in Apoſtolorum perſona/Epiſcopis & Preſbyteris poteſtatē dedit remitten
Matth. di peccata. Item his/ qui ad eorum prædicationem crediderint: & baptizati fuerint/ ſalutem
xvi. æternā ꝓmittit. & rurſum uerba eorū uerba dei eſſe profitet̄/ cum dicit.: Qui vos audit/me
Luc.x. audit.& illos præterea dixit piſcatores hominum fore/& ob id/qui per fidem ea/quæ a præ/
Matth. latis: doctoribus: uel prædicatoribus:de obſeruatione diuinorum mādatorum/& præmio bo
iiii. norum dicuntur:firmiter credunt:per ſpem eadem abſq; ulla dubitatione conſequi cōfidunt.
Quin & fidelis quiſq; animam proximi ſui lucrari poteſt: dicente domino: ſi peccauerit in te
Lucæ frater tuus:corripe eum inter te & ipſum ſolum ſi te audierit/lucratus es animam fratris tui:
xvii. cui & illud conſonat: quod per prophetam dicitur:cum ſancto ſanctus eris. Idq; non ex do/
Pſalm̄. ctrina tantum uirorum: ſed etiam ex eorum exemplo/quemadmodum in ſuperioribus di/
xvii. ctum eſt/ conſequi poſſumus.

¶ Vidimus quid Elizabeth Mariæ dixerit.ſupereſt nunc: ut quid illi Maria reſpondit uidea/
mus: ex quo perſpicuum erit quale eſſe debeat uiri ſancti ad pœnitentem officium: cum ille
ad hunc accedit: uerba ſalutis daturus: & hic illum cum humilitate ſuſcipiens omni lauda/
tionis genere proſequitur.MAGNIFICAT(inquit)anima mea dominum/& reliqua.In quo Textus.
quidem cantico/utpote ab ea/quæ uerbum diuinum in utero geſtabat/compoſito:multa ne/ C
ceſſe eſt latere myſteria:que nunc proſequi ſingula/longum/atq; difficile nimis foret.Quā/ Canticum
tum tamen ille/cuius virtute uerba hæc proferebātur/ dare dignabitur intelligentiæ: ad ſen Mariæ.
ſum noſtrum moralem fideliter referemus.¶ Atq; in primis illud eſt conſiderādum:ꝙ in hoc
cantico Maria/quæ a cognata ſua,Elizabeth fuerat tam excelſis:atq;/ſingularib⁹ laudibus cele D
brata/vtpote/quam dixit benedictam inter mulieres:& matrem domini/& deinde iterū bea/ Intentio to/
tam propter eam/quam angelicæ prædictioni adhibuit fidem perficiendaq; in ea noſtræ re/ tius cātici ꝑ/
demptionis/quæ a deo predicta illi fuerāt myſteria/has a ſe laudes/& hos titulos nō refellit: ſtringitur.
Sed conſentiens ueritati:diuinæ omnia tribuit bonitati.dum dicit.quia fecit mihi magna/qui
potens eſt.& cauſam huius tam immenſæ/erga ſe/diuinæ pietatis: ſuam ipſius humilitatem Textus.
fuiſſe teſtatur:cum dicit.quia reſpexit humilitatem ancille ſuæ. Atq; vt cognatam/cæteroſq;
omnes ad paris humilitatis imitationem trahat:de huius uirtutis præmio multa proſequitur Textus.
& de ſuperbiæ illi oppoſitæ ſupplicio/non pauciora. Ne autem huius tantæ beatitudinis ſpe
cæteri decidant: hanc Mariæ humilitatem imitari poſſe deſperantes:non ſolum hunc remo/
uet a noſtris cordibus diffidentiæ ſcrupulum:oſtendens omnes humiles exaltandos/ & ſuper
bos deprimendos:verum etiam quo potiſſimum modo hanc humilitatem cōſequi poſſimus:
oſtendit.cum dicit.& miſericordia eius:ſubaudi humilibus conceſſa: a progenie in progenies
ideſt omnibus paſſim mortalibus timentibus eū: acſi diceret/omnes omnino timentes deum Textus.
ad hunc peruenerunt longa exercitatione humilitatis gradum:quo mediante/ diuinam miſe
ricordiam conſequūtur/& gratiam. Et rurſum:quia ad ſuperbiam/vt plurimum incitant po/
tentatus/& diuitiæ/ad humilitatem depreſſio/& paupertas. Quo ad hanc complectendā/&
illam fugiendā/uiam nobis oſtendat: ſubiungit.depoſuit potentes de ſede/& exaltauit humi
les.Eſurientes impleuit bonis/& diuites dimiſit inanes.Poſtremo ne putaret fortaſſis quiſpiā Textus.

hanc humilitatis uirtutē/& ex conſequenti mercedem propria conſequi poſſe uirtute: omnia
Textus. ad diuinam gratiam/ac prædeſtinationem referenda concludit:dum dicit. Suſcepit Iſrael pue
rum ſuum/recordatus miſericordiæ ſuæ/ſicut locutus eſt ad abraam &c. quaſi dicat hoc opus
miſericordiæ/quod Iſrael ſuſcepit.i.quod in omnes beatos deus exercuit/ex promiſſione diui
na prouenit: qui Abrae/& ſemini eius hāc repromiſit beatitudinis æternæ gloriam.i. oībus
D quos ab æterno ſaluandos prædeſtinauit. ¶ Illud inſuper in hoc Cantico conſiderari poteſt:q̄
ad ſingula/quæ Eliſabeth tum laudando/ tum ſpiritus ſancti gratiam: tam in ſe/q̄ in Maria
recognoſcendo:tum etiam futura huius gratiæ præmia prædicendo exclamauit Maria/ artifi
cioſiſſime deprehendi poteſt/reſpondiſſe:ne quis fortaſſis putaret:tam ſpiritualibus/tantoq̧
myſterio refertis cognatæ uerbis/Mariam iuniorem/ & totius humilitatis ſpecimen/reſpōde
re noluiſſe:ſed ad alia/quæ ad propriam ſpectabant ſuiipſius gloriam/diuertere maluiſſe ſer
monem. Ad illud enim/quod dixerat primum/benedicta tu inter mulieres/ & benedictus fru
ctus uentris tui/duo primi uerſus cōgrue referre poſſunt. ad illud autem quod ſecundo loco
dixerat: & unde hoc mihi/ ſequens uerſiculus. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ad
tertium uero dum dixerat: Ecce enī ut facta eſt uox &c. uerſus ille: Quia fecit mihi magna
qui potens eſt/& quæ ſequuntur/uſq̧ ad uerſiculum illum: Suſcepit Iſrael puerum ſuum:qui
E ad vltimā uerborū Elizabeth partem opportune pōt adaptari. Quæ ſingula deo adiuuante
Explanatio litteræ proſequamur. ¶ MAGNIFICAT (inquit) anima mea dominum. ſcilicet laudādo/ & gratias
illi de tanta in me collata gratia referendo: ſicut in pſalmis dicitur: Magnificabo eum in lau/
de. & alibi: Magnificate dominum mecum. & ne labiis tn̄ magnificare uideret: quemadmodū Pſalm̄.
de hypocritis dicit Saluator. populus hic labiis me honorat/cor autem eorum longe eſt a me: lviii.
ſtatim ſubiicit: Anima mea: acſi diceret/ ex toto corde meo laudes reddo deo/& ex omnibus Pſalm̄.
uiribus animæ meæ/ ueluti & alius propheta dicebat. de omni corde meo laudaui dominum: xxxiii.
Quare deum & hominem vocat. ¶ Neq̧ ſine myſterio dixit dominum/non ſimpliciter deum. domini enim nomen/ſpecialem Eccle.
quandam/& particularem importat in ſeruos auctoritatem/quæ etiam in inferiores a deo ca lxvii.
dere poteſt: propterea Thomas ad Saluatorem dixit. dominus meus & deus meus. dominus Ioh.xx.
ſcilicet ſcd'm humanitatem/ quia fui tuus ſeruus/ & diſcipulus. & deus ſcd'm diuinitatē: quia
F reſurgens me recreaſti. & Saluator apoſtolis ſuis dicebat: uos uocatis me magiſter/& domine Leuitici
Quomodo ſerui dei ſumus. & bene dicitis. quod quidem ex dei parte per ſpecialem electionē prouenire dici poteſt: ſicut xv.
de populo Iſraelitico dicitur: mei enim ſerui ſunt/& ego duxi eos de terra egypti. & alibi. in/ Pſalm̄.
ueni dauid ſeruum meum/oleo ſancto meo unxi eum. & ad aliū dixit dominus: ſeruus meus lxxxviii
es tu/& elegi te. quod ſane contingit cum noſtra/ uelut ſeruorum/acceptare dignatur opera: Eſa.xli.
propter quod dicebat propheta: reſpice in ſeruos tuos/& in opera eorum/ aut bona illis tri/ Pſalm̄.
buendo/ut inde fructum reddāt/ſicut dicitur in parabola de domino/qui uocauit ſeruos ſuos xxxix.
& tradidit illis bona ſua. & alibi. Et ſuper ſeruos meos effundam de ſpiritu meo. Itē & ex par/ Matth.
te noſtra prouenire poteſt/cum ſeruitutis opera fideliter deo exhibemus. iuxta illud/& enim xxv.
ſeruus tuus cuſtodit ea/ & ideo dicebat Chriſtus: beatus ille ſeruus/ quem dominus inuenerit Iohe.ii.
ſic facientem. Dominum ergo: & hoc & ſuperiore loco/ dum ad angelum dixit. Ecce ancilla Pſalm̄.
domini/appellare maria uoluit/ſeq̧ illius nō ſimpliciter creaturam: ſed ſpeciali ſeruituti ob/ xviii.
ſequio ancillam. utpote/quæ ad nullam rem aliam mentis oculos dirigeret: q̄ ad dominū: quē Matth.
admodum propheta dicit: ſicut oculi ancillæ in manibꝰ dominæ ſuæ. & hic quidem uerſus ad xxiiii.
primam Elizabeth uerborum partem (ut prædiximus) referri hoc modo debet. illa ſiquidem
ex Mariæ ſalutatiōe ſpiritu ꝓphetico imbuta dixerat. Benedicta tu inter mulieres. ad hoc igi/ Pſalm.
tur ſic. Maria reſpondet: non hanc laudem refutando: ſed in deum referendo. Magnificat ani/ cxxxii.
Textus. ma dominum/acſi diceret/propterea ex toto corde gratias reddo deo meo: qui me tāta digna Pſalm̄.
tus eſt implere gratia/ut digne nomen illius magnificare poſſim. rectos enim corde decet lau xxxii.
datio: quæ non eſt ſpecioſa in ore peccatoris. ¶ Et quia poſt hanc laudationem Elizabeth ſub Eccli.
iunxerat: & benedictus fructus ventris tui: Maria non incongrue reſpondet: & exultauit ſpiri xv.
tus meus in deo ſalutari meo/ acſi diceret: ex tāto dei beneficio/ quo me ancillam ſuam in ma
trem filii ſui eligere: meiſq̧ uiſceribus illabi filios ipſe dignatus eſt: Exultauit ſpiritus meus/
lætitia inenarrabili (ſicut dicit apoſtolus) nō ſolum anima ipſa/de qua prædixerat.i. animales i.Pe.i.
potētiæ: ſed abſtractꝰ ab humanorꝫ cogitatione ſenſuū/ & ad cæleſtia raptus ſpūs. de quo re
ferēs dicebat Ioannes: Fui in ſpiū dn̄ica die. & alibi. ſuſtulit me in ſpiritu. hanc aūt tantā exul/ Apoc.i.
tationem ſpiritus ad uirtutem filii dei/quē in utero geſtabat/ illūq̧ uerū deū eſſe cognoſcēs/ Apoca.
& redemptorem fore præuidens/ utrunq̧ his uerbis expreſſit in deo ſalutari meo.i. in eo qui xxi.
Textus. eſt deus ab æterno/& ꝑ hanc ſuā incarnationem effici uult ſaluator. de quo alibi dicit ꝓpheta.

&exultabo

Abac.i &exultabo in deo Ieſu meo. Ieſus enim ſaluator dicitur. ¶ Ad diuinæ autem laudis/& magni A
ficationis canticum exultatio conſequi ſolet. propterea dicebat propheta: Exultent/& letenť
Pſalm. ſuper te omnes quærentes te/& dicant ſemper magnificetur dominus: qui diligunt ſalutare
xxxix. tuum. Et alibi. Exultabit ſuper te in laude. & iterũ: Exultabunt labia mea cum cantauero tibi B
Sopho. & anima mea quam redemiſti. ¶ Cũ aũt Maria exemplum ſit omnibus moralis uitæ/in cuius
iii. perſona dicitur. Beati qui cuſtodiunt uias meas: & illud ad eam. In odorem unguentoꝵ tuoꝵ Moraliter.
Pſalm. currimus: oleum effuſum nomen tuũ: omnia nimirũ ipſius dicta/factaq; ad moralem ſenſum Laus uera
lxxi. quacũq; anima fideli diuina gratia illuminata referri proculdubio poſſunt. Cum itaq; ad per/ nõ eſt a per/
Prouer. fectioris uitæ uirũ/utpote prælatum/doctorem/predicatorem/aut religioſum: peccator con/ fectis omni/
viii. uerſus/ diſciplinæ/ aut conſolationis gratia ſupplex uenerit: in illiuſq; ſancta/ & exemplari no reſpuẽda
Canti.i. uita deum laudare cœperit: atq; illum beatum prædicare: Non quidem hanc ille laudem/quæ
ex zelo charitatis/ humilitatiſq; procedit/prorſus a ſe debet abiicere. Sed deo in primis gra/
ii. ad co. tias agere: ad illũq; oĩa cum laude referre: quẽadmodũ & Paulus apl's nõ ſolũ laudatiõi alioꝵ
x. in Chriſto cõſentiebat: ſed & ãpliꝰ de ſeipo dicebat: Nã & ſi ãpliꝰ aliquid gl'iatꝰ fuero de ptãte
noſtra/quã dedit nobis dominus in ædificationẽ: non in deſtructionem ueſtrã/ non erubeſcã:
& ſubſequitur. Nos autem nõ in immenſum gloriamur: ſed ſcd'm menſuram regulæ/quam
Chriſo. menſus eſt nobis deus menſuram pertingere uſq; ad uos. Sicut enim alius uir ſanctus dixit
de laud. altius de ſe offerre ſermonem/glorioſi eſt/& inſolenter de ſe iactantis. dicere autem illa/quæ
Pau. præſenti cauſæ tantũmodo neceſſaria ſunt futura: amantis eſt: multorũq; cõmoda cogitãtis:
Matt. v. ad eos nãq; (qui ad cæteroꝵ doctrinã/atq; inſtructionem in exemplum a deo ſunt electi) Sal/
ii. ad co. uator ipſe dixit: Luceat lux ueſtra coram hominibus: ut uideant ueſtra opera bona/& glorifi/
ii. cent patrem ueſtrum. Dicere igitur talis quiſq; cum Apoſtolo libere poteſt: deo autẽ gratias
i. ad theſ qui odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. & alibi. ideo & nos gratias agimus
ſa.ii. deo ſine intermiſſione/ quoniam cum accepiſtis a nobis uerbum auditus dei/ accepiſtis illud
ii. ad co/ non ut uerbum hominis: ſed ſicut eſt uerum uerbum dei. & alibi. Libenter gloriabor in infir
rin. xii. mitatibus meis/ut inhabitet in me uirtꝰ Chriſti. Debet inſuper ad laudes/ & gratiarũ actiões
Pſal. v. adiicere ſpiritualem læticiam: qua ſancti omnes conſcientia innocentiæ/& ſpe gloriæ/in ipſo
Pſal. m. totius eorum fœlicitatis obiecto exultant: ut cæteros eadem expectatio trahat uoluptatis/ac
xxxiii. perpetuæ/inæſtimabiliſq; læticiæ: & cum propheta dicere. Letamini in domino/ & exultate
Pſalm. iuſti: & iterum. Exultate iuſti in domino/rectos decet collaudatio. Et alibi. uenite exultemus
xciiii. dñ̃o/iubilemus deo ſalutari noſtro &c. Sed in his/qui ſequuntur/ uerſibus laxioribus habe/
Mat. xi. nis in ſuam ipſius laudem Maria ꝓrupiſſe uidetur/dum dixit. QVIA RESPEXIT humi G Textus.
Ge. xxix litatem ancillæ ſuæ: & quæ ſequunť: Verum hoc quoq; Saluator/qui ſe nobis humilitatis exẽ
Pſal. ci. plum præbuit/diſcipulis dixiſſe perhibeť. Diſcite inquit a me/ quia mitis ſum & humilis cor
pſal. cxii de. & eodem (quo maria) modo in ueteri teſtamento locuta eſt Lia dicens: uidit dominus hu/
militatem meam: nũc amabit me uir meus. propterea per pſalmiſtã dicitur: reſpexit in orõnẽ
humilium. & rurſum. humilia reſpicit in cœlo/& in terra. Propriam igitur humilitatem hoc
modo in alioꝵ ædificationem cõmemorare: ut ad illam omnis diuinæ gratiæ occaſio referať:
Prouer. non iactantiæ: ſed ingentis eſt meriti. ¶ Et quoniam humilitatem ſubſequitur gloria: dicente
xv. Sapiẽtia. Gloriam precedit humilitas: & Apl'us rurſum dicit. humilibus dat gratiam. Iccirco Textus.
i. Pe. i. ſubiicit: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Nã & de Chriſto dicit Apo
Ad phi/ ſtolus. Humiliauit ſemetipſum/ factus obediens uſq; ad mortem. Iccirco ſupra ſubiungit.
lip. ii. propter quod & deus exaltauit illum &c. Non igitur a ſancti/& innocentis prælati/aut docto
ris/uel ex his/de quibus diximus/cuiuſq̃ modeſtia iudicandum eſt alienum: ſi humilitatem
ſuam non inficians/ illam ſibi omnis gratiæ/ & gloriæ apud deum profiteatur fuiſſe prin/
Iaco. i. cipium/dicente Apoſtolo. Glorietur autem frater humilis in exultatione ſua. Et hic quidem
uerſus (quẽadmodum in ſuperioribus diximus) ad eam uerboꝵ Elizabeth partem refertur:
qua dixerat: & unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me. Reſpondet enim ad hoc op
portune Maria. Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Cum enim eam matrem appellet ſal
uatoris/& ſe eius uiſitatione profiteatur indignam/quærẽs quibus meritis tantæ uiſitationis
honore ſit digna: reſpondet Maria/ reſpiciens dominus humilitatem meã hac me gloriæ præ
rogatiua inſigniuit: ut inter cæteras omnes mulieres/quas ab æterno naſcituras præuidit/ me
tanti myſterii inſtrumẽtũ delegerit. ꝓpterea nõ mireris: ſi ea/ꝓpter quam maiorẽ in modum
gratia me deus repleuit/humilitas ex gratiæ ipſius aucta ſit incremẽto. Hæc quippe illa eſt q̃
Mat. xx. ad tuum me traxit obſequiũ. Quãto enim maior quiſq; eſt: tanto ſe humiliorem oſtendere de
&Mar. x bet: dicente domino: maior ueſtrum erit miniſter ueſter. Et ex hac humilitate/quã in me re/

ſpexit dominus/& ꝓpter quam tam inſigni priuilegio decorauit/ beatam me dicent oẽs ge/
nerationes.Simili uſa eſt loquendi genere Lia cũ eius ancilla natus eſſet marito Aſſer.ait enim
beatam me dicent mulieres:Aſſer.quippe beatus aut beatitudo. interpretatur perinde eſt igiẽ Gene.
Textus. illud atq; hoc/quod Maria cecinit.quoniam enim tanta me gratia dominus decorauit beatam xxx.
me dicent oẽs mulieres: hic dicit oẽs generationes.
¶Quod non uero ſenſu ab illo differt:cũ & mulieris appellatione/quẽadmodum in ſuperio/
ribus diximus/omnes omnino humana carne circundatæ animæ cõprehendi non incongrue
poſſint.Hanc igiẽ laudem ſibi a deo humanitatis meritum prouenisſe: & Maria &/qui p eius
ueſtigia gradientes/ſummũ inter mortales beatitudinis gradum pertingunt/profiteri ad alio
rum ædificationem abſq; ulla repræhenſione poſſunt:quẽadmodũ & Paulus ut pſeudo Apo/
ſtolos confunderet: & fideles in ſui admirationem traheret: nõ modo tribulatiões ſuas/& per ii ad co/
ſecutiones:ſed generis nobilitatem:& reuelationes diuinas:& gratiæ in ſe plenitudinẽ cõme/ rint xi.
morabat.¶Hanc autem apud mortales cunctos gloriã/non ex ſola gratia prouenisſe oſtendit
Maria:cum ſubiicit.Quia fecit mihi magna qui potens eſt.Gratiæ etenim plenitudine ſubli/
Textus. matam in cœlis animã/cœleſtes paſſim omnes cognoſcunt: & collaudant ciues. ſicut dicitur/ Cãti.vi.
uiderũt eam animã ſcilicet beatam: filiæ ſyon: ideſt omnes animæ ſanctæ.& beatiſſimã prædi
cauerũt.Sed apud mortales hi ſoli beati celebrantẽ:in quibꝰ ſeu per quos/magna deus dignaẽ
operari. Propterea dicit ſcriptura:fuit nomen eius cum Ioſue/& nomen eius in terra uulgatũ Ioſue.vi
eſt.Et de Dauid ſcribiẽ/poſteaq̃ multa diuinæ in ſe uirtutis edidit opera: & celebre factum eſt i. Regũ
nomen eius nimis.& alibi & diuulgatum eſt nomen Dauid in uniuerſis regionibus. xviii.
¶Et recte quidem humilitatem in omnibus hæc Maria etiam cum proprias laudes canebat i.Para/
Textus. ſeruaſſe dignoſcitur:quæ diuinæ omnia tribuit tum potẽtiæ/dum dicit qui potens eſt:& infra lip.xiiii.
fecit potentiam in brachio ſuo:tum miſericordiæ & bonitati/ dum dicit: & miſericordia eius
a ꝓgenie in progenies.& poſt paululum:recordatus miſericordiæ ſuæ.Propriæ aũtem uirtuti
nihil tribuit:ſed tantum humilitatẽ ſuam deo placuiſſe profitetur: ac ſi diceret nõ abſq; ullo
merito meo tanta me gratiæ plenitudine decorauit:ne cæteri mortales illam a deo ſibi abſq;
ullo pariter merito infundi ſperarent: ſed ad eius imitationem eodem/quo ipſa/ promereri
Textus. ſtuderent uirtutis genere. ¶Neq; tamen ſuã humilitatẽ ad tantam beatitudinẽ conſequẽdam
abſq; ampliori diuinæ miſericordiæ largitate ſatis fuiſſe teſtatur:dum dixit:quia reſpexit hu/
militatem i.acceptare dignatus eſt.quẽadmodũ & alibi diciẽ.Reſpexit dñs ad Abel & ad mu/ Ge.xxx.
nera eius.& per ꝓphetam.Reſpexit in orationẽ humiliũ.hocq; pacto mediocritatẽ per omnia Pſal.ci.
ſeruans Maria:quam perfectionis uitæ gardũ aſſecutis/ut ſepe diximus/imitanda deus tradi/
dit:diuinã in ſe gratiã/ac gloriam/& ſimul aliquid ꝓpriæ uirtutis/meritiq; ſingularis ſumma
cum moderatione recenſet.& quo magis deo tribuere uideaẽ omnia:nedum in principio:ſed ii. ad Co
D & in medio quoq; ſermonis/dum hæc/quæ ad ſuam pertinent gloriam/ cõmemorat:diuinas rint.
Textus. decantat laudes.Cum enim prius dixiſſet.Magnificat anima dominũ:nunc rurſum dicit. ET
Sanctũ quot SANCTVM nomẽ eiꝰ.i.immaculatũ/admirabile/gl'ioſum.Ita & Aplus faciebat/cũ inter ſuas
modis accipi laudes ſic dicebat:deus & pater dñi nñi ieſu Chriſti/qui eſt bñdictꝰ in ſecula:ſcit q nõ mẽtior.
tur. ¶Põt & alio mõ accipi uerſus iſte/ut ſit ſenſus. Beatã me dicẽt oẽs gñationes/ quia fecit mihi
Textus. magna qui potens eſt:& ſactum nomẽ eius.i.is q oi potẽs eſt:& ſanctus ſanctoꝝ.Alii enim fue
runt in terra potentes qui magna fecerũt.de quibus diciẽ:Iſti ſunt potentes a ſeculo uiri famo Geñ.vi.
ſi.nemo tamen illorum ſanctus/& potens eſt uocatus: ſed ille ſolus/ de quo dicit Apoſtolus/ i.Thi.
beatus/& ſolus potens rex regum.His ergo uerbis in ſua ſanctificatione/beatificationeq;/& vi.
in diuini uerbi incarnatione:nõ ſolũ diuinã potentiã operatã eſſe oſtendit: uerũ etiã eius pie/
tatem/immenſamq; bonitatẽ.Ita enim alibi accipitur hoc uerbũ in pſal. dum diciẽ:Sanctum Pſal.cx.
& terribile nomen eius:quod clarius ſtatim proſequitur dicens. Et miſericordia eius &c.& ali
Textus. bi.Magnificans in ſanctitate terribilis/atq; laudabilis faciens mirabilia. Vel ſanctum.i. firmũ Ge.xv.
& ſtabile:ac ſi diceret: magna ſunt quæ iam mihi fecit/hoc eſt/q̃ in me opatus eſt deus. uerũ
& maiora quæ promiſit/quorum expectatio certa eſt/quia nomẽ eius ſanctũ eſt/id eſt firmum
E & ſtabile/quod ipſe ſtatuit.Nomen enim dei/& quicquid de deo diciẽ:ipſe deus eſt.poteſt etiã Deute.
ſanctum dici glorioſum:ſicut dicitur in deutero.Nomen eius glorioſum. xxviii.
¶Hic autem uerſus/& qui ſequuntur quattuor proximi poſſunt/ut ſupra diximus/ad illã ter
tiam uerboꝝ Elizabeth particulam non incongrue referri. Cum enim illa dixiſſet exultaſſe
ad Mariæ uocem infantem in utero ſuo/proindeq; diuini/quod Mariæ inſidebat uiſceribus/
uerbi uirtutẽ/magnitudinẽq; cognouiſſe.apertius Maria ſancti ſpiritus in ſe operationem ex
preſſit.prius enim ſolum dixerat/reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. quia illam ſolum plenã Iudi. v.
gratia

gratia Elizabeth primũ uocauerat:quod aliis quoqꝫ mulieribus etiam ab angelo dictum legi/
mus. Quod autẽ eam matrem domini fore ſubdiderit:etiam ad regem tẽporalem uideri po/
terat retuliſſe:quẽadmodum & ad primum:Gabrielis uerbum Maria ipſa putauerat/dum:illã
filium/qui in ſolio Dauid regnaret/ parituram prædixerat: ſicuti a nobis in ſuperioribus eſt
demonſtratum. Sed cum ex infantis nondum nati motu diuinam foetus/quem in utero Maria Textus.
geſtabat/uiſtutem Elizabeth ꝓfiteretꝰ:illa quoqꝫ apertius dixit/hoc ex eo ꝓceſſiſſe: QVIA
FECIT/inquit/mihi magna qui potẽs eſt.ac ſi aperte diceret. Non mireris/ ſi quem in utero
geſtas/filius:quo potuit ſigno/nutuqꝫ/læticiam ex meo aduentu demonſtrauit: quia magna
ſunt quæ in me operatus eſt deus.Mam miſericordiam & potentiam in his maxime. oſtendit
ſuam/non in me tantum:ſed & in omnes huius ſæculi gænerationes.quæ ſane potentia/& mi
ſericordia in duobus apparebunt potiſſimum/in exultatione/ſcilicet humilium qui in dei ti
more ſe continebunt: & in depreſſione/& exterminatione ſuperborum/qui in ſua potentia
ſuiſqꝫ diuitiis confidentes a ueritatis uia declinabunt.ex quibus uerbis tãetſi deum ſe in uiſce
ribus incarnatum geſtare ſatis oſtẽdat:humilitatis tamen uicta pudore palam exprimere nõ
eſt auſa:ne nimium iactanter locuta de ſeipſa uideretꝰ. Sic enim & Chriſtus exemplum inanis
gloriæ a nobis prorſus tollere/atqꝫ eradicare cupiens: non niſi exigente neceſſitate ſe filium
dei:ſed tantum hominis filium nominabat:interrogãſqꝫ diſcipulos ſuos/ quẽ dicunt homi/
Math nes eſſe filium hominis.Licet de ſe intelligeret.Noluit tamen aperte dicere/quem me eſſe di
xvi. cunt.Et pariter dum dixit.Amodo uidebitis filiũ hominis uenientem in nubibus cœli:q̃q̃ & in
Mar.xiii extremis duobus uerſiculis promiſſionẽ Abrahe factã ſatis aperte dixerit in ſe eſſe adimple/
tam.Ad ꝓpoſitum igitur ſenſum redeuntes:tale eſt/quod Maria reſpondit/ac ſi dixiſſet:ecce
co exultauit infans in utero tuo/quia diuinam incarnati in meis uiſceribus dei ſenſit uirtutẽ.
Et ne hoc quidem ab ore perfecti ad cõuerſum/ uel ꝓficiẽtem eſt alienum:dum ea/qua decet
humilitate ꝓferatur: Quemadmodum ex Apoſtoli teſtimonio ſuperius eſt demonſtratum. A
¶Reliqua igitur ꝓſequamur.Sequitur enim in textu.ET MISERICORDIA eius a ꝓgenie Textus.
in ꝓgenies timentibus eum.quibus uerbis illud nimirum exprimere uoluit/a mundi initio ad
conſummationẽ uſqꝫ per ſingulas generationes deum optimũ maximũ ſuã bonitatẽ/atqꝫ mi/
ſericordiã oſtendiſſe/oſtẽſuruqꝫ eſſe.nullũ eñ tẽpus iccirco hic expreſſit: ut omne tẽpus præ/
teritũ.ſ.præſens/& futurũ includeret. Et quẽadmodũ in præcedentibus dictum eſt/ ne ſe ſolã
hac diuina miſericordia dignam iudicaſſe uideretur: omnibus deum timentibus cõmunẽ illã
eſſe oſtendit.a ꝓgenie ſiquidẽ in ꝓgenies peruenire dicitꝰ: quod a primis parentibus ad poſte/
ros oẽs cernitꝰ eſſe mãſurũ:quẽadmodũ & alibi per ꝓphetã dicitꝰ. dñe refugiũ factꝰ es nobis a
Pſalm̃. generatione in generationem.
lxxxix. ¶Cæterum quo uiam/ qua ingredi debent/qui eo præuenire cupiunt:perfectionis oſtendat: B
Sequitur:FECIT potentiam in brachio ſuo &c. In quibus uerbis animaduertendum eſſe dili/ Textus.
genter cẽſeo:quãta uerborũ efficacia crimen hoc ſupbiæ exprimat:deo ſumme odioſum eſſe. Deteſtatio
In primis dum dicit.Fecit potẽtiam in brachio ſuo. In quo quidem demõſtrare nititur/ deum ſuperbiæ.
Pſalm̃. ipſum nõ cõmuni/atqꝫ ordinaria aduerſus tales uti potentia: ſed brachiũ ſuæ potentiæ aduer
cxi. ſus eos armare fortius.q̃uis eñ eadem ſit ſemper in deo/& potentia: & uirtus: in ſeqꝫ ſit imu/
Malac. tabilis:ita ut nulla illi diuinæ naturæ accidere poſſit mutatio/uel paſſio:dicente propheta: Tu
iii. aũt idem ipſe es.& apud alium de ſeipſo dicit deus. Ego dñs/& non mutor. Ab effectu tamen
Pſal.ii. mos eſt ſacræ ſcripturæ eius aut iram: aut amorẽ exprimere.ita ut aliquãdo furere dicatꝰ:cum
Pſalm̃. ſubitaneam/atqꝫ atrocem exercet uindictam: ſicut dicit ꝓpheta: Et in furore ſuo conturba/
lxxxviii bit eos. Et alibi frequentiſſime. Ita hic quoqꝫ brachium ſuũ.i.diuinã uirtutẽ/de quo ꝓpheta di
Exo.xv. cit:In brachio uirtutis tuæ diſperde illos/ potentia inſolita/fortioreqꝫ armari dicitꝰ.Cum eos
Pſalm̃. maiore ruina cõfundit.Sicuti cum aduerſus Pharaonẽ uindictã illam exercuit tam inſignem:
cxxxv. moyſes in hæc uerba cecinit: Dextera tua magnificata eſt in fortitudiue.& alio in loco dicitꝰ:
Eccliaſt. Glorifica manũ/& brachiũ dextrũ/Sed & præter hanc maioris potentiæ/& ſingularis/ut ita
xxxvi. dixerim/irritatæ mentis expreſſionẽ: rurſum aliud ex geminatione /inculcationeqꝫ uerborũ
Pſalm̃. ſubiicitꝰ iracundiæ maioris argumentũ dum dixit.DISPERSIT ſuperbos mẽte cordis ſui ad Textus.
lviii. diuinã ſiquidẽ indignationẽ exprimẽdã/ diſpſum iri: uel diſpſos eẽ ſupbos dicere ſatis erat.i.
Pſal.li. diuerſis modis pdẽdos/ue pditos. Ita eñ hoc loco accipi uerbũ hoc congrue põt:ſicut & alibi
Prouer. dicit ꝓpheta:diſpge illos in uirtute tua.quod perinde eſt/ ac ſi diceret: paulatim deſtrue: uel
iiii. diſſipa.& alibi:diſperges omnes/qui operãtur iniquitatẽ. Adiecit tamen geminata illa uerba
ii.Para/ Mente cordis ſui.tametſi alterũ ſatis/ſuperqꝫ diuinũ exprimebat affectũ/ſi ſine mente & ſine
li.xxix. corde dixiſſet.quẽadmodũ per Sapientẽ dicitꝰ:cuſtodi ea in medio cordis eoꝝ.& per Apoſtolũ

renouamini ſpiritu mētis ueſtræ.quod quidem perinde eſt/ac ſi dixiſſet: ex intimis cordis:uel Ad eph.
ex tota mēte. prout deum amandum eſſe ſcriptura teſtatur.& huic ſimile eſt/qđ de deo in ge iiii.
neſi legitur.tactus dolore cordis intrinſecus. Mar.xii

C Tres ſuperborum gradus. ℣ Poſſunt & in alio ſenſu hæc uerba intelligi.ut ſcilicet tres ſuperborum diſtinguant gradus. Geñ.vi.
Primus quidem/eorum qui humanæ conditionis prorſus obliti/diuinos ſibi honores uſurpa
re contendunt/aut qui furore nimio aduerſus diuinam potentiam ſua conſilia præualere arbi
trantes/illius nomen/maieſtatēq; blaſphemant. Et eorum pariter/qui humilitatis ſpecie pro
pter religionis habitum/uel doctrinæ/aut fictæ ſanctitatis oſtentationē/inani ſe gloria/atq;
arrogantia perdunt. Quos belliſſime Saluator demonſtrauit dicens. ueniunt in ueſtimentis Mat.vii.
ouium/& intrinſecus ſunt lupi rapaces.qualis erat & phariſeus ille/qui dicebat:grãs ago tibi Lu.xviii
domine/quia non ſum ſicut cæteri hominum &c. Et hi ſane ſunt quos Maria dicit ſuperbos
mente cordis ſui.i.inflatione/& eleuatione mentis/quam a deo auertentes ad propriam pe/ Pſalm.
nitus conuertunt gloriam.℣ Secundus uero gradus/qui in ſequenti uerſu exprimitur/eorum lxxxviii
D eſt/qui dignitatis/aut humanæ potentiæ elati magnitudine/ſunt humilioribus inſolentes & Hiere.
pro ſua libidine cuncta perturbant. Et ii ſane ſunt de quibus Maria dicit:DEPOSVIT poten xvii.
tes de ſede.℣ Tertius autem gradus eſt eorum/qui diuitiis affluentes uitam agūt luxurioſam
paupereſq;/& humilis cōditionis homines deſpiciunt/diuitias ſibi uelut deum cōſtituentes:
cui quidem ſuperbiæ riuulo/ſtimuloq;/auaritia plerunq; eſt coniuncta.& hi ſane ſunt/ quib⁹
Maria dicit:ET DIVITES dimiſit inanes:Hanc ſiquidem totius humilitatis magiſtram/can
ticum illud ad cunctorum mortalium erudi tionem edentem/decuit: quemadmodum ſpecies
omnes humilitatis/& quæ illis propoſita ſunt præmia exprimere. Ita nullum omnino genus

E Tres harum trium ſpecierum ſupbiæ pœnæ. ſuperbiæ/& earum/quæ ſuperbis imminent/pœnarum prætermittere. ℣ Secundum quã qui
dem intelligentiam cōſiderandum eſſe arbitror: quoniam modo hos tres ſuperbiæ gradus di
uerſis afficiendos pœnis Chriſti mater oſtendat. Eos enim qui toto ſpiritu ſunt elati/diſper/
gendos primum dixit:potentes autem deponendos eſſe de ſede:& diuites inanes dimittēdos.
Primum namq; ſuperbiæ gradum/cum ſit omnium peſſimus/utpote diuinæ poteſtati/maieſta/
tiq; penitus aduerſus/grauior nimirum pœna ſubſequitur: non æterna modo/uerum etiam
temporalis/quemadmodum gygantum/Anthiochi/utriuſq; Herodis/Simonis magi & alio/
rum plurimorum exempla nobis ex ſacris litteris abunde teſtatur.de quibus etiam his uerbis
ꝓpheta loquitur.humiliaſti ſicut uulneratũ ſuperbũ.& alius: duplici conteſtatione conteres Pſalmo
eos domine deus noſter. In præſenti ſcilicet uita/& in futura.Hanc igitur ſuplicii grauitatem lxxxviii
exprimere uolens Cytharœda noſtra:hæc quæ prænotauimus uerba præmiſit/fecit potentiã Hiere.
in brachio ſuo:poſtea pœnam ſubiiciens diſperſit/inquit/ſuperbos:quod uel totalem eorum xvii.
diſſipationem/ ut prædiximus/ſignificat: uel etiam diſſipationem.i.diuiſionem/& confuſio/
F nem:ſicuti de gigantibus legitur.

Cōtra hypocritas. ℣ Hi autem proximi ſunt iudicandi:qui humanæ gloriæ cupiditate ſimulant ſanctitatem:uel Geñ. xi.
qui ꝓpriæ uirtutis/aut ſapientiæ/aut doctrinæ/opinione ſublimia gerentes/ueritatis uiam
deſeruerunt.Nam& hi quoq; in uentum diſperguntur/qui ex ea parte tertia cenſendi ſunt:
quam Ezechiel in uentum diſpergēdam eſſe prophetauit.& de quibus Sapientia dicit:nubes/ Ezec. v.
& uentus/& pluuiæ non ſequentes uir glorioſus:& promiſſa nō complens.Et alibi de adulte Prouer.
rinis plantationibus dicit:a nimietate uentorum eradicabũtur. Et Iob ille patientiſſimus:ſpes xxv.
Hypocritæ peribit.& alibi.Congregatio Hypocritæ ſterilis.horum enim ſiue iactantia/ ſiue Sap. iiii.
inanis glia/ceu uēto agitat⁹ fum⁹/& in aera extenuat⁹/diſperſuſq;/breui euaneſcit.pariterq; Iob. viii
illoꝝ memoria cũ ſonitu:ſicut dicit Pſalmiſta.quippe quorũ neqtia cognita in cōfuſionē atq; Iob. xv.
ignominiã coꝝ futilis cōuertit̃ glia.& iccirco Saluator ipſe quũ plurimis/acerrimiſq; id gen⁹ Pſal ix.
hominum uerbis increpaſſet:ſubdidit:quotiens uolui uos cõgregare quēadmodũ gallina con Matth.
gregat pullos ſuos ſub alas/& noluiſtis/ecce relinquet̃ uobis domus ueſtra deſerta: ac ſi aper xxiii.
G te diceret:quia mecum colligere/& in me cõgregari noluiſtis:diſpergimini/ſicut puluis:quē i.Re.xv
proiicit uentus a facie terræ. ℣ Secundus autem ſuperbiæ gradus/eorum ſcilicet qui in poten Dañ . v.
tibus ſupra modum ſe extollentes eam auctoritatem & potentiam quam ad aliorum ſalutem Eſa.xxii
ædificationemq; acceperunt/in ruinam/atq; offenſionem conuertunt/alia plectendus pœna Exodi.
ꝓponit̃/ nō huic tamē lõge abſimili. de ſede enim plerunq; deponuntur tēporali:& in eorum xiiii.
locum manſueti & humiles:quos perſequebantur/ ſubſtituuntur.Sicut de Saul:& Nabucho/
donoſor/aliiſq; plurimis ſacra teſtat̃ hiſtoria:& ob eam cauſam ſobrinã ſacerdotio depoſitus
legit̃. Quod & ſi ad mortem uſq; eorũ pleriq; terrena potiti ſint poteſtate:in morte tamen
de ſede illa temporali ſic deponētur:ut ad æterna rapiantur ſupplicia. Quemadmodum & de
pharaone

Prouer. pharaone illo obſtinato ſcriptura teſtat̃. & de his Sapiens in hæc uerba loquit̃:domum ſuper
xv. borum demolietur dominus/& firmos faciet terminos uiduæ.& alibi:ſuperbum ſequitur hu
Prouer. militas: & humilẽ ſpiritu ſuſcipiet gloria. & rurſus. ſedes ducũ ſuperborum deſtruxit de⁹/&
xix. ſedere fecit mites pro eis.Multaq; in hanc ſentẽtiam afflatus diuino ſpiritu Iob ille ſanctiſſi/
Prouer. mus ſcripta reliquit.⁋ Tertiũ uero ſuperbiæ caput diuerſo quoq; pœnæ genere ulciſcendum
xxix. tradit.hos enim/qui diuitiis affluentes in his fallacem reponunt ſpem/& gloria corruptibiliũ
Eccl'.x. rerũ elati/ inopem agẽtibus uitam crudeles ſe præſtãt/& inſolentes/inanes manſuros Maria
Iob. viii pronunciat:hoc eſt bonorum operum meritis uacuos.Hi plane ſunt: quibus in tremendo illo
x. xii. & uiuorum/& mortuorum extremo iudicio Saluator ipſe dicturus eſt: eſuriui/ & non dediſtis
xv. mihi manducare.& reliqua: inter quos epulo ille diues/cuius hiſtoriã Chriſtus ipſe recenſuit
Matth. quale ſit de cæteris ſumendum ſupplicium: nobis exemplo eſſe debet. Et de his per prophetã
xxv. dicit̃: ꝙ cum dormierint/nihil inuenerũt in manibus ſuis.& alibi:diuites eguerunt/& eſurie
Lu. xvi. runt.propterea ad Thi.ſcribit Apoſtolus/diuitibus huius ſæculi præcipe non altum ſapere.
Pſ.lxxv ⁋ Quemadmodum autem hi tres.ſuperborum gradus diſtincti ſint/& ſingulis ſingulæ op/ A
Pſalmo poſitæ pœnæ iam ex huius cantici uerbis uidimus:Qualia etiam humilitati illis oppoſitæ de De gradib⁹
xxxiiii. beantur præmia:per totidem gradus hæc uirgo prudentiſſima pariter diſtinxit.Quorum pri & præmiis
i.Thi.vi mus eorum eſt/qui tam profunda ſunt humilitate: ut ſeſe totos deo deuouentes terrena con/ humilitatis.
temnant omnia:nulliq; prorſus iracundiæ/aut cupiditati obnoxii/patienter cuncta ſufferãt/
& pro perſequentibus/opprimentibuſq; ſe/deum orent:gaudeantq; pro dei nomine cõtume
liam pati:immo & uitam ipſam/ubi res exegerit/perdere temporalem.Hanc autem Chriſtus
nos & uerbo docuit/& exemplo:& eius diuinitate Mariæ uirginis ſanctificata felix anima/ &
quanta humana uirtus adiuuante deo capere poterat perfectionem:gratiaq; repleta/ ſe cũctis
mortalibus ducem præbuit/& magiſtram.Sed & præter Chriſtum/qui non pura fuit creatu/
ra/& eius matrem/quæ ſpeciali prærogatiua ſupra mortales cæteros plurima eſt ꝯſecuta per
i.Re.vi. fectionis dona/in ueteri teſtamento cum cæteri pleriq; diuina adiuti gratia perfectum humili B
Pſalmo tatis gradum ſint aſſecuti/Dauid tamen ille cytharœdus præ cæteris humilis nũcupatur: qui
cxli. de ſeipſo dixit/eroq; humilis in oculis meis:propterea de illo dicitur:Mementõ domine dauid
& omnis manſuetudinis eius/quaſi in eo totus humilitatis norma fuerit conſpicua.his ſane
qui hunc ſupremum humilitatis gradum obtinuerunt/ſumma quoq;/ & ſingularis eſt colla/
Phili.ii. ta gratia.de Chriſto enim dicitur:humiliauit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mortem:
propter quod & deus exaltauit illum:& donauit illi nomen/quod eſt ſuper omne nomen.Ma
ria uero de ſeipſa teſtat̃/ ꝙ iccirco magna ſibi fecit dominus:quia eius reſpexit humilitatem:
quæ qualia ſint:nemo poteſt mortalium mente concipere. Moyſes quoq; non aliis gradibus
in montem ſanctum/ubi gloriam dei uidere meruit/aſcendiſſe:neq; alia uirtute potentiſſimũ
regem/uniuerſumq; exercitum eius exterminaſſe credendus eſt. Dauid aũt præterq̃ ꝙ ex pe/
cudum paſtore ad regium faſtigium diuino oraculo fuit euectus:nõne/quod omni regno ter
reno longe eſt excellentius/tantam diuinorum myſteriorum præ cæteris prophetis omnibus
habuit reuelationẽ:ut de ſe ipſe dicat:incerta & occulta ſapiẽtiæ tuæ manifeſtaſti mihi: & ali/
Pſal.l. bi.ſuper ſenes intellexi: & ſuper omnes docentes me intellexi/ Ioannes quoq; dilectiſſimus
Pſalmo Chriſti tum cognatus:tum diſcipulus/nonne dum ſuper illius pectus in cœna recubuit:de ſa
cxviii. cro ipſius diuini pectoris fonte ſupernæ ſapientiæ fluenta potauit?Quæ quidem poſtea mira
bili/ac pene inperceptibili ſtilo/ tam euangelicæ/ q̃ propheticæ affluenter euomuit.Alius itẽ
Io.xxi. Ioãnes:cum Saluatoris & cognatus/& præcurſor ſeu præco & baptiſta extiterit: & ipſius etiã
teſtimonio pluſq̃ ꝓpheta cæteriſq; humana lege procreatis maior fuerit iudicatus: in horum
Luc.vii. iam dictorum numerum proculdubio referendus eſt.& Petrus pariter/ quem cæteroꝝ Apo/
lorum principem/& gregis dominici ſupremum paſtorem Chriſtus ipſe conſtituit/ illumq;
Mat.xvi beatum uiuens declarauit/& eius fidem non defuturam prædixit.& Thomas/cui ſe palpan/
Lu.xxii. dum in glorificato corpore præbuit/ & cæteri deniq; Apoſtoli/ quos ſuper omnem terram
Ioi.xx. principes cõſtituit:quibuſq; præter cætera priuiligia plurima ex proprio ore ſpiritum ſanctũ
Pſalmo infudit:teſteſq; eos ſuæ:tum diuinitatis:tum humanitatis cõſtituit: & in iudicio extremo ſibi
xliiii. ſuper ſedes aſtituros prædixit/hos enim ſupremæ humilitatis/quam ab eo ipſo didicerunt/
Ioi.xx. præmia conſecutos nemo ambigit.& cum his Paulum/qui ex perſecutore factus gentium do
Mat.xvi ctor in tertium cœlum raptum eſſe & arcana uerba/quæ homini loqui non licet/ audiuiſſe ſe
Mat.xix ꝓfitetur.Hos ſane/& cæteros quotquot ꝓfundiſſima/ nixq; cæteris imitanda deo coniũxit hu
ii.ad Co militas:præcipua decuit gratia/gloriaq; ſublimari.
rint. xii. ⁋ His ꝓximos & proinde ſecũdo gradu locãdos Patriarchas cæteros ueteres diuinoſq; uates/. C

& heroes cenſeo:qui tum doctrina:tum mirandis operibus:tum futurorum prædictione per/
uerſos reges/populoſq; ſuperbos/partim ad ſanam mentem conuerterunt:partim diuina uir
tute proſtrauerũt:exterminauerunt/ confuderunt: partim proprio ſanguine illorum furorẽ
atq; immanitatem reſtinxerunt. & in noua lege celebratiſſimos martyres: qui ad mortẽ uſq;
Chriſti principis ſui/ Apoſtolorũq; ducum ſuorum doctrinam/geſtaq; præclara imitati/ ſeſe
humiliantes/ Tyrannos omnes:ſanctæq; fidei/ & religionis hoſtes gladio doctrinæ/ac ſcuto
fidei fortiſſime oppugnantes fuderunt/uicerunt/ſuperauerunt q;: ac erecto ſacroſanctæ Cru
cis tropheo in cœleſti Hieruſalẽ triumphum duxere glorioſum:militibuſq; ſuis & tribunis re
liquias belli perſequendas reliquere.a quibus poſtmodum hoſtes ipſi ad internicionem ſunt
deleti:& in fines orbis terræ uictritia ſigna ꝓlata. Hi ſane ſunt humiles illi:quos depoſitis de
ſede poteſtatis huius terrenæ principibus ſuper omnia ſydera deus optimus maximus exalta
uit.de quibꝰ dicit̃:obturauerũt ora leonũ:fortes facti ſunt in bello/caſtra uerterũt exteroꝵ.
D ¶ Cõfeſſores uero/& reliquos diuinæ legis/ſiue doctores/ſiue emulatores/ſiue factores/qui Ad heb.
cum temporalia nihil penderent:uere pauperes ſpiritu nuncupandi ſunt/tertio gradu conſti/ xi.
tuere cõuenienter poſſumus.Hos etenim cordiũ ſerutator deus uariis impleuit bonis: alium
ſcilicet ſpiritu ꝓphetico/alium gratia ſermonis/alium excellentia doctrinæ/præſtatione ſani Sap.v.
tatum.aliũ de quibus/qui eos contempſerunt/dicturi ſunt:hi ſunt quos aliquãdo habuimus
in deriſum: & in ſimilitudinem improperii/nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſa/
niam:& finem illorũ ſine honore.ecce quomodo computati ſunt inter filios dei:& inter ſan/
ctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus a uia ueritatis: & iuſtitiæ lumen non luxit nobis: & ſol
intelligentiæ non eſt ortus nobis.Laſſati ſumus in uia iniquitatis/& perditionis/& ambulaui/
mus uias difficiles:uiam aũt dñi ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia/aut diuitiarum
iactantia quid contulit nobis? &c.De his quoq; Chriſtus ipſe dixit? Beati pauperes ſpiritu/ Matt.v.
quoniam ueſtrũ eſt regnũ celoꝵ:Beati qui eſuriunt quoniã ipſi ſaturabuntur.Hoc etiam loco Lucæ
ponendus eſt Lazarus ille mendicus/qui extremam æquo/humiliq; animo ferens paupertatẽ xvi.
in ſinum Abrahæ tranſlatus/diuitem epulonem/a quo uiuente ſpretus fuerat inter flammas
uidit æſtuantẽ.& quicunq; pari patientia cum gratiarũ actione conſtanti/ lætoq; animo tẽpo/
ralium bonorum indigentiam:aduerſaq; ferunt omnia. Neq; tamen hæc graduũ diſtinctio
aliã excludere cẽſenda eſt latiorem magiſq; ſpecificã:& particularem:quæ ſecũdum uarias figuras
uario quoq; poſſet numero ſubdiſtingui:ſed mea quidem ſententia nulla auferri poſſet accõ/
modatior:q̃ quæ ad exemplum angelicorum ſpirituum nouenis eſt diſtincta ordinibus.totidẽ
enim animarũ ſanctarum beatitudines diſtinguuntur gradibus. neq; de reprobis idem quoq;
cenſere a ſcripturæ ſacræ abhorret ſententia: cum & lucifer ille apoſtaticus nulli beatorum
gloria/ dignitate/naturæq; excellentia ceſſiſſe perhibeat̃. de quo per prophetam dicitur. Tu
ſignaculum ſimilitudinis plenus ſcientia & perfectione.decorus in deliciis paradiſi fuiſti. Sin
E guliſ igitur gradibus/quos ex Mariæ ſententia ſuperius cõmemorauimus/in tres alios ſubdi
ſtinctis ad nonum tam gloriæ q̃ ignominiæ numerum concinne redigent̃. Hos itaq; tres; tum
ſuperbiæ tum humilitatis gradus/eorũq; ſiue præmia ſiue ſupplicia diſtinguens pia dei geni
trix exempla nobis ponenda reliquit.quæ ipſa/uel qui in ea requieſcebat/Spiritus Sanctus in
ſacris ſparſa uoluminibus & a maioribus per manus accepta enumerare tam facile potuiſſet
q̃ uoluiſſet. Verum ad noſtram eruditionem hæc omnia ſcripta eſſe credendum eſt: ut & nos
quæ uel noſtris uidimus oculis:uel ab aliis relata aut ſcripta audimus & legimus:hanc cætera/
rum ducem uirtutum humilitatẽ toto cordis affectu cõplectamur/ qua Chriſto/ ſi uolumus/
ſimiles fieri poſſumus/illiuſq; merito inæſtimabilia cõſequi bona. Eius uero æmulam atq; ini
micam ſuperbiam/a qua pariter cætera defluunt ſenſuum flagitia/omni ſtudio deuitemus. Et
quibus cæteris dignitate præeſſe datum eſt: aut ampliori diuinæ gratiæ munere præemine/
re: infirmiores ut idem faciãt uel doctrina: uel imitatiõe.Mariæ exẽplo cohortari.Neq; ſacræ
ſcripturæ dũtaxat teſtimonia: ſed rerũ etiã geſtarũ illis exempla aperte proferre quibus eos a
ſuperbia cæteriſq; flagitiis deterreant: ſuperborum & iniquorum miſerabiles caſus cõmemo/
F rantes:& ad humilitatem/charitatem/caſtitatem:cæteraſq; uirtutes illarum fructu ac merce/
de in aliorum gloria exaltationeq; perſpectis alliciant & inuitent. ¶ Supereſt iam: ut ad extre
mam huiꝰ cantici particulam deueniamus/quæ ultimæ quoq; Elizabeth ſermonis clauſulæ/
quẽadmodum ſuperius diximus correſpondet. Cum enim illa dixiſſet: Beata quæ credidiſti:
Textus. quoniam in te perficientur: quæ dicta ſunt tibi a domino:nihil ad hoc Maria reſpondere po/
tuiſſet accommodatius : q̃ quod his continetur uerbis.ſuſcepit(inquit) Iſrael puerum ſuum:
recordatus miſericordiæ ſuæ:ſicut locutus eſt ad patres noſtros Abrahã & ſemini eius in ſæ/
cula.Perinde

cula.Perinde eſt enim ac ſi aperte dixiſſet: Beatam me o cognata chariſſima uocas:quoniã his
quæ Gabriel mihi prænunciata fuere: credidi/ob idq; illa in me implenda prædicis. profiteor
inquam credoq; firmiſſime: hæc quæ in me & ex me implenda uaticinaris/per multa retro ſæ
cula Iſraelitico pp'lo a diuina miſericordia bonitateq; eſſe deſtinata:diuinoq; oraculo Abrahæ
Ge. xxii & ſemini eius repromiſſa. Abrahæ ſiquidem primũ dictum eſt: In ſemine tuo benedicentur
Gene. omnes gentes.Semen autem eius:hoc eſt poſteritas a nepote Iacob/qui Iſrael mutato nomi/
xxxii. ne a deo uocatus eſt/cognomen aſſumpſit: ita ut omnes/qui ex Iacob & cæteris deinceps de/
ſcenderunt/ Iſraelitæ uno communiq; nomine ſint uocati. His autem/ quæ proxime Ma/
ria dixerat/hæc connectendo:hic ſenſus eſſe poteſt litteræ.Cum enim de diuina erga humi/
les & inopes benignitate clementiaq; diſſeruiſſet ad ſacrum/quod in ea impletum erat/incar/
nationis uerbi myſteriũ ſermonem conuertit:atq; ex præmiſſis hoc modo cõcludit.Deus ipſe/
qui humiles exaltat/ Iſraelis pueri ſui humilitatẽ reſpiciens:illũ in ſuam non modo gratiam:
uerum etiam cognationem/ſuſcepit. Vt ex ea gente/quæ ex eius nomine cognominata erat/
& ex eius nihilominus ſemine propagata/dei filius carnem humanam ſumeret:idq; tum pro
ſua in humanum genus miſericordia pietateq; fecit:tum ut promiſſionem/quam patribus no
Pſalmo ſtris:atq; in primis Abrahæ fecerat/adimpleret. Suſcipere ſiquidẽ hoc modo deus ipſe aliquẽ
xvii. & dicitur:cum hunc gratia donat & gloria:ſicut in Pſalmis dicit: ſuſcepit me dextera tua & ali/
ps.lxii. bi:& cum gloria ſuſcepit me. ¶ Nec immerito Iacob iſte Iſrael cognominatus eſſe putandus
Pſalmo eſt:ſiue enim uiden deum ſiue particeps cũ deo nomẽ hoc ex Hebræo interpretamur: utrũq;
lxxii. & ad patriarc ham illum ſanctiſſimum/& ad omnem diuinam plebem referri congrue poteſt
Pſalmo quos enim ſuos futuros deus æterna prædeſtinatiõe cognouit/hos deum ſemper uidere: atq;
xxiiii. in eius faciem reſpicere oportet:dicente propheta oculi mei ſemper ad dominum. & alibi: ſi/
Pſalmo cut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum ita oculi noſtri ad dominum. Hũc quoq;
cxxxii. cum deo participem eſſe ideſt inter principes a deo conſtitutos connumerari decet/de quibus
Pſalmo dictum eſt:principes populorum congregati ſunt cum deo Abraam. Propterea non ſine my
xlvi. ſterio/illud quoq; uerbum uirgo ſubdidit/puerum ſuum.quod animi puritatem atq; innocẽ/
Pſ.cxii. tiam humilitatẽq; aperte ſignificat. Iuxta quem ſenſum in Pſalmo dicitur: Laudate pueri do
Luc.ix. minum.his enim regnũ cœlorũ promiſit deus:qui non ætate:ſed corde pueri ſunt & paruuli.
Lucæ propterea contendentibus de maioritate Apoſtolis appræhendens Chriſtus puerum paruulũ
xviii. dixit. Niſi cõuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruulus iſte non intrabitis in regnum cœlorũ.
Et de pueris/qui ad eum accedere prohibebantur/dixit:ſinite pueros uenire ad me.talium eſt
enim regnum cœlorum. ¶ Licet igitur Abrahæ primum repromiſſio Chriſti facta eſſet: tñ
ad Iſrael puerũ ſuum dñs reſpexiſſe dicendus eſt:ut eam in illius quoq;/ nedũ in aui ſemine/
adimpleret:omnium namq; electo℞ ſeu ꝓdeſtinato℞ opera meritaq; ab æterno præuidens:ut
primorum parentum culpam/quæ nullo humano piaculo expiari poterat/ ſeruata diuinæ/iu
ſtitiæ lege aboleret:coæternum conſubſtãtialemq; ſibi filium ex hac ipſa gente carnem ſume
re/rato tempore & decreuit/& prædixit/quæ ab Iſrael ſanctiſſimo patriarcha nomẽ & genus
duxerat.Neq; enim credendum eſt ad carnẽ noſtram aſſumendam deum ipſum Abrahæ:uel
Iacob/Dauid ue/ aut alterius cuiuſq; mortalium/potiuſq; Mariæ meritis eſſe permotum.Su/ Textus.
ſcepit Iſrael puerum ſuum/recordatus miſericordiæ ſuæ.Cum uirginem ex iſraelitica gente
prognatam:illiuſq; nomen ſumma tum charitate:tum fide ſeruãtem/matrem ſibi dignatus
eſt diligere Tũcq; Abrahæ primum: & dehinc Dauidi factæ de uerbi incarnatione promiſſio
nes conſummatæ ſunt & adimpletæ. ¶ Hæc autẽ ad moralem ſenſum redacta retentoq;/quod B
præmiſeramus/ themate ſic accipi poſſe arbitramur oportere ſcilicet eos/qui perfectiorem Moraliter.
in hac mortali uita gradum conſcenderunt/cum pœnitentibus/ proficientibuſq;/ qui eorum
ſanctitatem/doctrinam/uirtutemq; admirantur/& beatos ſanctoſq; & de æterna beatitudine
certiores predicant/ita reſpondere:ut abſq; ulla animi elatione atq; iactantia/de diuina miſe/
ricordia promiſſioneq; ſe confiſos æternæ uitæ præmia expectare non negent/& inſuper eadẽ
omnes ſperare poſſe/oſtendant:qui mandata diuina pari uitæ innocentia ſpeq; & fide ſeruan
Ioan.i. tes:ueri Iſraelitica appellari poſſint:ſicut de Nathanaele dixit dominus:& ſemen Abrahæ:
Ad Ro. quemadmodum de ſe dicit Apoſtolus/& cum eodem Apoſtolo dicere/bonum certamen cer/
xi. taui curſum coſummaui:fidem ſeruaui:in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ/quam re/
ii. ad thi promiſit mihi dominus iuſtus iudex:non ſolum aũt mihi:ſed & omnibus qui expectant aduẽ/
mo.iiii. tum eius.Sequitur in textu.Manſit autem Maria cum illa quaſi menſibus tribus:& reuerſa eſt Textus.
in domum ſuam.Quæ ſane uerba cum ad litteram planum habeant ſenſum: & ad moralem
quoq; diuerſimode trahi poſſint:tum uero ad eum/quem ꝓſequimur/ſunt accõmodatiſſima. Moraliter.

C Non ſunt deſerẽdi pœnitentes donec cõfirmati uideantur.

Nam quẽadmodũ eos/qui ægrotantiũ curã ſuſceperũt/non prius ab his diſcedere decet;q̃ eos priſtinæ ſanitati integre uiderint reſtitutos:ſic qui morbis ſpũalibus curandis præpoſiti ſunt non ſtatim ut peccatores pœnitentiã agere:& abhominari lugereq; propria peccata uiderint deſerere illos conuenit:ſed ad perſeuerantiam emendationemq; tãdiu exhortari: adiuuareq; quoad in recta ſalutis ſemita eos tantiſper ambulaſſe cognouerint:ut ab ea deinceps diuertere non ſit ueriſimile.quẽadmodum Apoſtolus faciebat ad Galathas ſcribens.Filioli mei quos iterũ parturio donec formet̃ Chriſtus in uobis.& alibi.Qui incipit in uobis opus bonũ perſiciat uſq; in diem Ieſu Chriſti. Nam qui longe a recta uia per denſiſſimas ſiluas aberrauit: ſi huic paſtor quiſpiam callem aliquẽ/qui ad uiam ipſam ducit/oſtendat:niſi ad eam uſq; perduxerit: facile per noua diuerticula in nouos incidet errores. Propterea petebat a dño Pſalmiſta. Vias tuas dñe demonſtra mihi & ſemitas tuas edoce me. Sic qui pœnitentiæ iter ſunt ingreſſi:niſi ad ueram rectãq; uitæ eternæ uiam eos gratia diuina:& excitatũ ab ea humanũ comitetur ſuffragiũ:facile ad priſtina uiciorum prærupta reuertentur.Qua ratione & Saluator ipſe cum duobus diſcipulis ab Hieroſolymis.i.a uia ſeu uiſionepacis & ſalutis in Emaus i. in deſiderium noui conſilii pergẽtibus ſe in peregrini habitu cõiunxiſſet. tametſi dum una iter facerent:illorũ corda per ſcripturarũ interpretationẽ excitaſſet: accẽdiſſetq;: non prius tñ ab illis diſcedendum cenſuit/q̃ & hoſpitio recepti eſſent/& in cœna ſedentes/eum in panis fractione cognouiſſent:Sicut nec Philippus eunuchum.prius q̃ ad flumen perueniens illũ baptizaſſet.nec angelus dñi Iacob prius/q̃ illi benedixiſſet.¶ Atq; illud uerbũ hic ꝓponit̃/quod cõtinuã in ſe continet officii exhibitionẽ.non enim dixit:ſtetit apud eam uel manſit in eodem loco: ſed apud eã mãſit. manere eñ apud aliquẽ eſt cum eo/ſine intermiſſione/cum officii exhibitione perſtare.Propterea Chriſtus ipſe de ſpiritu ſancto diſcipulis dicebat: Vos aũt cognoſcetis eum/quia uobiſcum manebit.Hoc quoq; modo apud Petrũ mãſit Paulus dies.xvi. Hoc ergo nobis in prædicto ſenſu inſinuare Lucas uidet̃: ꝙ frequentet/ac omni cum ſollicitudine prælati doctores:& prædicatores/ſibi ſubitis cõmẽdatis pœnitentibus/proficientibuſue/ debent aſſiſtere/nec ad alia opera/niſi prout cogit neceſſitas/prius diuertere:q̃ eos plene depræhendant emendatos.In amici enim domo ſine ullo officio morari/non cõmodum/ aut conſolationem:ſed ſumptum potius/& faſtidiũ afferre ſolet.Eam ob rem doctor ipſe noſter ſupremus Chriſtus dum diſcipulos per caſtella deſtinaret: non hoc illis tantum mandauit: ut in quaſcunq; intraſſent domos:ibi manerent:Verum ut infirmos/ſi qui eſſent/curarent: & inhabitantes/uiam ſalutis docerent pacemq; illis & imprecarẽtur: & afferrent.¶ Tres uero mẽſes quibꝰ manſiſſe apud cognatam Maria memoratur/illi ipſi ſunt: quos ad partum Elizabeth.i. ad perfectam peccatorum conuerſionem/iuſtificationemq; ſuperius diximus ſupereſſe: quo ſane partu edito/ſolidataq; in dei charitate cõuerſi peccatoris mente:ad alia pietatis opa/qui actiuam uitam agunt/redire debent: quẽadmodum Saluator ipſe cum ex Galileis/quos præ deſtinatos ad ſalutem nouerat/conuertiſſet:licet ab eis: magna cum inſtantia manere diutius rogaret̃:aliis tamen ciuitatibus euangelizare ſe oportere reſpondit.Qui uero contemplationi ſunt dediti:peracto egregio aliquo in conuerſione: aut confirmatione pœnitentis cuiuſpiã facinore/ad ſua monaſteria/ſolitaſq; meditationes reuerti:uelut & Saluator ipſe poſt multorũ uocationem:conuerſionemq; populorum:in montem/uel deſertum locum oraturus Patrem ſolus aſcendebat.Hoc eſt enim in domum ſuam reuerti/ideſt ad propriam conſcientiam/peccata ſua recogitando/redire:& colligere ad ſpiritualia animum:propterea ad illum a quo dæmonium Chriſtus eiecerat/dixiſſe legimꝰ: redi in domum tuam & narra q̃ta tibi fecerit deus. Vel etiam ad priſtinas operationes.propterea ſpiritus nequitiæ a domo peccatoris per pœnitentiam eiectis dicebat:reuertar in domum unde exiui. & per prophetam dixit dominus: Reuertatur unuſquiſq; in domum ſuam in pace.Quam in præſenti peregrinatione per gratiam & in cœleſti patria per gloriam ille idem ipſe præſtare dignetur: qui eam & annunciari fecit naſcens & uiuens prædicauit:& moriturus ſeruis ſuis reliquit:ac immortalis per reſurrectionem factus annunciauit: Qui cum patre & ſpiritu ſancto uiuit & regnat per infinita ſecula deus. A M E N.

D Manere apud aliquẽ qd ſit

E

Ad Gal. iiii.c. Ad philip.i. Pſalmo xxiiii. Lucæ xxiiii. Actuũ viii. Gene. xxxii. Io.xiiii. Ad Galath.i. Marc.x. Luc.ix. Luc.iiii. &.vi. Lu.viii. Luc.xi. iii.Reg. xxii.

Finitur Tractatatus Tertius.

Sequitur Tractatus Quartus.

IAm ad quartam huius capitis partem tranſeundum eſt: quæ non minus cæte
ris in ſe continet:tum myſterii: tum doctrinæ:tum uero in ſcrutandis/qui in
medulla uerborum latent/ſenſibus difficultatis/& argutiarum. Hic enim de
ortu præcurſoris domini ad litteram tractari perſpicuum eſt. planaq; eſt hi/
ſtoria:Sed ſcdm illum/quem præſumpſimus/moralē ſenſum: de productio
ne in lucem gratiæ diuinæ agit: quā peccator iam longe ante in utero mētis
conceperat/& fouerat:& illius beneficio ex pœnitente in primum introducitur gradum pro/
ficientis.Neq; enim conuerſo deeſſe gratia poteſt:quando nec ſine illa conuerti peccator poſ — A
ſit:ut ſatis in ſuperioribus eſt oſtenſum.¶ Verūtamen ſicuti in pœnitente:ita & in proficiēte: — Diſtinguun
atq; etiam in perfecto diuerſos eſſe gradus conſtat: ſed tres præcipue annotari ſolent:quēm/ — tur gradus ī
admodum tres ſunt pœnitentiæ partes/contritio ſcilicet/confeſſio/& ſatiſfactio: quæ cum — quolibet ſta/
plurimis denotentur ſacræ ſcripturæ tum ſententiis: tum exemplis:tum etiam figuris. Vnico — tu uiatoris.
Pſalmo ad huius confirmationem uti ſatis erit. Ait enim in perſona pœnitentis propheta. Quoniam — B
xxxviii. ego in flagella paratus ſum/ecce ſatiſfactio/& dolor meus in conſpectu meo ſemper/ecce cō/ — Tres partes
tritio/quoniam iniquitatem meam annunciabo/ ecce confeſſio/ per hos ſane gradus diuina — pœnitentiæ.
cooperante gratia ad ſecundum ingreditur peccator uiatoris ſtatum: qui proficientium nun/
cupatur:ita ut extremus huius primi ſtatus in primum illius det ingreſſum: quemadmodum
ex ſecundo in tertium fit tranſitus/dicente propheta. Cum conſummauerit homo:tunc inci/
Eccleſia. pier:ſicuti & in ſcalarum gradibus oculo cernimus corporali: ut qui ad aſcenſum ad primum
xviii. tabularum extremus eſt:is ad ſuperiores ædium partes ſit primus.¶ Ad noſtrū igitur ſenſum
hiſtoriæ huius uerba conuertentes.¶ Zachariam/atq; Elizabeth:duas ſcilicet animæ rationa/ — C
lis partes/peccatorem:conuerſum interpretamur. qui primo quidem contritus corde: dehinc
peccata confeſſus:pœnitentiaq; expiatus ſacramento: ſatiſfeciſſe quoq; pro peccatis perhibe
tur:ſicuti ex prima huius capitis parte ſuperius oſtendimus elici poſſe. In bonis tamen operi/
Luc.iii. bus ſterilis erat.propterea neq; perfecte pœnitens dici poterat: qui nec dum iuxta Ioannis
uerbum:dignos pœnitentiæ fecerat fructus.¶ Ad hunc autem extremum pœnitentiæ gradū
conſcendēdū/pœnitēti opus eſt magno dei auxilio. eſt enim duobus cæteris longe ad cōſcēdē
Pſalmo dum difficilior:quippe uel momento contritionem/atq; cōfeſſionem expleri poſſe. Dauid his — D
xxxi. uerbis teſtatur Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam: & tu remiſiſti impietatem
peccati mei. Id ſane in ſeipſo ex Nathan prophetæ ſermone didicit: qui cum omnipotentis
dei nomine peccati grauitatem illi improperaſſet:& uindictæ ſententiā adieciſſet: illeq; hoc
ii.Regū tantum ex corde protuliſſet uerbum:peccaui:hic confeſtim reſpondit:& dominus tranſtulit a
xii. te peccatum tuum. Cæterum multa deinceps expiandum fuit delictum illud ſeueritate:quē/
admodum & aliud/quod in populi deſcriptione cōmiſit. Magdalena quoq;/ tametſi ex ipſius
Saluatoris ore poſt lachrymas:pedumq;/unctionem/& abſterſionem uerba hæc ſummæ pie/
i.Reg.v tatis/& iuſtificationis audiſſet:Remittuntur/tibi peccata tua:non hac tamen abſolutione con
Luc.vii. tenta pro illorum grauitate exiſtimauit deo hac parua/& momento fere temporis impleta
pœnitentia factum eſſe ſatis:ſed in omnibus operibus pietatis:atq; charitatis erga Chriſtum
ipſum:fratremq; Lazarum/& Apoſtolos omnes/ut ex euangelii ſerie patet/ſe exercens: poſt
domini aſcenſionem perpetua/& ea quidem aſperrima/pœnitentia ſe afflixit. ſicuti nō leues
tradunt auctores: uetuſtiſſimaq; apud Maſſilienſes noſtros teſtantur monumenta.¶ Habet — E
autem hic pœnitentiæ ſeu ſatiſfactionis actus:ſicuti & reliqui omnes humani: tria tempora — Tres partes
ſeu tres partes/initium ſcilicet/progeſſum/& conſummationem/qui tribus Magdalenæ no/ — ſatiſfactiōis.
bis exprimuntur actibus: quos in ſua ſtatim conuerſione adimpleuiſſe ex ipſius Saluatoris
teſtimonio cōprobantur. Primo quia ipſius Chriſti pedes rigauit/& capillis ſuis terſit. Secun/
do:q non ceſſauit oſculari pedes eius. Tertio:q illos unxit unguento. Primo quidem lachry/
mis:ideſt omni perfectæ contritiōis argumento:utpote mœrore/ieiuniis/eleemoſynis/oratio
nibus:peregrinationibus/pœnitens ſe pro modo ſuæ fragilitatis ſatiſfacere paratum debet
oſtēdere: exēpluq; a Dauid ppheta ſumere:q poſt remiſſum quoq; illi a deo peccatū multā/&
Pſal. vi. q̄ pœnitētē facere oportet/cōmemorās dicebat: laboraui in gemitu meo: lauabo per ſingulas
noctes lectū meū lachrymis meis ſtratū meum rigabo. ¶ Verūtn primū hoc pœnitentiæ opus
actu nequaq̄ poteſt eſſe perpetuū. Neq; eñ dauid/aut Petrū poſt peccatū ſemper fleuiſſe le
ii.cor.ii. gimus quando ne humanæ quidem uires hoc diu ferre ualerent. Propterea dicebat Aplus:ne
forte abundantiori triſtitia abſorbeant. Nam & poſt primi Berſabeæ filii interitum de cinere
ſurgēs Dauid/& in aula cibū ſumpſit;& ueſte ſe induit regia. ¶ Secūdus uero pœnitētis actus
ii.re.xii. abſq; ulla intermiſſiōe ex Chriſti uerbis fieri debet:nō ceſſauit inqt oſculari pedes meos: qd ē

amotis/& deuotionis:charitatiſq̧ ſignũ manifeſtiſſimũ:quã in corde ſemp habere neq̧ ab ea
decidere oportet/dicẽte Ap̃lo:ante oĩa aũt mutuã in uobiſmetipſis cõtinuã charitatẽ hñtes. i.Pe.iiii.
Ex his quippe duobus tertiũ ſequatur neceſſe eſt:bonoꝝ ſcilicet operũ odor/qui p unguẽ/
tum ſignicatur:quo pedes domini tũc ungere dicimur:cum per ſinceræ deuotionis/uel chari
tatis opera ꝓximos noſtros/qui Chriſti ſunt pedes/ad eadẽ faciẽda nr̃o trahimus exemplo/di
cente apoſtolo:Chriſti bonus odor ſumus in omni loco.Et hæc quidẽ unguenti infuſio prima
eſſe in contritionis initio nequaq̃ põt.ſed alia/quæ prædiximus/præcedere debent:& ob id in ii.ad Co
Magdalenæ cõuerſione ſunt eo ordine deſcripta:quæ tñ multis poſtea meritis aucta:cũ au/ rint.ii.
te ſex dies paſchæ/pedes pariter Saluatoris inunxit:nullas emiſiſſe lachrymas refertur. Ex
his igitur liquido cõſtat eũ/qui ſe peccatorẽ agnoſcit/nõ cõtinuo poſt cõfeſſionẽ peractã/a ſa
cerdoteq̧ iniunctã pœnitẽtiam/a pœnitẽtis ſtatu/graduq̧ ſe eximere debere/& ꝓficientiũ cõ Io.xii.
numerare conſortio:præſertim ubi in peccatis inſenuit:aut/quæ cõmiſit/ſunt grauiſſima:ſed
cum ꝓpheta dicere: Putruerũt/& corruptæ ſunt cicatrices meæ.& iccirco: miſer factus ſum/
& contriſtatus uſq̧ in finẽ.Quod & ſacri canones de quibuſdã ſtatuerũt:ut perpetuo: de aliis Pſalmo
ut breuiori tẽpore publica pœnitentia grauia expiare crimina teneantur. Hos igiť zachariã xxxi.
G & Elizabeth/qui ad vltimũ ſenium ſine prole bonoꝝ operum in ſeculari laſciuia vitã egerãt
in eo pœnitentiũ gradu toto hoc tractu/donec Iohãnẽ Elizabeth ex utero ſuſcepit/Iocabimꝰ xxxiii.q
quem proficientium conſtituemus Typum: & Mariam pariter/donec Ieſum.i. Saluatorem ii.c. ad/
ſit enixa:in quo ſolo perfectionis conſtituemus gradum:nõ quo ſanctiſſime matris/in quam monere
H tota ſe diuina infudit gratia/dignitati/atq̧ excellẽtiæ detrahamus/abſit eñi a mẽte/& cogita &c. la/
Maria diuer/ſimode ſtatũ uiatoꝝ ſignificat. tione noſtra/nedum a lingua:Sed ad diuerſos ſacræ ſcripturæ ſenſus his perſonis nõ pro illa tronem.
rum conditione:ſed pro nominis ethymologia: aut pro rerũ/quæ narrantur/ſerie uarie uti/
mur.Nam & Mariæ nomen quatenus amaritudinẽ nobis exprimit:pœnitentẽ ſignificare ne/
ceſſe eſt.& ubi ipſa etiã Chriſti mater noĩatur: ſed & foris expectans eodem accipitur ſenſu. Mat.xii
Quatenus aũt illuminata interpretať/& optimã elegiſſe partem a domino iudicať/ & quod &Mat/
cæteris rebus maius eſt omnibus/deũ ipſum & hominẽ genuiſſe/lactaſſe/educaſſe/luxiſſeue ci.iii.
referť: nõ modo in perfectoꝝ ordine/ſed ſupra etiam perfectos omnes:immo & ſupra ange Luc.viii
licos ordines ſupremos abſq̧ ulla controuerſia in excelſo ſolio collocamus. Quin & Chri/
ſtus dei filius ideq̧ cum patre deus/per ora ꝓphetarum & in Pſal. præſertim frequenter per/
ſonam induit peccatoris eo q̧ totius humani generis peccata ꝓprio luit ſanguine.ꝓpterea di/ Eſa.liii.
I cit Ap̃ſus:per carnem deus filium ſuũ mittẽs in ſimilitudinẽ carnis peccati/& de peccato dãna Ad Ro.
uit peccatũ in carne.His igiť præmiſſis ad litteræ huiꝰ explanationẽ trãſeamꝰ.ELIZABETH viii.
Textus. inquiť/impletũ eſt tẽpus pariendi:peperit filiũ.implemẽtũ ſane tẽporis: quẽadmodũ in partu
Mariæ cõſummationẽ ſtatus ꝓficientis/& initiũ perfecti Ieſu.i. Saluatoris natiuitatem nobis
oſtendit:Ita quoq̧ in partu Elizabeth conſummationẽ ſtatus pœnitentis/& initium ꝓficiẽtis.
Tẽporis enim plenitudo nõ ſolũ ad Chriſti natiuitatẽ/uerũ etiam ad cõceptionẽ erat neceſſa/
ria:dicente Apoſtolo:At cum uenit plenitudo temporis miſit deus filiũ ſuũ.quibus ſane uer/
bis eoꝝ/q̃ in primo huiꝰ capitis tractatꝰ a nobis dicta ſunt/ueritas cõprobať: conſummari
ſcilicet oportere in nobis dies pœnitentiæ: & gratiam/quam mentibus noſtris infudit deus/ Ad Ga/
parturire cum fructu ualeamus: neq̧ ante tempus/ne abortũ faciamus/enitendũ eſſe. Quod la.iiii.
ſane confirmat his uerbis Apoſtolus.curſum conſummaui: & ideo repoſita eſt mihi corona
K iuſtitiæ. Et Chriſtus ipſe duobus diſcipulis in uia ambulantibus dixit.nonne ſic oportuit Chri ii. ad Ti
Maſculi tñ circũcidũtur & in templo offeruntur. ſtum pati/& ita intrare in gloriam ſuam. Neq̧ myſterio uacat:q̧ dicit eam filium peperiſſe. tum.iiii.
tum ut ad litteram diuinæ promiſſionis ſeries impleretť/ tum ad moralẽ ſenſum/ut in maſcu Lucæ
li natiuitate uirtutis exprimatur origo: propterea & maſculos dũtaxat circuncidere lex iube/ xxiiii.
bat:quaſi uiri tantum.i.uirtute præditi præputium cordis circuncidere poſſent nõ etiam mu/
lieres.i.mente/& animo molles/atq̧ imbecilli. Et maſculinum tñ adaperiens uuluam eadem Gene.
quoq̧ ratione Sanctum domino uocabiť/ob eamq̧/ni fallor rationem nulliꝰ mulieris ab an/ xvii.
gelis/diuiniſq̧ oraculis prædictã legimus natiuitatem/ne matris quidem Chriſti: quam alio Exo.xii.
qui cæteris omnibus longe liquet fuiſſe celebriorem. Sed cum in partus conditione/ſexuq̧ & Lu.ii.
Textus. angelicam uideamus impletam eſſe ꝓphetiam:quo pacto in reliquis uerificata ſit:iam uidea/
mus.ET audierunt inquit uicini/& cognati eius &c.In quibus ſane uerbis tria/nec ea quidem
uulgaria/incluſa ſunt myſteria.dum.ſ.diciť:audierunt uicini/& cognati:primum:Secundum
dum ſequitur:quia magnificauit dominus &c.& ex cõgratulatione ipſa Tertium:quæ ſingula
ſigillatim/ſuoq̧ ordine proſequamur. AVDIERVNT inquit uicini &c.nõ eñ dixit uiderũt
nam præterq̃ q̧ ad lr̃am pariẽs mulier a uicinis/& cognatis/& fere a ꝓprio uiro uideri nolit:ad
ſenſum

ad Ro. x ſenſum hunc noſtrũ moralẽ hoc quoq; modo trahi põt: fides quidẽ (ut Apl'ſ inquit) ex auditu
Ad he. eſt: cum igitur huiꝰ pueri natiuitas diuinã uicinis/& ꝓpinquis gratiã/quæ ſine fide haberi ne
xi. quit/eſſet allatura: auditu magis ea percipi poterat: ꝗ uiſu: & ob id Saluator ipſe dicebat: beati
Luc. xi. qui audiũt uerbũ dei: & Pſal. auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã ¶ Aliũ quoq; ſenſum hoc ſa A
Pſal. l. ne utiliorẽ habere uerba hæc poſſunt: Sicut eñ mulierẽ hanc cũ gratiã peperit: incluſam cubi Moraliter.
culo pro muliebri uerecundia credendũ eſt fuiſſe: natũq; puerũ nõ ab ea/utpote recẽtis partꝰ B
in ætate præſertim ſenili dolore obſtetricibꝰ/cæteriſq; domeſticis cũ gaudio diuulgatũ: pari Abſcondẽda
etiã modo/quibus diuino beneficio uirtutes dal' operari/nõ eas ipſi cæteris ꝓpalare debẽt: ſed eſt gr̃a dñi.
domeſticis etiã ne id faciãt: niſi quatenꝰ ad dei gloriã pertinere certo intelligũt/magna cum
Matth. humilitate reſiſtere. Quod & Chriſtus ipſe nõ elationis alicuius: aut inanis gloriæ metuẽs ſti
xvii. mulos/quippe qui peccare nõ poterat: ſed ad noſtrã doctrinã/frequẽter feciſſe legit'. ſed tum
Mat. vi. maxime/cũ ſuæ diuinitatis ſplẽdorẽ tribꝰ diſcipulis in ſua trãſfiguratione mõſtrauit. ꝗ eñ ab
Ruth. aliis ſciri oportet: nolẽtibꝰ ſuo ꝓhibẽtibuſq; nobis tp̃e patefiẽt. Nã & duo illi cæci/qbꝰ Chri
ultimo. ſtus cũ eos illuminaſſet: ne cuiq̃ patefacerẽt: cõminatꝰ: miraculum in tota terra illa diffamaue
rũt. ¶ Qui igit' ſunt hi uicini/& cognati: q Elizabeth partũ audierũt? Illi ꝓfecto qui & noemi
Exo. xii. ex partu Ruth Moabitidis cõgratulabant': zelo ſcilicet permoti charitatis/& beniuolentiæ: & C
Ad Ro. quos Saluator ab omnĩ paſtore poſt centeſimã ouem/quæ a grege aberrauerat/ inuẽtã ut ſibi cognati & ui
ix. cõgratularent': uocatos fuiſſe cõmemorat. Vicini quidẽ nõ materialiũ domorũ cõtignatione: cini q dicit'.
Luc. xv. aut ꝓpinquitate: ſed ſtudiorũ/& morũ paritate: aut ſancta cõuerſatione/hoc loco ſunt accipiẽ/
Infra. cii di: & hi pariter quos ad eſum Paſchalis agni uocãdos deus ipſe mãdauit. ¶ Similiter & cogna
Thob. ii ti non ſcd̃m carnẽ/de quibus Aplus loquit': ſed de quibus Euãgeliſta dicit: ꝙ parẽtes Ieſu re/
Mat. xi. quirebãt eũ inter cognatos/& notos. hi ſiquidẽ ſcd̃m ſpiritũ cognati ſecũdis ꝓximorũ rebus
Iob. iiii. congaudẽt: & cõdolent aduerſis: cæteri uero bona illorũ opera plærũq; irridẽt: quẽadmodũ de
Pſal. xli Thobia/& de Chriſto ipſo legitur: plerunq; ad deteriora trahere nitũtur. ſicuti Iob contigiſſe
Ad phi/ ſcriptura teſtatur. & hi ſunt: quos pœnitentibus inſultare pſalmiſta his uerbis commemorat.
lip. ii. Vbi eſt deus tuus. ¶ Hi ergo uicini/& cognati Elizabeth filiũ peperiſſe audiẽtes cõgratulabã/
tur ei: qd' ſane nõ niſi expreſſa uerbis lætitia fieri potuit. Iuxta quod Apl'ſ dicit. gaudeo/& cõ/
gratulor oĩbus uobis. Ex hoc igit' uerbo diuinũ impletũ eſt reſponſum: quo per angelũ dixe/
rat: & multi in natiuitate eius gaudebunt.

¶ Verũ pia curioſitate quærere hoc loco iubet: cur ex hoc partu hi/qui tam uiro/ꝗ uxori cõ/ D
munes erãt cognati/nõ equæ illi/ſicut & huic cõgratulati referant'? Cuiꝰ rei mea quidẽ ſentẽ Queſtio ad
tia duæ poſſunt excogitari rationes. altera ꝙ uiro tãetſi prole carere graue foret: nõ illius tñ/ literam.
ſed uxoris accuſabat' infirmitas: ꝙ eẽt uitio naturæ occulto ſterilis. & ob id illi maxime/atq;
in primis gratulari oportebat: cuiꝰ dñs/ut ipſamet ſuo ore in ſupioribꝰ ꝓfeſſa eſt/opprobriũ
abſtuliſſet. Nã & ex Ruth Moabitidis: de quo paulo ante mẽtio habita eſt partu non ipſi pariẽ
ti/eiuſue uiro/qui illũ genuerãt/ſed Noemi ſocrui/noti/& cognati gratulabant': eo ꝙ ipſius
opera uiri progenies ex nuru fuiſſet ſuſcitata.

¶ Alia quoq; afferri ratio poteſt: ꝙ Zacharias cum mutus/ſurduſq; eſſet: gratulantium uerba E
non erat auditurus: propterea ne ſurdo uiderẽtur narrare fabulas: uxori/quæ ad aurium &
linguæ uſum habebat/congratulari maluerint. Quæ quidem nec myſterio/ſpiritualiq; intel/
ligentia carent: Cum enim/ut ſæpe diximus/ad gratiam ſuſcipiendam caro/ꝗ ſpiritus: & con Moraliter.
cupiſcibilis/atq; iraſcibilis/ꝗ rõnalis animi portio tardior ſit: & ſegnior: ſi: qñ ſigna in nobis
uberioris gratiæ uident homines: infirmiori: utpote minus capaci: maiorem immodum gratu
lari conſueuerunt. propterea cum Chriſtus ipſe miracula faceret quotidie maxima: qui illa ui
debãt: nõ diuinitati ſed hũanitati attribuebãt ob idq; deo ꝙ talẽ dediſſet hoibꝰ ptãtem/gratias
landeſq; reddebant. non ꝙ humanam deus ipſe carnẽ ſumere: in eaq; diuina uirtute talia ope/
Mat. xi. rari dignatus eſſet. Hinc propheta in ſpiritu loquẽs dicebat. In deo ſperauit cor meum: & re
Pſalm̃. floruit caro mea. Neq; enim/ut planius noſtræ mẽtis ſenſum aperiamus/mirari ſolent homi
xxvii. nes/cum ſeſe ꝗuẽpiam extrema inedia/nuditate/ieiuniis/aut cæteris id genus aſperioris pœ
nitentiæ diſciplinis uident affligere: quo pacto id mens alta cogitare/decernereq; uoluerit.
quippe quam ſciũt nulla ui humana coarctari poſſe: ſed quo pacto ſenſualis ratio/ ſuperiori:
& corpus ipſum ſpiritui obtẽperare potuerit. Illiuſq; afflictioni/dum in labore eſt/miſerent':
pariq; ratione cum difficultatibus omnibus ſuperatis uirtutẽ illam intuentur/ gratulabundi
exultãt: illiq; cõgaudent: ſicut poſt prodigi filii reditũ/nõ eius pater tantũ: ſed uniuerſa ꝓrſus
Luc. xv familia in lætitiam eſt ꝓfuſa. ¶ Hoc inſuper cunctis fidelibus datur ex hac Euãgelii particula
documentũ: ut in ꝓximorũ nõ modo cõuerſione: ſed etiam perſeuerãtiam: & quotiens ſpiritua

F

Cōgratulandum eſt ꝓximis dum ꝓficiūt & augēdus animus.

lis gratiæ incremento illos cernūt fieri meliores:illis cōgratulētur:cōgaudeātq;. Accēdit enim
proculdubio bonarū etiā mētium affectus/amicorū pia congratulatio: eoſq; ad meliora cogi/
tanda inuitat. ꝓpterea dicebat Apoſtolus:gaudēdū eſſe cū gaudētibus. Et hæ ſane ſunt tubæ/ Ad Ro. xii.
quæ nobis aduerſus carnem/mundū/& demonia pugnātibus magno nos clangore debēt ani
mare. de quibus dñs in ueteri lege præcepit. Iſte quoq; ſunt exhortationes/quibus aduerſus
ualidiſſimū Nicanoris.i.diaboli exercitū Iudas.i.fortitudo animi pugnaturus/ populum fide Nu.x.&
lem animabat:atq; ad omnia perpetienda cū ſpe uictoriæ reddebat audaciorē. de quibus etiā i.Mala.
Paulus ad Corin.ſcribens dicit: ſiue exhortamur pro ueſtra exhortatione/& ſalute quæ ope xv.
ratur tolerātiam earūdem paſſionū/quas & nos patimur. Et hæc quidē(ut prædiximus)infir ii Ma/
mioribus longe/q̄ conſtantibus eſt utilior/magiſq; neceſſaria. ꝓpterea dicebat Apoſtolus.Cō cha. xv.
ſolamini puſillanimes:ſuſcipite infirmos. Eā igit̄ ob rem ad Elizabeth/ non ad uirū eius hæ ii.ad Co
(de quibus loquimur)factæ referuntur cōgratulationes. ¶ Hāc aūt infirmiorē animæ noſtræ rin.i.
uirtutē aliquando deus ipſe per ſe/ ſiue per angelū.i. per interiorē inſpirationē cōfirmat:& i.ad theſ
confortat:quēadmodū Ioſeph in ſuperioribus de Mariæ prægnātis ſiue pudicitia/ſiue digni ſal.v.
tate dubitātē retulimus fuiſſe cōfirmatū nōnunq̄ dei miniſter prælatus ſcilicet & prædicator
quēadmodū Annā Hely ſacerdos:plerūq; uirtus ipſa ſuperior animæ:ſicut in pſalmo legitur
Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me: ſpera in deo qm̄ adhuc confitebor illi. Pſalm̄.
¶ Poſſunt aūt & moraliter alio modo uicini & cognati pœnitētis dici aīæ & corporis ſenſus. xli.&
Elizabeth em̄.i.inferiora aīæ rōnalis portioni cognati dicuntur quinq;(qui uocant̄)corporis xlii.
ſenſus:quia eiuſdem ſunt naturæ/inuicēq; maxime copulati:ſpūales uero ſenſus uicini quidē
ſunt:quia ex eiuſdē aīæ ꝓcedūt potētia:& ex cōiunctis mēbrorū organis ſuas exercent opatio
nes: nō aūt cognati.illi em̄ ad inferiora & hi ad ſupiora natura ſua cōtēdūt: ꝓpterea inuicē ca
pugnare dicit Ap̄ſus: & de his ſermo dñi ad Abraam uerificari poteſt:dum dicit: egredere de
cognatione tua & hic eſt ille ꝓximus:a quo ſapiens cauendum eſſe docuit.de his quoq; uicinis Ad eph.
moraliter ſermo Eliſei ꝓphetæ ad mulierē uiduā referri pōt:quā iuſſit uaſa cōmodata a uici/ vi.
nis:ut oleo impleret accipere. Vaſa em̄ ſunt mēbra noſtra:quæ tunc oleo implentur a uidua. Geñ. xii
ideſt anima peccatrice cū per oēs animi ſenſus charitatis opa exercemus. Ad hos igitur cogna Prouer.
tos/& ꝓximos noſtros cū per cōicationē gr̄æ uirtus/atq; efficacia tranſeat ſpiritualis:cōgratu ix.
lari inuicem tum dicūtur:cū applauſu/ geſtuq; exteriori(quas poſſunt) ex diuino(qd̄ pœnitēs iiii. Re/
aſſecutus eſt)perſeuerātiæ ſanctæ beneficio gaudiū/læticiā/atq; exultationē oſtēdūt.ſinguliq; gū.iiii.

G

corporis atq; animæ ſenſus pari cōſenſione:ceu bene compoſitæ citharæ chordulæ.i. mortifi
cati ſuper lignū crucis:& extēti carnis affect⁹:Iuxta Apoſtoli uerbū/iocūditatis ſonū emittūt. Ad colo

Sancti uiri i leticia exultant mēte & corpore.

Idq; quotidiana nos docet experiētia. Sanctos etem̄ uiros:deoq; p cōtēplationē:aut uitæ puri/ ſeñ.iii.
tatem coniunctos oculis:ore:uultu:manibus:totoq; corpore læticiā:gaudiū:benignitatē:mo/ Ad gal.
deſtiā:& cætera(q̄ fructus ſpūs eſſe dicit apoſtolus)præ ſe ferre uidemus. Sceleſtos uero ac fa/ v.
cinoroſos homines(quoſq; male actæ uitæ cōſcientia ſtimulat) Iram:triſtitiam:afflictionem: Pſalm̄.
timorem:confuſionē: anxietatem:& reliqua:quæ in peccatoris perſona propheta ſatis aperte xxxviii.
deſcripſit.de omnibus quippe mēbris q̄ ex gratiæ cæleſtis largitione exultent:in uariis ſacræ Heſter.
ſcripturæ locis ſcriptum legitur.de oculis quippe q̄ mentis conceptum exprimāt/Heſter no/ ii.&.xv.
bis eſt teſtimonio. Et Iob his uerbis/quaſi magnā cogitans attonitos habes oculos.propterea Iob.xv.
& Saluator dicebat: Lucerna corporis tui eſt oculus tuus.de auribus uero/& auditu dicit ꝓphe Luc.xi.
ta: Auditui meo dabis gaudium/& læticiam. Hinc de Loth ſcriptura atteſtatur/q̄ aſpectus iu Pſal.l.
ſtus eſſet/& auditu/de lingua uero frequentiſſime: Et exultauit(inquit) lingua mea.& alio lo ii. Pe.ii.
co: Tunc impletū eſt gaudio os noſtrum.& lingua noſtra exultatione. De labiis quoq; dicitur: Pſal. xv
Et labiis exultationis laudabit os meum. & rurſus. Diffuſa eſt gratia in labiis tuis. Idem.& de Pſalm̄.
ore dicitur: Tunc impletum eſt gaudio os noſtrum.& de facie tota dicit ſapiētia: Cor gaudens cxxv.
exhilarat faciem. manibus quoq; læticiæ ſigna proferri his uerbis propheta teſtatur: Omnes pſal.lxii
gentes plaudite manibus. quin & de renibus dicitur: Exultabunt renes mei. Pſalm̄.
¶ Sed iam ſatis ſuperq; de læticia & congratulatione cognatorum uicinorumq; Elizabeth di/ xliii.

Textus.

ctum eſt: de cauſa igitur ſupereſt dicendum: QVONIAM (inquit) magnificauit dominus Pſalm̄.
miſericordiam ſuam cum illa. Ex quibus ſane uerbis illud(quod pauloante diximus) manife/ cxxv.
ſte comprobatur/ hos ſcilicet(qui Elizabeth pro nouo partu congratulabant̄) fideles fuiſſe: ꝓue.xv.

Explanatio litteræ.

quippe qui nō humano affectu dūtaxat permoti/de anus partu carnaliter illi ꝯgaudebāt:qua Pſalm.
ſi naturali ordine(tametſi rarus in ea ætate uiſus eſſet) part⁹ ille ac ſi dixiſſet. Verū in dei glo xlvi.
riam illum referentes ab eius miſericordia/ bonitateq; proueniſſe teſtabantur: & ne com/ Prouer.
muni quidem/ & ordinaria; ſed præcipua/ ſingulariq;/ & maiore digna admiratione/ atq; xxiii.
magnificatione

magnificatione.non enim ſimpliciter dicit: quia fecit uel oſtendit miſericordiam ſuam cum
iii.Reg. illa:ſicuti de patre ſuo Dauid Salomon deo in hæc uerba dicebat:tu feciſti cũ ſeruo tuo Dauid
iiii. patre meo miſericordiam: & paulo infra Zacharias in cantico: ad faciendam miſericordiam
cum patribus noſtris:ſed adiecit:Magnificauit dominus facere miſericordiam ſuam cum illa:
Pſalm̃. ac ſi diceret:magna & inſolita uirtute opus miſerationis in ea eſt operatus:ſicuti in pſalmo di
cxxv. citur:Magnificauit dominus facere cum eis:& Magnificauit dominus facere nobiſcum.ſ.miſe
Pſalm̃. ricordiam.& alibi:Magnificata eſt vſq; ad cœlos miſericordia tua.& rurſus alio loco: Miſeri/
cxxv. cordia tua magna eſt ſuper me. ¶Quod certe duo nobis moralia/ ſpiritualiaq; præbet docu Moraliter. A
Pſalm̃. menta/primum quidem:vt quicquid nobis proximiſq; noſtris ſiue tẽporalis ſiue ſpiritualis
lvi. accedit boni/aut cõmodi:Id omne deo feramus acceptum.Quod & Chriſtus ipſe exemplum Omnia bona a deo ſũt recognoſcẽda
Pſalm̃. ut nobis relinqueret : frequenter feciſſe legitur : ſed tum maxime cum Lazarum a mortuis
lxxxv. ſuſcitauit.Gratias(inquit)ago tibi pater quoniam audiſti me.myſtico quidem ſenſu per La/
Iob.xi. zarum ſuſcitatum peccator ad pœnitentiam cõuerſus ibi exprimitur. quẽadmodũ & per Io/
Myſtice annis natiuitatẽ a pœnitentis ad ꝓficientis tranſiens ſtatum. Paris em̃ vtrũq; eſt(vt in ſupe/
rioribꝰ quoq; diximus)& uirtutis/& gratiæ.& ob id ſcd̃m nobis ex Euãgeliſtæ uerbis præbet Myſtice.
documentum:ut non parua æſtimemus/aut cõmunia/ q̃ ad noſtram præcipue ſalutẽ quotidie
Eccl̃ia. tũ in nobis:tũ in ꝓximis/deus operatur:ſed magna laude:gratiarũq; actione iudicemꝰ digna:
xvii. ſicuti ſapiens ille qui dicebat: q̃ magna eſt miſericordia dominiꝰ& alibi/ Liberaſti me ſcd̃m
Eccl̃.li. multitudinem miſericordiæ nominis tui.
¶Expleto igitur cõgratulationis myſterio ad aliud ꝓfundioris ſane ac ſublimioris ſacramẽti B
tranſeamus.ET FACTVM eſt(inquit)die octauo uenerũt circuncidere puerum.Horum au/ Textus.
tem uerborum ad litterã ſenſus eſt apertiſſimus/myſtico uero ſenſu ſatis notã habet ſignifi
cationẽ.ſed ad moralem intelligẽtiã in hac circunciſione duo ſunt maxime/atq; imprimis ex
uerbis litteræ conſideranda:tẽpus.ſ.quod primo ponitur loco:& ipſm circũciſionis myſterium Moraliter.
octauo quidẽ die ex legis præcepto in maſculis dũtaxat faciendam hanc eſſe ambigit nemo.
Idq; ad ſacramẽti figurã/dignitatẽq; ſuas habet ſignificationes a ſacrarũ litterarũ ꝓfeſſoribꝰ Circunciſio.
uariis in locis abunde traditas:ad noſtrã uero moralẽ intelligẽtiã quid nobis afferat:expone/
mus.Cõueniũt ſane omnes: octauũ diem ſumma cũ ratione circunciſioni eſſe deputatũ. & ne
unã quidẽ tm̃ ſacri ſcriptores adducunt rationẽ: uerũ plurimas: tum myſticas: tum morales/
quas exquiſitis ueteris teſtamẽti cõprobãt teſtimoniis.q̃ & ſi huic loco accõmodari cõcĩne pñt:
tranſcribendas tñ nequaq̃ cenſemus:ſed q̃ ſenſui noſtro adaptãdæ uidebuntꝰ:eas dũtaxat eſſe
referendas.¶Non cõfeſtim igitꝰ puer iſte Ioannes:qui(ut ſepe diximus)ꝓficiẽtis initiũ nobis C
repræſentat:circũcidi debet:ſed octauo demũ die. Circunciſio em̃ præputii abſciſionẽ ad litte
ram ſignificat.ſed præputiũ nõ corporis modo:uerũetiam mentis omnes exprimit ſuperflui/
Deut. x tates.iuxta illud:circuncidite præputiũ cordis ueſtri.& alibi/auferte præputia cordiũ ueſtroꝝ
Hiere. & Paulus apoſtolus inquit:cũ mortui eſſetis delictis & præputio carnis ueſtræ. octauus uero
iiii. dierum numerus octo gradus per quos ad uirtutum perfectionẽ aſcendit repræſentat: quos De octauo modo. D
Ad col/ Petrus in epiſtola cõpendio quodã uerboꝝ enumerat dicens. Vos aũt oẽm curã ſubinferẽtes
loſſeñ.ii. miniſtrate:& q̃ ibi ſequũtur:nam & alibi frequenter octauus hic numerus aut extremã perpe Multa pœnitenten. facere oportet
tuãq; quietẽ/aut temporalis/quãtacũq; humana fragilitas capere poteſt/ perfectionis ſupræ/ priuſq̃ perfectiõis gradũ attingat
mum gradum repræſentat. Is itaq; in ꝓceſſu peccatoris ad gratiæ plenitudinẽ nobis dari ui/
detur ordo:ut peccator cõuerſus/quis iam ſe gratiam nõ modo cõcepiſſe: uerũetiã peperiſſe
cognoſcat:ita ut de partu cognati uiciniq; oẽs illi cõgratulentur/ certatimq; congaudeant.i.
q̃uis per patientiæ diuturnitatem in ſancta perſeuerãtia periculum ſuæ conſtantiæ vſq; adeo
fecerit manifeſtũ:vt omnes diuinã in eo uirtutẽ miſericordiãq; cognoſcãt:nõ prius tñ Ioãnis
hoc eſt diuina gratia præuenti/ & ꝓficiẽtis nomen ſibi debet uſurpare:q̃ in ſingulis quibuſq;
uirtutum gradibus:cum temporis etiam legitimo interuallo ſeſe ita exercuerit: ut cognatis
uiciniſq; cõuenientibus præputium exuat omnis carnis. & de illo:idem dici poſſit.quod de
Iudi. Abraam patriarcha ſcriptum eſt:per multas tribulationes probatus amicus dei effectus eſt.&
viii. de ſanctis dei martyribꝰ & cõfeſſoribus Apoſtolus.teſtimonio(inquit)fidei ꝓbati inuẽti ſunt:
Ad he/ nõ em̃ qui ſeipſos cõmendant:ſed quos deus cõmendat:illos ꝓbatos idem dicit apoſtolus.ꝓba
bre.x. ri aũt atq; cõmendari tunc dicimur:cum intemeratæ fidei:cõuerſationiſq; noſtræ fidele apud
ii.ad co/ hoĩes/opera quoq; noſtra perhibent teſtimoniũ:dicẽte ſaluatore: opera quæ ego facio illa te
rint.x. ſtimonium perhibent de me.Cui inſuper turbæ teſtimonium accedere neceſſe eſt:quẽadmo/
Io.xiiii. dum & de Chriſto dicitur/ q; teſtimonium illi perhihebat turba/quæ erat cũ eo:quãdo Laza/
Ioã. xii. rum uocauit a mortuis. hæc ad eos dicta ſunt; qui pontificalis officii ſarcinam predicatoris

uel doctoris munus præmatura ætate: nulloq; uirtutis ſuæ facto periculo nõ acceptare modo/ i.Ad thi
ſed ambire præſumunt.Hoc enim eſt ante octo dierum tempus palam circuncidi:quandoqui mo.iii.
E dem eos: qui ad tales tantoſq; gradus per profeſſionem:aut ordinationem aſcendunt/ Apo/ & ad Ti
De trib⁹ pœ ſtolo teſte/ caſtos/ ſobrios/ humiles: & ut uno omnia verbo concludam per omnia probatos tum.i.
nitẽtiæ parti ſeſe palam profiteri neceſſe eſt.Prius igitur circuncidere ſe pœnitentem oportet per contri/
bus. tionem interius:dehinc per confeſſionem & ſatiſfactionem exterius : quorum alterum con/
feſſio.ſ.ſacerdoti iuxta Iacobi uerbũ facta tãetſi cæteris ſit occulta:circuncisionis tamen pars Iaco. v.
eſt maxima:quippe cum rubore homini/ceu deo/proprios errores animiq; ſecreta prodere:
ingentis eſt & humilitatis & meriti:propterea dicebat Ap̃lus/ore confeſſio fit/ad ſalutem.Sa Ad Ro/
tiſfactionem autem que pœnitentiæ pars eſt extrema/manifeſtiorem eſſe oportet/ atq; diu/ ma.x.
turniorem/quo enim pacto/qui deum palam offendit/aut proximum. & multis ſcandali pe/ ii. ad co
tram ſeſe præbuit/momentanea aut etiam occulta expiatione aliqua tantam culpam diluiſſe rin.vi.
iudicandus eſt:cũ ad multo maiora & tempus & uires & facultas abunde ſufficiant?niſi enim
exuberantis gratiæ accedente largitate:aut/quæ non aliunde prouenire poteſt. profunda atq;
inſolita cordis compunctione : nemo unq̃ ex peccatore repente factus eſt ſanctus. In multa
ſiquidẽ patientia: multiſq; vigiliis & tribulationibus cæteris/quas ad Corinth.ſcribens enu/
merat Apoſtolus æterna nobis querenda eſt merces. Tũc igitur demum coram propinquis &
uicinis præputiũ a nobis abſcindere debemus.i. perfecti quo ad cæteros/ qui in nobis eſt pro
ficientis ſtatus· habitum officiumue aſſumere:cum per cõtritionem conſcientia noſtra: & per
confeſſionem ſacerdotes cæteriq; probati teſtimonii homines: & poſtremo turba ipſa fideliũ
per ſatiſfactionem/de nobis noſtraq; emendatione/locupletiſſimũ/ferunt teſtimonium. His
enim ſimul concurrentibus omnibus/ octauo iam illuceſcente die circunciſum ex lege ſeſe
quiſq; profiteri poterit:præputioq; carere:& cum Apoſtolo dicere:nos enim ſumus circũciſio:
F qui ſpiritu deo ſeruimus.¶ Cæterum octauo quoq; adueniente die rebuſq; ad circuncisionem
paratis omnibus/quale circũcidendo puero imponẽdum ſit nomen:inquirere amici & cogna Ad phi/
ti a parentibus ſolent: quippe quorum nõ nihil interſit.bonum.ſ. atq; honorabile cognato vi lip.iii.
cinoq; ſuo imponi nomen: tãetſi parentum arbitrio atq; uoluntati: utpote ad quos præcipue
filiorum cauſa pertinet/relinqui conueniat:cognatorum tamen ac uicinorum tanta eſt in ea
parte licentia:vt ſi inſolitum/aut male forſitan ſonans nomẽ parẽtes imponere filio uelint/
diſceptare illis:non etiam reſiſtere liceat:quæ omnia ex ordine in hac præcurſoris denomina
tione ad litterã uidemus ſeruata fuiſſe.atq; illud inſuper q̃ patris aut ex cognatione cuiuſpiã
G q̃ externi cuiuſq̃ nomẽ:cognatis atq; vicinis gratius eſſe ſolet. Quæ ſic quidem omnia iuxta
Moraliter. moralem hunc ſenſum eo pertinent:ut operibus quibuſcunq; noſtris non aliorum etiam vi/
cinorum:aut cognatorum:ſiue carnales intelligi uelimus: ſiue ut ſupra expoſuimus ſpiritua
les:ſed proprio arbitrio/conſilioq; nomen imponamus: non ꝓpterea ꝓpinquorum conſilia
damnantes:ſed meliora nobis/illiſq;/fore noſtra oſtendentes:opera ſiquidem noſtra/ quæ p
H filios a nobis genitos in ſuperioribus frequenter diximus ſignificari/ex noſtro propoſito no
Nomen im/ ſtraq; mente nomen.i.uirtutem atq; efficaciam accipiunt:quale etenim cuiq̃ in ſacris ſcriptu/
ponit̃ a deo ris/diuina præſertim ordinatione nomen impoſitum legitur: talem illum fuiſſe narratur.
ſcd̃m homi/ ꝓpterea & deus ipſe patriarchis & aliis nõnullis in ueteri teſtamento/& in nouo duobus filijs
nis conditio Zebedei/& alijs quibuſdam impoſuiſſe legitur: quæ illis magnarum deinceps rerum prælu/
nem. dia extitere.& ut rem propius attingamus:quẽadmodum nominibus diſtinguunt̃ atq; digno
ſcuntur homines. Ita ex affectu eorum opera omnia.& hoc eſt:quod per ſapientem dicitur:in
fine hominis denudatio operum illius:ante mortem non laudes hominem: quoniam in filiis Eccli.xi.
ſuis agnoſcitur uir.i.in operibus quæ recta geruntur intentione. neq; aliud Saluatoris uerba
per electoꝝ nomina exprimere uoluiſſe credibile eſt:dum dixit:gaudete quia nomina ueſtra
ſcripta ſunt in cœlis.& quod alibi frequenter de hac nominum inſcriptione uel memoria in Iohã x.
ſacris litteris ſcriptũ reperitur:fruſtra enim cuiuſq̃ in libro uitæ ſcriptum eſſet nomen cuius
abraſa aut delera eſſent opera:cũ ſcriptũ ſit: opera illoꝝ ſequũtur illos/ & Saluator dixerit:
ex fructib⁹.i. ex operibus eoꝝ cognoſcetis eos: nõ quidẽ ex nomine uel dignitate. Sic igitur Apoca.
operibus nomina: nominibus intentiones affectuſq; cedunt animorum. Hæc autem animi xiiii.
noſtri intentio/cum in nobis ſit:haud facile ab aliis iudicari poteſt:quando cordis humani ſo Matth.
lus ſcrutator ſit deus:qui propterea dicebat: nolite ſcd̃m faciem iudicare:& Apoſtolus.nolite vii.
ante tempus iudicare donec veniat dominus qui manifeſtabit abſcõdita cordium. ¶ Iſtud aũt Io.viii.
nomen tunc exprimere nos oportet:cum per religionis ingreſſum:aut pontificiæ dignitatis/ i. ad Co
uel alterius magiſterij aſſumptionem/uitam noſtram in poſterum circũcidimus/uota ſcilicet rint.iiii.
caſtitatis

caſtitatis/obedientiæ/paupertatis/expreſſis aut etiam tacitis uerbis emittendo. Sed tunc pri/
mum cognati uiciniq; noſtri ſcdm carnem uel etiam affectus ſenſuſq; proprii nomen operi
ex ueterum more imponere cõtendunt. Quis enim eſt hoc tempore: qui non prælatis/religio
ſis/cæteriſq; perfectionis ſtatum ingredi uolentibus ea ſequi ſuadeat: quæ a ſuis anteceſſorib⁹
ſeruari ſunt ſolita: quæ ſunt abſq; ulla cõtrouerſia profeſſioni illorum prorſus aduerſa: neq;
Pſalmo xiii. enim eſt amplius ex eorum numero quiſq̃: qui faciat bonũ: & qui non a uia recta declinauerit
uſq; ad unum. Corruptam ergo prælaturæ religioniſue regulam ſequendam illi ſuadent: qui
ueram perfectam: atq; intemeratam non nouerunt. & Elizabeth primum/inferiorem ſcilicet
ſenſum/corporaleſq; affectus commouere nituntur: gentileq; nomen imponere circunciden/
do puero .i. operi perficiendo ſuadent. hoc eſt anteceſſorũ imitanda opera: qui maxima ex par
te/ut ab hominibus iuſti uideantur/contra Saluatoris doctrinam facere omnia: ipſamq; ſen/
ſualem partem inferioremq; rationis portionem repugnantem uidentes & dicentem. Ioãnes
eſt nomen eius .i. hæc ita ſunt a nobis agenda: ut non humanã: ſed diuinã nobis gratiam cõpa/ Textus.
remus: inſtant rurſus hi/quos ſupra expreſſimus/uicini atq; cognati dicẽtes/quia nemo eſt in Textus.
cognatione tua qui uocetur hoc noĩe: perinde ac ſi dicerent: uis ne alio uti uitæ rigore/ aliãq; A
adinuenire in rebus agendis normam: q̃ quæ fuit a tuis maioribus inſtituta: atq; obſeruata? Moraliter.
Lucæ.v. ſi quidem hoc facis ſcandalum cæteris murmurationemq; excitabis. Hoc Chriſto obiiciebant
&.xv. ſæpe numero Iudei dicentes interdumq; cum publicanis & peccatoribus: nõ lotiſq; manibus
Mar.vii. manducabat: q̃nq; q, ſabbato curabat: hoc ipſum & Apoſtoli nonnunq̃ ſuadere conati ſunt di
Mar.iii. cẽtes: Vides quia in hoc uerbo iudei ſcãdalizati ſunt? & alio loco: Neſcis quia te q̃rebant iudæi
Mat.xv. interficere: & iterum uadis illuc? & Petrus ipſe cæterorum futurus princeps: abſit a te domine
Io.vii. non erit hoc tibi. propterea nec hos cognatos uicinoſq;/ quos ſupra fideles eſſe: atq; ex chari/
Mat.xvi tatis zelo congratulari diximus/ mirari oportet: cum in uno fidem pietatemq; oſtendant: in
alio ſuadeant deteriora. non enim ex totali infidelitate illis/ quemadmodum neq; Apoſto/
lis: ſed ex fideli infirmitate procedit: humanaq; ratione uſi eorũ plerıq; exiſtimant ſuade/
re/meliora. ob idq; infirmiorem animæ partem uinci non poſſe cernentes: attemptare uolunt
ſuperiorem: hoc eſt ſub maioris meriti ſpecie in ſuam conãtur trahere ſententiam: quẽadmo
dum & hi/de quibus pauloante diximus/apoſtoli. qui Saluatori dicebant: Neſcis: quia in hoc
uerbo Iudei ſcandalizati ſunt? Hoc enim uerbo plerıq;/atq; utinam nõ omnes: prælati anima
rũq; paſtores ab optimis cœptis deterreri ſolent atq; dimoueri. Sed cum ſe ad hæc tam alta
doctis præſertim optimæq; opinionis uiris perſuadenda minus idoneos ſentiunt: neq; ſi rõne
atq; auctoritate cõtendere uelint: ab eo/quem & conſtantem & eruditum eſſe cognoſcunt/re
ſponſum expectant: nutu illius mentem pertentant. ut non quidem humana primum illi ſua
dentes quæ ab inferiori iam parte ſunt cõfutata: neq; ratione ulla illius uoluntati cõtraniti uel
le oſtendentes: ſed eius duntaxat iudicium explorantes. hi ſane ſunt: qui prælatos & eos/ de
quibus ſupra diximus/nulla ratione conuincere: & in ſuam ſententiam trahere poſſe ſperan/
tes: nutu tantum .i. ſignis & exemplis conantur auertere/dicentes: ſcimus te uirum prudentẽ:
neq; noſtro conſilio indigere. propterea neq; ulla tecum uerborum perſuaſione uti uolumus.
Sed tibi illos cõmemoram⁹ uiros: quos & uetuſtas coluit: & poſteritas eſt uenerata: qui eã/quã
tibi ſuademus/uiam reguláq; ſunt magna cum laude atq; æſtimatione ſequuti. Quodcunq;
Io.viii. tamen faciendum uelis: tui erit arbitrii. Hoc enim pacto Saluatorem a Iudæis tentatum eſſe le
gimus dum illi mulierem in adulterio depræhenſam obtulerunt. Legis enim iudicium aduer
ſus eam pertulerunt quo illum ad unius criminis uindictam faciendam cogerent: qui cuncto/
rum peccato ſuo ſanguine uenerat luiturus. Item & cum de tributo Cæſari ſoluendo illũ con
Matth. xxii. ſulere niſi ſunt: illius etenĩ conſilium magni apud eos momenti fore ſimulantes: dicebant/
magiſter ſcim⁹ quia uerax es: & uiã ueritatis ĩ ſimplicitate doces: dic ergo nobis &c. pari quoq;
Actu. v. aſtu ſacerdotum principes phariſeiq;: & omne Iudeorum conſiliũ ab euangelii prædicatione
Apoſtolos auertere ſunt annixi dicẽtes: uultis introducere ſuper nos ſanguinẽ hominis iſti⁹.
¶ Horũ igitur falſas perſuaſiones qui confutare uolunt: poſteaq̃ humanæ uoci per Elizabeth
emiſſæ .i. ſimplici & abſoluto uerbo abſq; ulla diſceptatione prolato: illos uident nolle acquie
ſcere: poſtulare pugilarẽ debẽt. & ſcribere Ioãnes eſt nomẽ ei⁹. quod ſane quid alid' eſt: q̃ illud Textus.
Io.xviii. eos irreuocabili decreto ſtatuiſſe/palam oſtendere. quod enim litteris mandatur: teſtatum ra/
Dañ.vi. tũq; eſſe ſolet. Propterea Pilatus dicebat: quod ſcripſi ſcripſi. Et in Daniele ſcriptum eſt: Cal
deos a rege petiiſſe/ut decretum ſcriberet/ne immutari in poſterum poſſet. neq; ſimpliciter
ſcriptum illis dandum a Zacharia fuit præcurſoris nomen: ſed poſtulato pugilari coram his
ſcribendum: hoc eſt apertis iudiciis/qui talem ſe præbere decreuit/ ꝓprio non alieno organo

his qui aduerſari uidebanť: ſuam debet oſtēdere uolūtatē. Vt de illa a quoqꝫ amplius nequeat Actu.v.
D dubitari: quēadmodū & Apoſtoli principibus ſacerdotū dixerūt: oportet nos deo magis q̄ ho
Nō eſt in rebus oīno bonis diſceptādum. minibus obedire.: Idqꝫ/ ut prædiximus/ truncatis uerbis præceptaqꝫ aduerſantibus replicandi
materia fieri oportet. neqꝫ eñ ea/ q̄ ad ſalutē ptinēt/ in diſceptationem ſunt reiciēda: ne/ quod
plerūqꝫ contingit/ diſceptatione ipſa res difficilior fiat: aut tardior. & ob id Salomon ſapiētē
cum inſipiente uetat contendere: & Apľus indifferenter omnē prohibet uerborum contentio Prouer.
nem: q̄ ad nihilum/ inquit utilis eſt: niſi ad ſubuerſionē audientiū. Sed neqꝫ in rebus abſqꝫ nlla xxix.
controuerſia bonis heſitandū cunctandūue eſſe docet ſcriptura dicens. Noli cunctari uenire ii. ad thi
E ad me: & alibi/ noli cunctari in tēpore anguſtiæ. ¶ Quid ergo tandem & uerbo & ſcripto tam mo.ii.
pater q̄ mater aliud nomen cōmuni filio imponi cōtendentibus cognatis reſponderint littera Nu.xxii
Textus. oſtendit: Ioānes inquiūt/ eſt nomen eius. Quod quidem ad ſuperiora relatum ſic accipi opor/ Eccli. ii.
tet: uos amici/ cognati aut uicini/ qui opera noſtra ex anteceſſoꝝ noſtroꝝ: uel alioꝝ cōſuetu/
dine exēplo ue cenſenda ſuadetis/ ſcitote ꝙ non humana ducimur uolūtate: neqꝫ prælationis/
prædicationis/ aut magiſterii officiū/ uel religionis habitū illis/ ſed deo ipſi acceptū ferimus:
ꝓpterea de illius gratia bonitateqꝫ cōfiſi/ in illū oīa opera noſtra ſumus relaturi. & ꝓut ille in
ſpirare dignabiť: nulla in his/ q̄ gratiā ipſam euacuare poſſunt eoꝝ/ actionūue ſuarū habita
rōne in oñi uita facturi: illdqꝫ uobis abſolute & abſqꝫ nlla diſceptatiōe reſpōdem⁹. hoc pacto
tres illi pueri nabuchodonoſor Regi reſpōdiſſe legimus. Scito rex/ quia deos tuos nō colimus Dañ.iii.
& ſtatuā aureā/ quā erexiſti/ nō adoramus. Hāc aūt hominū cōſtantiā/ ueluti hic duoꝝ cōiugū/
mirabuntur uniuerſi. Solēt eñ/ q̄ uirtute aguntꝰ/ dicunturue/ maxime fragiles oēs in admira/
rationem trahere: quod cum in ſacris ſcripturis ſit frequentiſſimū: teſtimonio nō indiget: ſed Iuſ. c.ii.
in pari caſu in natiuitate ſcilicet Saluatoris in ſequētib⁹ idē euāgeliſta cōmemorat. ¶ Poſt hæc
aūt/ q̄ prædiximus/ omnia: qui mutus ſurduſqꝫ per menſes ſupra nouē a denūciatione ſcilicet
angelica ad partū uſqꝫ uxoris/ fuerat: non priſtinū eñ loquēdi recepit uſum. Verū arcana dei
myſteria: tum præterita/ tum futura ꝓphetico ſpiritu cecinit atqꝫ detexit. Qua in re ambigu⁹
haud quaq̄ eſſe poteſt ad noſtrā moralem intelligētiam ſenſus. prius eñ q̄ Zacharias iſte pœ/
nitens ſcilicet ad melioris ſtatus gradū conſcendere ualeat: & diuinæ gratiæ ſentire largitatē:
& impregnari uxorem oportet: & ex ea filiū naſci: natoqꝫ uicinis ad congratulandū congrega
tis auditis cum illorum admiratione nomē imponi: tunc eñ demum in ipſo circūciſionis actu:
qui tanto tēpore auditu loquelaqꝫ caruerat/ eodem momento utrūqꝫ cum multiplici interuſu
ri fœnore recuperat: q̄ ſingula iuxta noſtrā hāc intelligentiā in ſuperioribus a nobis ſunt ex/
planata: ſed ſequentia ꝓſequētes cōſiderandū putamus: hunc Zachariam ſoluto linguæ uincu
lo non confeſtim in ꝓphetiæ uerba: ſed in dei dūtaxat: laudes prorupiſſe: dum dicit: & loque/
Textus. batur benedicens deū. nato ſiquidē Ioanne. i. gratia diuina in lucem edita: & nō in mente tantū
pœnitentis occultata: ſed iam in cōſpectu uicinoꝝ & ꝓpinquoꝝ diuulgata: & ab eo qui illam
accepit/ conſtanter denoiata: os aperiť ad loquēdū ſapientiā pœnitenti: dicente ꝓpheta: Sapiē
tia aperuit os mutoꝝ: & linguas infantiū fecit diſertas. & alibi: in medio eccleſiæ aperuit os ei⁹ Saipē. x.
& impleuit eum dñs ſpiritu ſapientiæ & intellectus. eodē eñ ordine Apoſtoli/ qui poſt dñi aſcē &. xv.
ſionem per dies. xl. Hieroſolymis ſe cōtinuerāt/ accepta Spiritus Sancti gratia cōuenientibus
& facti nouitate admirātibus Iudæis ſublimia redēptionis noſtræ myſteria diſſerere cœperūt.
& cæteroꝝ princeps Petrus aperiēs os ſuū dixit: uiri Iudæi & q̄. ſequuntur. ¶ Sed a laude ut di/ Actu.ii.
ximus dei/ gratiarūqꝫ actiōe initium facere oportet. Hoc ſiquidem eſt deum benedicere: quod
Apoſtolus in ſuarū epiſtolarū initiis fere omnibus attēte ſeruauit. Primū quidē inquit nōnūq̄
E gratias ago deo meo: Interdū. benedictus deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti. Similiter
Textus. & annoſus ille Symeon cum accepiſſet Ieſum in ulnas ſuas: benedixit deū. ¶ Sed quid poſtea Infra. c.
ſit ſequutū ꝓſequamur. & factus eſt inquit timor ſuper omnes uicinos eoꝝ: & quæ uſqꝫ ad Za ii.
chariæ cāticū in textu ſequūtur: in quib⁹ quidē uerbis plura/ ni fallor/ latent myſteria. Timor
etenim primū ſuper omnes uicinos exprimiť: nec de cognatis ulla fit amplius mentio. dehinc
ſuper oñia mōtana Iudeæ uerba hæc diuulgata perhibētur. Poſt hæc/ quæ audierūt/ in corde
ſuo poſuiſſe. & ſubſequēter qualis puer iſte futurus eſſet: intra ſemetipſos: aut etiā inuicē inter
rogaſſe. Poſtremo prædictoꝝ omniū occaſio detegiť: quia manus dñi erat cum illo. Quorum
quidē omniū/ & rem/ & ordinē modūqꝫ cōſideratione dignū putamus. Poſtq̄ eñ oblato pugilla
ri nomē quod nato filio imponi uolebat/ ſcripſit Zacharias: mirati ſunt uniuerſi: dehinc cum
apertum eſt os Zachariæ: factus eſt timor ſup uicinos tantū. & ſubſequenter uerba hæc diuul
gata ſunt ſuper omnia montana: ita ut qui audierūt: mente omnia reuoluētes qualis hic puer
uix dum in lucem editus eſſet futurus: ſolliciti eſſent: quippe quem miracula hæc/ quæ in eius
natiuitate

natiuitate cũcti cernebant magnũ fore portẽderẽt. Et poſtremo pri⁹q̃ pater eius Spiritu San
cto repleat̃:ꝓpheticaq; uerba ꝓnunciet:cũ infante iſto manus dñi fuiſſe deſcribit̃. Magna pro
fecto ſunt hæc & ad ſpũalẽ intelligẽtiã excutiendã diuinæ indigẽt gratiæ largitate: atq; utinã
uel poſteris meliora cogitandi/materiã abſq; ulla ſenſus corruptione præbere ualeamus ¶ In
primis ergo illud eſt cõſideratione dignũ:ꝙ ad congratulandũ Elizabeth ꝓ nouo partu uicini A
& cognati/q audierũt/cõueniſſe dicũtur:& de pueri noĩe fuiſſe ſolliciti. Poſtea uero q̃ ſcriptu
ra qđ uerbo nõ poterat/Zacharias nomẽ expſſit:mirati ſũt inquit uniuerſi. Quod equidẽ uer
bum etſi ad eos/de quibus predixerat/cognatos uicinoſq; referri haud incongrue poſſit: non
ſine tñ myſterio hoc uocabulo uſum euãgeliſtã mihi ipſi perſuadere poſſum. Reſtituta uero
Zachariæ loquela:atq; in dei laudes & gratiarũ actiones expoſita:ſup uicinos timor fact⁹ eſſe
dicitur:neq; de cognatis aut ſub uniuerſali uerbo cæteris uerbũ fit ullũ. Dehinc uero cũ uer/
ba hæc diuulgata referũtur:nulli noĩant̃ ꝓdictoꝝ:ſed ſup oĩa Iudeæ montana diuulgata hæc
uerba referunt̃:q̃/qui audierũt/neq; cõgratulatũ iuiſſe:neq; mirati fuiſſe:neq; timore correpti
tradũtur:ſed tantũ in corde ſuo taciti:aut etiã cõmunicatis inuicẽ ſermonibus qualis puer fu/
turus eſſet:fuiſſe ſolliciti. ¶ Horũ aũt ſaluo meliori iudicio:hãc reddi poſſe rationẽ iudicaui. In B
ortu ſiquidẽ gratiæ cũ ſcilicet peccator poenitens ꝑ diuturnæ perſeuerantiæ uirtutẽ ſe gratiã Moraliter.
a deo conſecutum oſtẽdit: Vicini tantũ. et cognati/quales ſupra interꝓtati ſumus/cõgratula/
tum ueniũt/utpote quibus ob uicinitatẽ aut ꝓpinquitatẽ factũ innoteſcit primũ cõgaudentq;
humanæ fragilitati:ꝙ in perferendis ſanctæ poenitẽtiæ difficultatibus patientẽ ſe præſtiterit/
& cõſtãtẽ:cæteris uero/quos neq; cõmunis uoti/religioniſq; uinculũ: neq; ſanctæ conuerſatio
nis cõſuetudo cõiunxit/nõ tam repẽte huius gratiæ ortus innoteſcere põt. Propterea ad cha/
Io.xv. riſſimos diſcipulos dicebat Chriſt⁹:uos aũt dixi amicos/quia oĩa quæcũq; audiui a patre meo:
Ad eph. dixi uobis. Et Apoſtolus dicebat:Fratres iam nõ eſtis hoſpites & aduenæ: ſed eſtis ciues ſctõꝝ
ii. & domeſtici dei:& ꝓ dragma:aut oue inuenta matrona:paſtorue uicinos tãtũ ad cõgratulãdũ
Lu.cxv. uocaſſe legit̃. Cũ uero adepta gratia/qua ille dignus habitus eſt/nomẽ operi ſuo ꝑ firmã con
ſtantẽq; uolũtatis expreſſionẽ impoſuerit:& imperfectiora ſuadẽtibus nõ acquieſcẽs:ad melio
ra ſe deo opẽ ferẽte deuouerit:nullus eſt/qui nõ illius cõſtantiã uirtutẽq; admiret̃:nedũ cogna
ti & uicini.quẽadmodũ eñ in ſuperioribus diximus:admirati facile hoĩes ſolent: bene aũt ope
rãtibus cõgratulari:atq; cõgaudere cõtingit paucis:cõuerti uero pauciſſimis. ¶ Sed ubi ꝓter cõ C
ſtãtiæ uirtutẽ:qui blaſphemus prius fuerat atq; incredulus:& in rebus diuinis ſurdus:mutuſq;
magna uoce deum benedicere:illiuſq; nomen/qđ frequẽter polluto ore ꝓnũciauerat/laudib⁹
efferre cernitur:non cognatos:qui carne ſunt coniuncti:minuſq; exteros ſanctus timor appre
hendit: uicinos tantum:ideſt qui illi uita conuerſationiq; ſunt proximi: ſed dum enim ſua/
Apoca/ rum culparum memores in aliena patientia atq; uirtute ſuam ipſorum tepiditatem ignauiãq;
lip.xi. recognoſcunt:diuinam ſup ſe ultionem pertimeſcũt:&de his illud Apocalipſis intelligi põt:
Ad Thi de quibus dicit:Et timor magnus cecidit ſup eos qui uiderũt. Et Aplñs ad Thimo.inquit:pec/
mo.v. catores corã oĩbus argue ut cæteri timorẽ habeant:& de quib⁹ in ſanatione paralytici dicit̃ ꝙ
Infra.c. qui ambulantẽ grabatũq; ſuũ ferentẽ uiderũt:repleti ſunt timore.ſed ad litterã ꝓpius accedit:
v. qđ ꝑ pſalmiſtas in pſona poenitentis dicit̃:& exaudiuit ꝓces meas/& eduxit me de lacu miſe/
Pſalmo riæ & de luto fecis:& ſtatuit ſupra petrã pedes meos:& direxit greſſus meos: & immiſit in os D
xxxix. meũ cãticũ nouũ. Poſt hæc eñ oĩa ſubiicit: Videbũt multi & timebũt & ſperabunt in domino.
Pſalmo ¶ Quos aũt ſanctæ cõuerſationis uicinitas nõ cõiunxit.i.qui poenitẽtis opa nõ uiſu ſed auditu
lxxxvi. dũtaxat perceperũt:hi neq; cõgratulãtur:neq; timore ullo corripiũtur:ſed cũ aliorũ relatione
talia audierint:ſi in montanis Iudeæ habitant.i.in eccleſia catholica:cuius fundamẽta/ut inq̃
ꝓpheta:ſunt in montibus ſanctis:ſua cõfitẽtur peccata:deũ glorificãt:& agnoſcũt.hæc in cor
de ſuo reponũt/& dei bonitatẽ/uirtutẽq; agnoſcẽtes:cũ aliis quoq; in dei laudẽ de hiſce reb⁹
cõferũt:& uirtutẽ diuinã in poenitẽtibus per ſanctã perſeuerãtiã alioꝝ relata perſpiciẽtes: cor
de cõpuncti de illoꝝ gloria ſunt ſolliciti.& hi ſane ſunt oẽs fideles q eoꝝ/quos ueluti ſanctos
colunt/cõuerſionẽ/poenitentiã/cõuerſationẽ/miracula/cæteraq; pia opera:aut ab aliis audiẽ/
tes: aut ĩ ecclĩaſticis legẽtes hiſtoriis/quales illi fuerint:qualeſq; in æterna beatitudine poſt re
ſurrectionẽ ſint futuri:pia ſollicitudine cogitant:aut ſi adhuc inter mortales agũt: q̃rũ ex diu
turna perſeueratione/quoꝝ tam magna ſunt initia/incrementũ ſint accepturi: ex charitatis
Infra.c. ardore præſagiunt. ¶ Hoc idẽ in natiuitate contigit Saluatoris. Paſtores ſiquidẽ ab angelo ad/
ii. moniti/per quos prælati:& proinde perfectioris ſtatus homines:ſed fide infirmiores/deſignã E
tur/correpti ſunt timore magno. Oẽs aũt indifferẽter/qui audierũt mirati ſunt: Maria uero cõ
ſeruabat in corde ſuo.per quod tres hominũ abſq; dubio nobis repræſentãtur ſpecies.uniuer

alis prim ū:q̃ tam ex bonis q̃ ex malis conſtat eccleſia. Ea ſiquidē ſimilis eſt ſagenæ īmiſſæ in
mare:& ex omni genere piſciū cōgregāti. oēs quippe diuina/q̃ infrequēter accidūt/equæ admi Mat. xiii
rātur:tāetſi nō idē ſuccedat in oibus admirationis huius effectus:quēadmodū oēs Hebræi ſub
Tria homi/ nube tranſierūt:& oēs eūdē ſpirituale potū & cœleſtē cibū in deſerto ſumpſerūt. ſed ex tanta
num genera multitudine pauci admodū:duo.ſ.in terrā ꝓmiſſionis peruenerūt. Secūdū uero:hoim gen⁹ eſt i ad Co
in ecc eſia. pœnitētiū:qui diuinā i aliis miſericordiā gratiāq; intuētes nō admirāť modo: uerūetiā ꝓprias rint. x.
I culpas agnoſcētes timore diuinæ iuſtitiæ correpti ad agēdā pœnitētiā cōuertūtur:qui p paſto
res in Chriſti natiuitate:& p uicinos hoc loco repſentanť. Proficiētiū uero & pfectoꝝ eſt ter/
tiū: qui p habitātes in mōtanis Iudeæ hic/& p Mariā iſtic exprimunť. Hi ſiquidē & admiranť:
& ſancto timore cōpuncti ꝓprias deplorant in deū offenſiones. ſed qđ eſt amplioris gratiæ in
diciū in corde ſuo p cōtēplationē altius diuina myſteria perſcrutantur. ⁋ Et ne hi quidē ſenſu
G corporeo locorūue diſtantia: ſed fide & mētis pietate diſtinguūtur:qui eñ lachrymātib⁹ fide
libuſq; oculis pie religioſaq; ꝓximoꝝ opera inſpicientes/deo gr̃as ex corde referūt:& æmula
tione quadā uirtuoſa:ſi nō ſuperare: ſaltē æquare cōtēdūt: hos uicinos ꝓpinquoſq; & fratres
īmo parētes & dicim⁹. de quibus Saluator ipſe apl'is loquēs dicebat: Beati ocli qui uidēt q̃ uos ui
detis. qui uero uiſis dei mirabilibus: aut indurant magis: aut ſane nō cōuertunť: illis lōge ſunt Matth.
inferiores: quibus ea neq; uidere datū eſt: neq; audire: qđ & Saluator ipſe his uerbis Iudæoꝝ in xiii.
fidelitatē arguēs nobis expreſſit: Væh tibi Corozain/uæh tibi Bethzaida: quia ſi in tyro & ſy
done factæ fuiſſent uirtutes/quæ factæ ſunt in uobis/olim in cilicio & cinere ſedentes pœnite Lucæ. x.
rēt. Propterea tyro & ſydoni remiſſi⁹ erit i iudicio q̃ uobis. q uero fide ſola nō etiā ſenſu uiſu
ue aliena merita ꝯcipiētes: illoꝝ uirtutes fortiaq; facta & laudare: & imitari geſtiūt: Saluatoris
teſtimonio lōge ſunt oim ꝑſtātiſſimi: qui poſteaq̃ manuū & lateris plagas Thomæ palpandas
ꝑbuit: illi diuinitatē humanitatēq; cōfitēti reſpōdit: quia uidiſti me Thoma credidiſti: beati qui
nō uiderūt & crediderūt. propterea & Mariā q̃ uidit & credidit illis q nō uiderūt & firmiter cre Io. xx.
diderūt/ eodē ordine collocam⁹: quēadmodū Petro cæteriſq; apl'is Paulū: & his piter q̃ operū
magnitudine trahi nō potuerūt: eos qui euāgelizātiū uerbis credere noluerūt: facimus pares:
tāetſi grauitate culpæ & proinde ſupplicii in uno quoq; ordine plurimas eſſe differētias haud
H ſit ambiguū ꝓ mēſura quippe culpæ eſſe debet/& pœnarū modus. ⁋ Sed iam ad alia q̃ ad hoꝝ Deuter.
uerboꝝ explanationē pertinēt/trāſeamus. Atq; ante oia cōſideremus: q non linguæ uinculū xxv.
ſolutū: atq; os eſſe apertū diciť: qđ ad utrūq; mēbrū cōueniētius quiſpiā fortaſſis putauerit di/
I cturū fuiſſe: quo pacto eñ linguā aperiri: dicere accōmodate poſſim⁹? ſed iuxta ſcripturæ cō/
Os pro uer/ ſuetudinē os pro uerbo/quod in corde cōcipiť/& linguā ꝓ ipſa uerbi ꝓlatione exprimere Lu/ Pſalmo
bo in corde cas uoluit. quēadmodū & pſalmiſta dū diciť: Os iuſti meditabiť ſapiētiā/& lingua ei⁹ loquetur xxxvi.
concepto & iudiciū. Vtrūq; aūt apertū a Spiritu ſancto eſſe oportuit. de primo ſiquidē in actibus Apl'oꝝ Actuū.
lingua ꝓ ipſo diciť de muliere cui dñs aperuit cor ut intēderet his q̃ a Paulo dicebātur. de ſecūdo aūt. i. de to/ xvi.
ſermone ac/ to ipſo ore/cuius ad loq̃lam præſertim lingua prima atq; præcipua eſt portio/diciť in Pſal. Os Pſalmo
cipitur. meū aperui & attraxi ſpiritū. Et alibi: Aperi os tuū & implebo illud. nā & apta dicūtur cætera cxviii.
mēbra: q̃ uſum recuperāt quo carebāt: quēadmodū de auribus apud Marcū legiť: & apđ Eſaiā Pſalmo
Aperta erit lingua muto. ⁋ Notādū quoq; eſt: q illico poſtq̃ Ioānis nomē chartæ inſcripſit Za lxxx.
charias: admirātibus cūctis loqui cœpit. Sicuti & Maria poſteaq̃ illa uerba impleuit: Ecce ancil Mar. vii.
O la dñi/fiat mihi ſcđm uerbū tuū: illico uerbū diuinū in utero mētis & coporis ꝯcepit: quæ ſunt Eſaiæ.
Tres gratiæ tres dotes ſancti ſpiritus in hoie/qui gr̃am ſibi inſpiratā humiliter recipit: & ꝯſtāter exercet/ xxxv.
Spiritus ſcti. inuicē cōiunctæ: illuminatio ſcilicet mētis ad cōceptū. inſtructio oris ad loquelā: & inflāmatio Actuū.
ſpiritus ad prōptitudinē. Quæ oia ſignis uiſibilibus in die ſancto pētecoſtes apte ſunt demō
ſtrata. ad loquelā quippe: & ad mētis: tum illuminationē: tū inflāmationē: ignearū linguarū for
mula pertinebat. Propterea illico/quēadmodū & Zacharias hic/cū incredibili ſpirit⁹ feruore
uerba ſalutis loqui cœperūt. ⁋ Qđ aūt in tex. ſequiť. Et ſup oia mōtana Iudeæ diuulgabanť
Textus. oia uerba hæc: aliquod habere ſacramentū nō eſt ambigēdū. Atq; in primis illud/qđ opera dei
G latere nequaq̃ poſſunt: quin & ꝓhibētibus hoibus/quēadmodū in ſuperiorib⁹ dixim⁹/in lucē
Opera dei ſua ſponte ꝓdeunt: neq; eñ humana ui cōtineri diuinæ gratiæ fluēta poſſunt: nō magis q̃ ma/ Actu. v.
latere non ximi alueus fluminis: aut maris ipſi⁹ naturalis curſus: quēadmodū & Gamaliel ille Phariſæus pſal. xlv
poſſunt. cæteris principibus dixiſſe referť: hic eſt eñ ille fluminis impet⁹: de quo diciť: Fluminis impe Eccliaſt.
tus letificat ciuitatē dei. & alibi: quaſi fluminis impet⁹ ſapiētia. Et ille torrēs de quo diciť: Spūs xlvii.
eius ſicut torrēs inundās. ⁋ Sed hæc/quæ diuina uirtute fit/diulgatione non expectata: fideles Eſa. xxx
quiq; ad ꝓximoꝝ edificationē/que cū his uel aliis operať miſericorditer deus/releuare ꝓpala Thobiæ
req; admonētur. dicēte ſcriptura: opa uero dei reuelare honorificū eſt. Propterea & Chriſtus xii.
cuius oia

cuius omnia facta nobis ſunt exempla dicebat: pater manifeſtaui nomen tuū hominibus quos
dediſti mihi. ¶ Aliud quoq; in his euangelicæ lectionis uerbis animaduerſione dignū cenſeo:
Ad Ro/ ma.x. q; ſuper mōtana dūtaxat Iudeæ diuulgata eſſe uerba hæc dicitur: nō etiā in planitie: quis em̄
fides q̄ ad omniū ſalutē neceſſaria erat in oēm terrā publicari debuerit: ſicut iuxta Pſalmiſtæ
uerbum dicit Apl'us: quæ tamen ad particularē hominū inſtructionē fiūt miracula: uirtuteſq;
Lu.iiii. nō ad omniū deueniūt notitiā / ſed eoꝝ dūtaxat: quos illoꝝ efficacia ad ſe trahere inſcrutabili
ꝓuidentia deus ipſe ab æterno decreuit. Propterea Iudæis dicebat Chriſtus: multi leproſi erāt
Pſalmo in Iudæa tēpore Helizei ꝓphetæ: nullus tamen mundatus eſt niſi Naman Syrus: & iccirco di/
cxlvii. citur in Pſal. non fecit taliter omni nationi. Super iſta igit̃ montana.i. inter hoīes alta ſapiētes
Cāti.ii. & excelſa petentes / diuinæ gratiæ in ꝓximoꝝ ꝓfectu diuulgat̃ magnitudo. Hi em̄ ſunt illi mō
Ioel. iii. tes ad quos ſaliens ſponſus in canticis uenire dicitur. & de quibus ſcriptū eſt. Stillabūt mōtes
& Amos dulcedinē. Inter hos itaq; uerba hæc diuulgari ſolent: ſed quæ obſecro uerba? nō ſolū q̄ uicini
iiii. & cognati ad Elizabeth dixerūt: & q̄ uiciſſim illa reſpōdit: & quæ deniq; ſoluto lingæ uinculo
Zacharias poſtremo in dei laudes euomit: ſed & facta ipſa uerbis longe mirabiliora, mulieris
ſcilicet annoſæ & ſterilis partus: impoſiti ab ea nato infanti nominis / quod diuinā præ ſe fere
bat uirtutē / nouitas patris deinde uxori cōſentiēs in ea re iudicium: ipſiuſq; ad tēpus mutitas:
& in momento tēporis recuperatus loquelæ uſus: & q̄ in infantis uultu diuina cernebat̃ uirtus
& gratia: quam etſi nullo particulari actu Euāgeliſta oſtēſam fuiſſe deſcribat: ſatis tamen illi'
operationes exprimit cū dicit: Et em̄ manus domini erat cum illo. Hæc aūt omnia & ſi in ſe nō
uerba ſint ſed facta: dum tamen ab aliis referuntur: eoq; modo res / uti geſtæ ſunt / intellectui
Oſee.x. audientiū repræſentātur: uerba eſſe incipiūt: ſicut in Oſea legitur: Loquimini uerba uiſionis.
Infra.c. hoc quoq; ſenſu intelligi debet: quod de Maria in ſequentibus dicit̃: q; conſeruabat oīa uerba
ii. hæc in corde ſuo. ¶ Verum nō ſine myſterio (ut arbitror) alio hic q̄ ibi / uſus eſt Lucas loquēdi
modo: hic em̄ poſuiſſe oēs / q geſta hæc audierāt / in corde ſuo dicit: ibi uero q; Maria cōſerua B
bat omnia uerba hæc conferens in corde ſuo. quæ ſane uerboꝝ diuerſitas: ſi perſonarū quoq;
differentiā conſideremus: manifeſtā præ ſe fert diuerſitatis rationē. Maria ſiquidē ꝓficiētis: &
ad perfectionē cōſummatā cōtēdētis. aut etiā humano more perfecti perſonā nobis exprimit
uiatoris. Propterea nō tantū in corde ſuo ponit recipitue: quæ ad ꝓpriā: cōmunēq; alioꝝ ſalu
tem de ꝓximi pœnitentis perſeuerātiſq; ꝓfectu: & diuinæ in eo gratiæ manifeſtatione corpo H
Pſalmo reis oculis / uel alioꝝ relatiōe cōcipit / hoc enim & mediocriter boni: & ad omnia faciles frequē
cxviii. ter faciunt / ſed ea in corde ſuo conſeruans cōferenſq; ꝓfundiori ſpū ruminat digeritq;. Ita ut
Pſalmo aliquādo in eoꝝ cōtēplatione anima deo deuota ſeipſam altiori inueſtigatione ſuperare cōten
cxlii. dens: cū ꝓpheta dicat: defecit in ſalutare tuū aīa mea. & alibi cū dixiſſet: meditabor in omnib'
operib' tuis: & in factis manuū tuarū meditabor: poſtea ſubiicit. uelociter exaudi me domine
defecit ſpūs meus. ¶ Quod aūt poſtremo circa hāc particulā ſubiicit̃ / etenim manus domini C
Pſalmo erat cum illo ad litterā ex his / q̄ ꝑdixim' / intelligi pōt. Cui' enim in cōceptione primū: dehinc Textus.
cxxxviii in natiuitate / & poſtremo in circūciſione: tāta apparuerūt diuinæ gratiæ argumēta: cū illo uir
Eſa.li. tutē diuinā / q̄ per manū domini ſignificat̃ / fuiſſe dubitari nō oportebat: & hæc ſane manus illa
cenſenda eſt: de qua per ꝓphetā dicit̃: poſuiſti ſup me manū tuā: quia nimirū hic eſt de quo di/
citur: ſub umbra manus ſuæ ꝓtexit me. ¶ Moraliter autem pœnitētem / qui gratia domini ad D
perſeuerantiam ita eſt uſus: ut nō ſolum ex eius tum uerbis tum factis ſeſe in eo perſpicuam Moraliter.
manifeſtet: Verūetiam in admirationē primū / dehinc ad timorē & cōtritionē: & qd̄ eſt omniū
maximū / ad cōtemplationē ꝓximos quoq; trahat: in hoc uirtutē diuinā operari quicūq; recte
ſapit iudicare debet. quādoquidē hæc humana uirtute geri poſſe: nemo ſane mētis aſſeueret:
quēadmodū in ſuperioribus ſæpenumero a nobis eſt demonſtratū. ¶ Itaq; ad Zachariæ canti C
cum iam utpote ſpiritu ſancto inſpirante ꝓlatum / excellentia eius / atq; profunditas nos inui/
tat. Cuius ſingula uerba perſcrutando maximam (ni fallor) eliciemus diuinorum myſterioꝝ
intelligentiam: & Zacharias inquit / pater ei': impletus eſt ſpiritu ſancto / & ꝓphetauit. In qui Textus.
bus ſane uerbis ante omnia conſideratione dignum putauimus: q̄ta poſt incredulitatis huius
Zachariæ peccatum / priuſq̄ ſpiritu ſancto repletus ꝓphetauerit: interceſſere: tum tempora: tū
myſteria / quæ pauloante / & enumerauimus: & ad ſenſum hunc noſtrum accōmodare ſtudui
mus. Sed ꝓter ea. quæ in uiſitationis Mariæ ad Elizabeth myſterio dicenda occurrerunt / ue/
lut ex prōptuario quodā refertiſſimo / nouæ ſeſe ſemp ingerūt / ex ſacræ ſcripturæ lectitatio/
ne: ſumma cum uoluptate difficultates: quandoquidem in illis perſcrutandis altiora ſemper
ſuccreſcit / pululentq; diuinoꝝ myſterioꝝ ſacramenta. Ita ut iuxta Prophetæ uerbū hæc ipſa
Ps.cxliii dicere poſſim': prōptuaria eructantia: ex hoc in illud: & iſta quoq; ſunt cellaria: in quæ fidelis

F anima a Chriſto ſponſo ſuo introductam ſe in cáticis gloriat᷑. ¶ Neq; enim ſine ratione factú Cáti.x.
exiſtimare debemus: ꝙ in Mariæ uiſitatione Elizabeth nó ſolum cóſolationé acceperit ſpiri/
tualé: uerú & ſpú ſctó repleta/ ꝓphetica uerba/ & ꝓferre meruerit/ & audire. Cú tñ Zachariá p
Quæſtio ad litteram. id oḿe tépus/ quo apud Elizabeth Mariá máſiſſe Lucas teſtat᷑ mutú manſiſſe euágelicus text⁹
apiat. qñ poſt octauú demum a filii natiuitate diem/ dum de illi⁹ circúciſióe/ denominationeq;
agerent/ apertú eſſe os eius/ & ſolutum linguæ uinculum cóſtet. Mirum ſiquidem uidetur: dei
genitricem immaculatam: eius etiá/ quem in utero geſtabat/ uirtute adiutá: quæ ſola uoce ſe/
mienné filiú in utero cognatæ latentem/ ad exultationé/ & ipſiuſmet cognatæ ſpiritú ad pro
phetiá momento téporis excitauit: Zachariæ quæ cognato per ſemeſtre ſpatium/ quo in eius
domo officioſa manſit. Aloquédi uſum/ aut reſtituere non potuiſſe/ aut noluiſſe: & deinde nó
minori uidetur admiratione dignum: ꝙ Elizabeth non modo tunc primú tertio ante partum
menſe: ſed & nato filio iterum ante uirum ꝓphetauit. & licet ex his/ quæ in ſuperioribus dixi
mus/ ad litteralem ſenſum reſponſio ſatis ſit aperta: quandoquidé nec incredulá fuiſſe matré
appareat: nec diuinú uerbú/ quod ab angelo titubanti Zachariæ in poená incredulitatis de lin
G guæ ocyo prædictum erat euacuari poterat: alia tamé occurrit in hoc eodé ſenſu haud minus
accómodata. ¶ Quanto eñ diuturnius fuerat Zachariæ ad loquelá impedimentú: táto eius re
ſtitutio maioré allatura erat admirationé: ꝓpterea neq; a morte ægrotanté Lazarum liberare Io.xi.
Saluator noſter uoluit: neq; uelut in aliis duobus fecerat illum ſtatim: ſed poſt quatriduú dúta Io.v.
xat ſuſcitare: & itidé de paralytico apud ꝓbaticá piſciná liberato: & de cæco nato aliiſq; multis Io.ix.
miraculis: & de claudo illo/ qué Chriſti ſolo nomine inuocato Petrus ſanauit/ eſt iudicádum. Actu.iii
nam & Paulus Timoteum qué ad epiſcopatus ordiné elegerat: in partéq; uocauerat ſollicitu/
tudinis/ ſtomachi debilitate laborare permittebat: illiq; humanú ad cóſeruationé conſiliú/ nó i.ad Thimo.v.
ad curá diuinú remediú cóferebat dicés: utere modico uino/ ꝓpter ſtomachú/ táetſi alioꝝ plu/
rimoꝝ hominú morbos diuina uirtute curaret. Et rurſus: nódú nato Saluatore erga eos quos
peccati uinculo cóſtrictos palá erat/ ſupabúdantis gratiæ/ miſericordiæq; largitas: ueniæq; fa/
cilitas nó erat demóſtráda: qñ ꝑter ꝓdigia/ q̄ i ipſi⁹ ſaluatoris natiuitate appuere nullú illi⁹ uſq;
ad maturá ætaté miraculú ſcriptura cómemoret. & primú in Cana Galileæ interpellá te matre
H ægre feciſſe legit᷑: aſpioriq;/ ut uerba ſonare uidét᷑/ matré ipſam increpaſſe ſermóe/ dú dixit qd Io.ii.
tibi/ & mihi mulier: nondú uenit hora mea. ¶ Suo igit᷑ loco/ ſuoq; tpe inſcrutabili ꝓuidétia cú
cta facere deú cú ſit manifeſtú: cur non pri⁹ poſteriuſue: aut alio ordine: fecerit: iueſtigare ſum
mæ dementiæ eſt: q̄q̄ in illa téporú/ locoꝝ/ atq; modi obſeruatione documétum aliquod cóſpi
cari: atq; elicere: piæ métis: ſollicitiq;/ & in diuinis reb⁹ exercitati ingenii indicium ſit maximú.
Propterea ad húc qué nobis ꝓpoſuimus/ ſenſum harú rerú differétias inueſtigare nó pertime
I ſcimus/ itaq; Zachariá cui ab angelo ob incredulitatis ſcelus/ ſilentiú ad tépus indictú fuit/ ſu
Moraliter. periori animæ uirtuti/ atq; potétiæ in ꝓcedétibus frequéter aſcripſimus: atq; ex his q̄ modo in
quæſtioné poſuim⁹: nónulla iam pro noſtræ imbecilitatis modo abſoluim⁹. Sed illud maxime
atq; in primis manere uidet᷑ inſolutú: cur impleta ante ſemeſtre Elizabeth ſpiritu ſancto fue/
rit cum eam ſcilicet Maria ſalutauit: hic aút nato præcurſore nec ſpú ſancto repleta imo nec
inſpirata refertur: q̄q̄ illi primú ꝓphetico ſpiritu nomen informata uoce impoſuerit: quod non
dum a uiro muto didiciſſe potuerat: marit⁹ uero/ quem mutú per tempus illud omne fuiſſe có
ſtat/ poſteaq̄ laudes deo reddidit: ſpiritu ſancto impletus eſſe refertur: an ne ſpirituſſancti gra
tiam/ quá ex unica Mariæ uoce ſuſceperat ex trimeſtri ſanctæ dei genitricis conſuetudine/ &
ipſius Saluatoris/ quem & utero/ & mente geſtabat/ cótéplatione amiſiſſe arbitrabimur᷑ atq;
interea temporis Zachariam uirum conſtantem/ & utrúq; iuſtum/ nihil gratiæ ſpiritualis ex
tam excellentium hoſpitú: Chriſti ſcilicet in matris uiſceribus latétis/ & Mariæ illius diuini/
tate glorificatæ/ longa cóuerſatione cóſecutú fuiſſe. Vero ſiquidé iſta nulli uideri debét eſſe
ſimilia: longeq; minus ad eum/ quem ꝓpoſuimus/ ſenſum accómoda. tanto enim temporis in
teruallo inferioré animæ ſenſum ſpiritu ſancto repletum: ſuperioré uero qui ſolus ſpiritualis
gratiæ capax cenſeri debet uacuum: qua poterimus ratione defendere᷑ cú dicat Aplus dediſſe ii.ad Corint.i.
deum pignus ſpiritus in cordib⁹ noſtris. i. in ipſa intellectiuæ animæ ſuperiori/ digniorique par
A te. de quo alibi ſic loquit᷑: ut det uobis ſcd́m diuitias gloriæ ſuæ uirtuté corroborari p ſpiritú ad Epheſeos. iii.
Diuerſimo/ de quis dicit᷑ ſpiritu ſácto plen⁹ uel repletus. eius in interiori homine. ¶ Verum tantæ retardationis loquelæ Zachariæ/ quæ cauſa eſſe po/
tuerit: iam a nobis eſt in ſuperioribus declaratum. q uero tam ſero ſpiritu ſancto repletus eſſe
dicatur: tot eum circunſtantibus diuinæ gratiæ adminiculis: tali uidet᷑ conſideratione diſſolué
dum. Mos enim ſcripturæ talis eſt: ut tum ſpú ſctó repleri aliqué dicat: cú eú aliquas ab eodé
ſpiritu ꝓuenientes ſiue magnæ ſint: ſiue minores operari cótingit actiones/ etiam ſi aliunde
gratiæ

gratia illum diuina repellet. Sicuti enim in cœlorum regno eſſe nemo poteſt. qui non beatitu
dinis perfruat: tanetſi plnrimæ ſint inter beatos differẽtiæ: propter quod dicebat Apoſtolus
ad Eph. ad Ephe. loquens/ut impleamini in omnẽ plenitudinẽ dei: ſic qui ſpirit⁹ ſancti uirtute aliquid
iii. operat: quale idcunq; ſit/hunc eius gratia plenũ dicere ſolem⁹. plenitudinem ipſam ex noſtra
ii. Para. capacitate/non ex conferentis poteſtate/uel collatæ gratiæ menſura cenſentes: hanc enim/ut
iii. ſcriptura dicit/ne cœli qudem ipſi capere poſſunt: quippe cuius magnitudinis nullus eſt finis:
Matth. ſed unicuiq; ſcd̃m propriam uirtutem a deo tribuitur: tum plus: tum minus: tum uero aliud
xxv. prorſus diuerſum: tãetſi omnia ex eiuſdem ſpiritus uirtute Apoſtolo teſte/procedant. ex quo
i. ad Co. cum nihil diminutũ/& non omni ex parte perfectum procedere poſſit: dicente ſcriptura: dei
xii. perfecta ſunt opera: in unaquaq;/quam ſcd̃m eundem ſpiritũ fieri cõtingit/operatione pleni
Deuter. tudinem gratiæ diuinæ adeſſe fateri oportet: ſicq; fieri: ut toties repletum queq; ſpiritu ſancto
xxxii. fateamur: quoties illo inſpirante rem aliquam facit/ex qua uirtus diuina manifeſtatur: quẽad
Actu. ii. modum & furore plenus/quoties furioſi actus exercet. quis eñ neſcit: Apoſtolos omnes in
die ſancto penthecoſtes ſpiritu ſancto repletos fuiſſe: uerũtamen cũ a principibus/uiuerſoq;
Iudeorum concilio/in qua uirtute ſigna facerent/interrogati eſſent: Petrus qui cæteroꝶ no/
mine: prout & alĩs frequenter: reſpondit rurſum ſpiritu ſancto repletus ſcribitur. & in ſequen
Act. iiii. tibus Stephanus ipſo martyrii inſtante triũpho. & hoc ni fallor/modo intelligi põt: quod ſal/
Act. vii. uator aplĩs ſuis alium paracletum illis ſe daturum prædixit. Sed nonne Mariam cum eam
Io. iiii. angelus ſalutauit: ſpiritu ſancto inuenit repletam: quam tamen per ſubſequentem diuinæ per
ſonæ incarnationem maiorem gratiam cõſecutam eſſe nemo negabit. ſuper eam quoq;/ſicut
& ſuper Apoſtolos cecidiſſe eundem ſpiritum: ex eo manifeſtum eſt: ꝙ cum illis per eos dies
Actu. ii. in oratione perſtitiſſe refertur. quapropter nõ minus ſpiritu ſancto plænã Elizabeth credide
rim: cum dixit: Ioannes eſt nomen eius/quando id diuino ſpiritu afflata dixerit: q̃ cum Mariæ
ſalutanti dixit: Benedicta tu inter mulieres. quemadmodum ex diſcipulis omnibus/qui cum
apoſtolis in die ſancto penthecoſtes eundem ſpiritum receperũt neminẽ: qui non æque ut Pe
trus impletus fuerit: ſalua ſcripturæ ueritate dicere poſſumus. Sed cũ actus ille: nominis filio
indicendi/non tam aperte diuinam exprimat uirtutẽ/cum id aut ꝓpria opinione: aut mariti ꝑ
ſcripturam reuelatione: dicere Elizabeth potuiſſet: nõ eſt hic actus ꝑ euangeliſtã ſpiritui ſc̃tõ
attributus: ſicuti neq; miraculo/quod non eſt ſupra communes naturæ leges/tribui debet.
¶ Pari quoq; ratione Zachariam eodem/quo loqui cœpit/& deum benedicere/momẽto: iam B
ſpiritu ſancto plenum arbitror fuiſſe: ſed quia communia tñ dicebat: & quæ iuſti omnes in pari
cauſa dicere ſolent: tum demum ſpiritu plenus apparuit: cum ex ordine cœpit arcana myſte/
ria decantare. Nam Chriſtus ipſe diuinam/quæ in ſua carne latebat/naturam: q̃q̃ illi perpe/
tuo eſſet iuncta/non niſi accommodatis locis/temporibuſq; detegebat. Quin & illud dicam
Ad He/ audatius: Zachariam eo quoq; tempore/quo eius domum Maria eſt ingreſſa ſpiritu ſancto
bre. iii. repletum eſſe. Ad ſpiritualem enim intelligentiam quid aliud eſt dicere Mariam/quæ illumi
Eccli. i. nat/atq; illuminans interpræatur/ſaluatore fœcunda/tam domum Zachariæ ingreſſam:
Pſalmo q̃ penetralia cordis ipſius/diuini ſpiritus ſplendore illuminata: hæc eſt enim domus de qua di
lxvii. cit Apoſtolus: Chriſtus tanq̃ ſponſus in domo ſua/quæ domus ſumus nos. Is enim ipſe eſt in/
greſſus: de quo per ꝓphetam dicit: Multiplicationẽ ingreſſus illius quis intellexit. Et in pſal.
ui derunt ingreſſus tuos deus &c. Quis enim crediderit Mariam dei gratia: immo & eſſentia
plenam: & humilitatis aloqui ſpecimen: Zachariæ cognati domum ingreſſam/ipſum patrẽ
familiæ: domuſq; dominum/& rectorem. uirum alioqui ætate uenerabilem: ſacerdotii digni/
tate reuerendum/ſi non in ipſo ædium limine/aut uirginis aduentu illi occurrit: poſteriori
tamen tempore per mẽſes tres/in quibus eius ſumptu educatam ueriſimile eſt/nõ ſalutaſſe.
At mutus erat/neq; ſalutantis audire uerba poterat: quaſi non æque nutu aſſurgendo/aliiſq;
modis omnibus ex his etiã locis/ex quibus audiri nequimus: ſed uideri amicos ſalutare ſolea
Matth. mus. Hæ ſiquidẽ illæ ipſæ ſunt ſalutatiões/quas in foro phariſeos appetere Chriſtus dicebat.
xxiii. Nam & inter abſentes per epiſtolam poſſe fieri Apoſtolus frequenter oſtendit: ſed & Ioannes
utero adhuc matris incluſus/dũ exultatiõe/quæ ſolo motu fieri potuit/Saluatori aſſurrexit:
ſpiritu ſancto etiam ſine loquela perhibetur impletus: cumq; id ex ſalutatione Mariæ auribus
Elizabeth inſtillata prouenîſſe ipſamet teſtet: quis Zacharia ſalutatiõis uirginalis nõ capacẽ
affirmabit: cui Angelus locut⁹ fuerat: qui diuinæ ultionis patiẽtiſſime pœnã ſentiebat. qui de
niq; uel ab uxore: uel a uirgine ipſa de Saluatoris incarnatione poterat informari. Illum igit
non minus tacendo/q̃ uxorem loquendo/gratia diuina repletum fuiſſe crediderim: quẽadmo
dum & ſanctas mulieres quæ cum Apoſtolis/& ipſa Chriſti matre in orationibus uſq; ad diem

pentecoſtes permanſiſſe referuntur/non eo minus ſpiritum ſanctum accepiſſe:q illis euan/
gelizandi officium non fuerit creditum.dicente Apoſtolo:mulieres in eccleſia taceãt: & alibi. i.Ad Corin.xiiii
docere aũt non mulieri permitto. tacitum eni ea uel tunc cogitaſſe quæ ꝓtulit: & pia mẽte agi
taſſe Zachariã:tãetſi ſcriptũ nõ inueniã: haud temerarium credere.exiſtimo:ſed quia nõ prius i.ad Corint.ii.
ut diximus/ipſius diuinæ grãæ in eo lumen effulſit:q̃ ſecretiora noſtræ redemptionis myſteria
C ꝓpalauit:tunc demum ab euangeliſta ſpiritu ſancto repletus eſt indicatus. ¶ Quo ſane admo
Moraliter. nemur exemplo:neminẽ uti ſanctum colere/aut diuina miracula credere/ prius q̃ euidentia
D ſanctitatis/aut diuinæ potẽtiæ/diſpẽſationiſq; ſigna uideamꝰ:qd̃ pleriq; cæca cupiditate: aut
Contra con ambitione ducti:male obſeruant:& ex his præſertim: quos circũſpectiores eſſe deceret.q̃ſtus
fingẽtes mi/ etenĩ grã/ & uiuẽtiũ & defunctoꝝ miracula cõfingũt:in uariaſq; hoies trahere conanť ſupſti
racula. tiones/quos ſane utpote diuinæ illudentes potentiæ/grauiſſime peccare certo certius eſt.neq;
Simoni illi mago multũ iudicandi ſunt diſſimiles:qui magicis artibus miracula mentitus ſpi/ Actuũ
ritus ſancti donũ/ut ex illo maiorem quæſtum faceret/pecunia cõparare uolebat. Sed & eos viii.
qui nimia facilitate credunt/non excuſabiles eſſe/ ſacra nos admonet ſcriptura:quæ dicit.No i. Io.iiii.
lite omni ſpiritui credere.& Sapientia dicit:nõ omni uerbo credas. ꝓpterea Samaritani ne ad Eccſia/
mulieris uerbum facile nimis credidiſſe argui poſſent:dicebant. Nam nõ ꝓpter loquelã tuam ſti.xix.
credidimus:ſed quia ipſi uidimus. æqualis enim eſt periculi/nimia in credendo/uel difficulta Io.iiii.
te/uel facilitate uti.ꝓpter quod nos admonẽs Saluator ipſe dicebat: eſtote prudentes ſicut ſer
E pentes/& ſimplices ſicut columbæ. ¶ Admonemur inſuper non prius alta ſapere/& apud cæ/ Mat.x.
Non temere teros ſpũalis ſapientiæ/doctrinæue in nobis grãm oſtẽdere:q̃ per exteriorum ſenſuũ in omni
& ꝓpropere tum caſtitate: tũ cõtinẽtia exercitationẽ doctrinæ uita cõſentiat. Hoc q̃ppe eſt priꝰ Elizabeth
debet profi/ ꝓpehetare.i.diuinægratiæ plenitudinem in uitæ munditia oſtendere:q̃ Zachariam repletum
ciens de diui ſpiritu ſancto canticũ pronunciare.i.ſuperiorem ſenſum ſpiritualium ſcientiam ꝓfiteri:& ob
na in ſe gra/ id dicit ꝓpheta: ſapientes abſcõdunt ſapientiam.& alibi:Homo ſapiens tacebit uſq; ad tẽpus Prouer.
tia ꝑſumere. & rurſum Pſalmiſta:In corde meo abſcondi eloquia tua/ut non peccem tibi: q̃uis enim non x.
niſi ex ipſa animi præcipua ſuperioriq; potẽtia ad uirtutis opationes moueri infirmior poſſit. Eccli.xi.
quẽadmodum neq; in ſenſu eſſe quicq̃:quin prius fuerit in intellectu:ipſius tamen ſenſus ope Lucæ.x.
F rationes præcedere debent:deinde ſpirituales uelut pfectiores ſuo ordine ſubſequi:ſicuti præ Pſalmo
Impefectio/ curſorem ante Chriſtum ꝓcedere diuina ſapientia uoluit:& Chriſtus ipſe diſcipulos in omnẽ cxviii.
ra præcedũt ciuitatẽ/& locũ præmiſit:quo erat ipſe uenturus.Quo enim tardiores: eo perfectiores eſſe ſo
perfecta. lent actiones: atq; ut priora omnia uno concludamus uerbo/quæcunq; ab angeli apparitione
per Zachariam/atq; Elizabeth:aut cum eis:ad circuncisionẽ Ioannis uſq; geſta ſunt/quorum
per ſingula ordinem ſignificationẽq; in ſuperioribus proſecuti ſumus/hãc tam ꝓfundã/ tãq;
diuinis refertam ſacramentis/myſteriiſq; ꝓphetiam anteire congruũ fuit:atq; in hoc ipſo can
tico prioris ſtatus ſcilicet pœnitentium cõſummari curſum:&ad ſecũdum deueniri: ꝓpterea
neq; de Zacharia/neq; de Elizabeth/qui ſtatum illum priorẽ præ ſe ferunt/deinceps ab euan
geliſta ullum fit uerbum:ſed de Saluatoris natiuitate primũ: tum de Ioannis uita/prædicatio
ne/baptiſmo/& morte. Poſtremo de ipſius Saluatoris geſtis/miraculis/ꝑdicationibus/doctri
na/morte/reſurrectione/aſcenſioneq; in imenſum creſcit hiſtoria:quorum rationẽ inuenire:
& ad hunc ſenſum noſtrum accõmodare ſpiritus ipſe: ſi uolet:nos congruo loco edocebit:qui Pſalmo
per ꝓphetam dicit:Aperi os tuũ & implebo illud. lxxx.
G ¶ Iam igitur ad profunda cantici huius myſteria excutienda ꝓcedamus:quod ſane duo præci/
Diuiſio căti pua continet capita:in quorum Primo/de Chriſti aduentu/& de humanæ redẽptionis myſte
ci. rio/diſſeritur. In ſecundo uero ibi:Et tu puer:de præcurſoris officio. Primum rurſus caput bi
membrẽ recipit diuiſionẽ. Primo quidẽ deum benedicendo.i.laudibus efferendo plurima illiꝰ
Explanatio in humanũ genus beneficia cõmemorat. Secundo ibi. Vt ſine timore:tantoꝝ beneficioꝝ cau/
litteræ. ſas effectum/ fructũq; ſubinfert. Quæ in ſingulorum explanatione facilius annotabuntur.
Textus. BENEDICTVS inquit/dñs deus Iſrael:dominũ quippe/deũq; ſimul appellat: cuius & ſerui
H ſumus/& creaturæ:quorum alterum ex parte noſtra electos tantũ cõplectiť:alterũ uniuerſos
Deus quare ſicuti in cantico Mariæ a nobis ſuperius eſt oſtenſum: ꝓpter quod ſubdit Iſrael. quod mens/
dicitur dñs. deũ uidens interpretatur.ꝙ & icirco cum dicit:dñs deus Iſrael: perinde eſt/ac ſi diceret:deus
omniũ per creationẽ:poſſeſſionẽ/atq; imperiũ:& dñs electoꝝ per prædeſtinationẽ: uel econ/
trario dñs ratione potentiæ:quam nõ in homines tantũ:uerũ & in creaturas omnes habet: di/
cẽte ſcriptura:dñs totius creaturæ. Vel dñs ratione imperii/quod in omnes habet.ꝓpter quod
illi ſeruire/& illum timere debent:& deus propter immenſam/quæ in nos confert beneficia: Iudic.ix
quorum ratione illum ſumme diligere ac glorificare debemꝰ: & icirco ſubiunxit Iſrael:quia
illum

illum/domũq; ei⁹/ & familiã.i. electos oẽs/prærogatiua/gratiaq; ꝓelegit ſingulari: ꝓpter qđ
Pſalmo dicit ꝓpheta:nõ fecit taliter oñi nationi:& hoc modo intelligẽdũ eſt:quod in Pſal.dicit̃: Veni
clvii. te exultem⁹ dño iubilemus deo ſalutari noſtro.& alibi:deus deoꝝ/& dominus dominãtiũ.be
Pſalmo nedictus igitur.i.bene de illo dicendo:& laudes illius decãtando/in nobis magnificatus/lau
xciiii. datus/& honorificatus dominus/uniuerſoꝝ/& deus electoꝝ.& hoc loquendi modo uſus eſt
Deut.x. Dauid cũ arcã dñi ĩ medio tabernaculi collocauit. & alibi dicit̃:Dominus Hebreoꝝ.⁋Sed qui A
i. Parali bus ex cauſis illũ hoc tẽpore debemus præcipue benedicere? Cũ eñ ꝑpetua/atq; ĩmenſa ſint
po.xvi. eius in nos beneficia: nunq̃ ab ei⁹ laude diſcedere debem⁹.& ob id ꝓpheta dicebat:ſemp laus
Exo.iii. eius in ore meo.Verũ cũ præcipuã nobis cõfert grãm: ad particularẽ laudẽ/ glorificationẽq;
Pſalmo inuitat.ꝓpter quod Maria dicebat: Magnificat anima mea dominũ. quia fecit mihi magna:&
xxxiii. Dauid cũ de manu inimicoꝝ ſuoꝝ liberatus eſſet:poſteaq̃ multa dei in liberãdo beneficia re/
ii.Regũ tulit:ſubdidit:ꝓpterea confitebor tibi domine in gentib⁹/& nomini tuo cãtabo.⁋Hic aũt lau
xxii. dem.ſeu benedictionẽ ꝓmittẽs/recẽtia cõmemorat beneficia dicẽs/ quia uiſitauit/& fecit redẽ Textus.
ptionẽ plebi ſuæ.Duo ſane/quæ inuicẽ ſunt ſubordinata/cõmemorat/dei nãq; uiſitatio ad ꝑ/ B
petuã ſalutẽ ſpiritualẽq; ꝯſolationẽ:quẽadmodũ & medici/uel amici ad tẽporalẽ/corporalẽq;
ſine cõtrouerſia pertinet: uiſitant inſup Paſtores gregem: Duces exercitũ:Principes popu/ De multipli
lum:Sponſus ſponſam:Præſes ꝓuinciã: Paterfamilias ſeruos:uniuerſamq; familiã: & agros: ci uiſitatiõe.
merces:pecora:quas quidẽ uiſitationes oẽs ex diuerſis ſacræ ſcripturæ locis ad hãc/de qua lo/
quimur/trahere:illiq; cõferre:atq; accõmodare:tãetſi haud difficile:ocioſum tamen/& diffu/
ſius q̃ res exigat/foret:cũ etiã præcipui hui⁹ euangelii cõmẽtatores abunde tradiderũt. q̃tum
igitur ad ſenſum noſtrũ:tum litteralẽ:tum moralem: attinet:referemus.⁋Ad litterã ſane de C
illa/quã per incarnationẽ deus fecit/uiſitatione Zacharias ꝓculdubio locutus eſt: qua ſane q̃
potuit excogitari dignior:atq; humanior? q̃ ut: qui deus increatus/imẽſus/incõprehenſibilis
inuiſibilis/atq; impalpabilis/erat.& quicquid de eo dici põt excellentius/eandẽ nobiſcũ formã
aſſumens/uiſibilis/paſſibilis/ atq; mortalis fieret creatura: ut nobis & ſalutis uiam doctrina/
atq; exẽplo oſtenderet:& æternã uitam ignominioſa morte cõpararet:atq; reſumẽdæ poſt ani
mæ diſſolutionẽ rurſus carnis/ſpem certiſſimã/ex ſua/& alioꝝ/qui lõge ante uita functi erãt
reſurrectione relinqueret? de hac(inquã)in fine quoq; cantici apertius loquit̃ dum dicit:in qui
bus uiſitauit nos oriens ex alto.⁋Verum circa hæc prima cantici uerba duo ſunt maxime cõ/ Textus.
ſideranda.Primũ:quia uerbũ hoc uiſitauit abſolutũ uidet̃:neq; eñ uerba illa plebi ſuæ ſermo D
nis cõgruitate ſeruata ad illud referri poſſunt: cur igit̃ uerbũ hoc nullo determinat̃ appoſito Queſtio ad
& illud fecit redẽptionẽ ad plebẽ ſuã: dũtaxat reſtringatur/haud incõgrue quæri poteſt.Cum litteram.
alioqui ad amicos ſolos uiſitationis officiũ impendi ſoleat: ſicuti cognatã a Maria uiſitatã pau
Ad Ro. lo ante uidimus. Redemptio autẽ omnibus paſſim eſt tribuenda:dicente Apoſtolo:qui ꝓprio
viii. filio nõ pepercit:ſed ꝓ nobis omnibus tradidit illũ. Conſtat eñ ante Chriſti aduentũ electiõe
circunciſione/lege/ꝓphetiis/miraculis/cæteriſq; peculiaribus beneficiis/populũ ſuũ Iſraeliti
Pſalmo cum dominũ uiſitaſſe: cũ aliis nationibus eſſet incognitus:dicente propheta: Notus in Iudæa
lxxv. deus: & alio in loco:non fecit taliter omni nationi.ꝓpter quod ipſe Saluator dicebat: non ſum
Pſalmo miſſus/ſcilicet principaliter/niſi ad oues/quæ perierant domus Iſrael: Sed redẽptionis myſte
xlvii. rium/atq; beneficiũ in oẽs gẽtes/nationeſq; ꝓculdubio eſt diffuſum:cũ dixerit Saluator:eũtes
Mat. xv in uniuerſum mũdum prædicate euãgelium omni creaturæ:qui crediderit & baptizatus fuerit
Mar.xvi ſaluus erit.& alibi:docete oẽs gentes.Et Apoſtolus rurſum:ſicut enim inquit in Adam omnes
Matth. moriũtur:ita & in Chriſto oẽs uiuificabunt̃.⁋Sed alium hæc uerba habere poſſunt intellectũ E
xxviii. ſenſumq;/huic prorſus aduerſum: Viſitat quippe deus nõ bonos tãtũ atq; electos: ſed omnes
i.Ad Co omnino homines:quippe qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos/ & malos: & pluit ſup iuſtos/
rint.xv. & iniuſtos.nõ eñ cũ prædicaret:cũ morbos curaret:cum doceret:cũ reliqua faceret:tum mira/
Mar.v. cula/tum plena doctrinæ/atq; exẽpli opera:malos excludebat/imo uero publicanoꝝ/& pec/
Leuitici catoꝝ cõſortia ſæpe quærebat:& ad phariſeos plurima loquebat̃.præterq̃ q malos perdendo
xviii. quoq; uiſitare dicit̃: qui in Leuitico dixit: polluta eſt terra/cuius ego ſcelera uiſitabo:& alibi:
Hie.xiiii recordabor iniquitatũ eoꝝ/& uiſitabo peccata eorum. Electos aũt ſolos:ſaluaturus ad nos in
carne deſcendit:quẽadmodũ ipſemet teſtat̃ dicẽs:filius hominis uenit miniſtrare/& dare aĩam
ſuam/ꝓ multis/ſcilicet electis.Quãuis eñ innumerabiliũ hominũ infinita/ & ea quidẽ ſupra
humanũ ingeniũ horrenda/ deteſtãdaq; peccata/redẽptoris nõ modo cruenta mors: uerũetiã
carũ/ quas pro redẽptione noſtra ſuſtinere dignatus eſt/minima quæq; paſſio/atq; anguſtia/
expiare ꝓculdubio potis eſſet:nullæ tamen Chriſti paſſiones obſtinatos/& ſaluti repugnãtes
ſeruata iuſtitia ſaluare potuerunt. Sicuti paruo ſolis radio infuſo per rimulam incluſus carce

ritcum auiditate lumen accipit/media uero in planitie/clara luce faciē pallio obuoluēs/ exclu
ſo ſolis ſplendore in tenebris manet. Deus igitur mortales paſſim oēs:tum benefaciendo:tum
alliciendo:tum caſtigando:tum puniēdo uiſitauit: ſed qui eius uiſitationis fructus indignos ſe
fecere: illis aut inutilis ad ſalutē acquirendā fuit uiſitatio: aut certe dānoſa: nēpe q; maioribus
illos obligauit ſuppliciis:ꝓpter qđ ad Iudæos extat illi' in hæc uerba iudiciū. Quotiens uolui Matth.
uos cōgregare:quēadmodū gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas/ & noluiſtis: ecce relinquet xxiii.
uobis domus ueſtra deſerta. Et hi ꝓculdubio ſunt:qui ad regales nuptias inuitati cū digni nō Matth.
eſſent:uenire noluerunt. ⁋ Poſſent autē uerba hæc euangeliſtæ per ſubauditionē/ impropria/ xxii.
tionē q; uerboꝝ ſic adaptari:ut utrunq;/uiſitatio ſcilicet/& ſalutis operatio: aut ad oēs paſſim
ex dei parte:& quod ad potentiā/generalē q; uoluntatē/& operationis ſufficientiā attinet: aut
q̄tum ad efficaciā ex ſuſcipientiū merito uoluntate q; ad electos dūtaxat referri.qđ etſi in eun
dem ſenſum recidat:priori tamen inhærendū potius cenſeo.neq; eñ quicq̄ in his euāgeliis po
ſitū exiſtimare poſſum: quod nō ſpiritualē aliquam diligenter intuenti cōterat intelligētiā: ne
ſyllabā quidē.quapropter cū apertius atq; congruētius utrūq; uno terminare uerbo potuiſſet
B
& dicere/uiſitauit/& redemit plebē ſuā:uel ſic uiſitationē & ſalutē fecit plebi ſuæ:nō ſine my
ſterio:hoc/quem ſcriptū habemus modo loqui maluit. ⁋ Sed & alia quoq; in his uerbis ſupe/
riore/aut ſubtilior:aut certe nō inſipidor differētia colligi pōt.uiſitatio quidē tam ad bonos
q̄ ad malos/& ſi diuina ſemꝑ fiat uirtute/atq; uolūtate:miniſterio tamen angeloꝝ/hominū/
cæterarū q; creatarū rerū magna ex parte uſus eſt deus:idq; cum ad ſenſum pateat: ꝓbatione
nulla indiget. Salutē uero noſtrā ꝑ ſeſe deus ipſe operatus eſt. noſtrā ſcilicet carnē/ noſtras q;
paſſiones & quæ diuinæ eſſentiæ cōiuncto corpori accidere poterant/imperfectiones ſuſcipiē
do. Propterea dicit uiſitauit.ſ.multipliciter/per ſe/ per angelos/ per ꝓphetas/& ſeruos ſuos
per ſigna/ꝑ ꝓdigia/ꝑ beneficia/ꝑ flagella. Sed redēptionē idē ipſe deus per filiū ſibi cōſubſtā
tialē/coæternū q; fecit.quod & alio loco ꝓpheta expreſſit dicēs:opatus eſt ſalutē in medio ter
ræ:& expreſſius per Eſaiam dicit dñs:ego ipſe cōſolabor uos: & hoc eſt/ quod Paulus ad He/ Pſalmo
breos ſcribēs dicebat:multifarie/multiſq; modis olim loquēs dominus in ꝓphetis: nouiſſime lxxiii.
locutus eſt in filio. Sedm quē quidē ſenſum/ſic exponenda ſunt uerba/ut ad ꝑterita uiſita/ Eſa.li.
C
tio:redēptio uero ad præſentia/futura q; referat:acſi diceret:quia uiſitauit uſq; ad hæc tēpora: Ad He/
Initiū redē/ptionis redēptio dicitur.
& fecit redēptionē noſtrā hoc tēpore:carnē.ſ.noſtrā aſſumēdo. Quod ſane myſteriū cū initiū breos.i.
fuerit redēptiōis noſtræ: tametſi morte cōſummari ex diuina diſpoſitiōe illā oporteret: haud
incōgrue tamen:tum factū dici potuit.qui eñ initiū cuiuſq; operis fecit: quod ꝓxime finis/cō
ſummatio q; ſubſequi abſq; ulla dubitatione debet/opus ipm ſi nō ꝑfeciſſe:feciſſe tamē dicere
ſolemus. In quo quidem ſenſu ea quoq; uerba/quæ in cantico ſuo Maria ꝓtulit/ſunt accipien
da:dum dixit:fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos: depoſuit potētes: exaltauit
humiles:eſurientes impleuit bonis/& diuites dimiſit inanes. quæ quidem oia ex ſola Chriſti
quē paucis ante dieb' in utero cōceperat/generatiōe adimpleta/haud quaq̄ defendi pōt.ꝓphe
D
tarū inſuꝑ mos eſt fere omniū.futura uerbis præſentibus ue/præteritis ue/ꝓnūciare:adeo cer/
Textus. Explanatio litteræ.
ta/atq; indubitata iudicant: q̄ deo inſpirante prædicūt. ⁋ Eodē quoq; ſenſu/q̄ ſequitur/ cātici
uerba ſunt accipienda:& erexit cornu ſalutis in nobis:quæ etſi nōnulli ad reſurrectionē refe/
rant Saluatoris:plane tamen ad incarnationē/abſq; ulla uerboꝝ uiolētia referri poſſunt. Cor
nu ſiquidē ſalutis/Chriſtū eſſe omnes conſentiūt:cū ſit ſaluandoꝝ omniū caput. Apoſtolo te ad Eph.
ſte.Capitis aūt cornu ſublimior/ſolidior q; eſt portio:qua præter eminentiā/& decorē/ad tute iiii.& v.
lam totius reliqui corporis/& inimicoꝝ inuaſionē animalia armātur: roborātur q;. ꝓpterea in Pſalmo
Pſal.dicit. In te inimicos noſtros uentilabimus cornu.de hoc etiā loquit dū dicit:deus dñs for/ xliii.
tis/& ſperabo in eum:ſcutū meū/& cornu ſalutis meæ. Iam igit ſatis erectū dicere potuit cor ii.Regū
nu ſalutis/cū Saluator humanā carnē aſſumēs in utero uirginis clauſus eēt: nō itæ multo poſt xxii.
in mundū exiturus/tanq̄ ſponſus ꝓcedēs de thalamo ſuo. Proxima ſane ad uolandū auis dici
E
tur:cum alas erigit:& aduerſus hoſtē:ad pugnā ſeſe ꝑparās ppl's erigere ſe dicit . ꝓpterea in li ii.Regū
Verbum erigere quid ſignificat.
bro Regū dicitur:erexit ſe Iſrl aduerſus Philiſtiñ.perinde q; uerbū hoc erexit accipit: ac ſi di xiii.
xiſſet excitauit ſeu ſuſcitauit:ſicut in Deutero.dicit: ꝓphetā ſuſcitabo eis de medio fratrum Re.xiii.
ſuoꝝ.& alibi/ Clamauerūt q̄ ſuſcitauit eis Saluatorē. & ad Dauid dixit dñs: ſuſcitabo ſemen Deute.
tuū poſt te/qđ erit de filiis tuis. ⁋ Hoc igit tertiū eſt qđ hic Zacharias cōmemorat dei benfi/ xviii.
cium.quia ſcilicet nō ſolum plebē ſuā:ideſt populum electum:aut alio ſenſu/ſi magis placet/ Iudi.iii.
uniuerſum omnino humanum genus uiſitauit: ac deinde redemptionis myſterium ipſe per i.Para.
ſeſe implere cœpit:carnem noſtram aſſumendo: uerum ſalutis ipſius Signiferū auctorem/ & xvii.
principem ex Iudæis naſci uoluit;ita ut ex ea gente humani generis ſalutem prodiiſſe fateri Io.iiii.
oporteat.

Io.iiii. oportteat.ꝓpter qđ Chriſtus ipſe dicebat:nos ſcimus quia ſalus ex Iudæis eſt:& nō ex quacūq;
Iudaici populi familia:ſed ex regali/per quam populus ipſe nō modo apud homines maxima
dignitatis/& gloriæ ſuſcepit incrementa.quippe quæ antea ignobilis habebať/& abiecta: ue/
rūetiá apud deum ipſius Dauid regis merito plurima æque præcipua conſecuta eſt dignitatis
inſignia:quorū hoc proculdubio fuit maximūq; de fructu lumboꝶ eiꝰ/ ſalutis noſtræ aucto
Actu.ii. rem ſe daturum deus ipſe ſpoponderat. propterea pertinentiſſime ſubiungitur: ſicut locutus Textus.
eſt per os ſanctoꝶ:per os ſiquidē/nō per ora icirco dicit:ut omnes ꝓphetas uno ore ſancti ſci
licet ſpiritus loquentes oſtendat.& quod a ſeculo dicit: eos quoq; cōplectitur qui non loquela Textus.
ſed uariis operationibus ſpiritu ſancto acti/ hæc quæ in Saluatore ſunt poſterius adimpleta/
præfigurarunt. quæ cum a ſacris expoſitoribus hoc loco latius ſint tradita: ulteriori non
indigent explanatione.¶ Sequitur ergo aliud/& quartum beneficiū/dum dicitur:Salutem ex A
inimicis noſtris/quod ſane uarias accipere poteſt interpretationes:quarum unaquæq; accom/ Textus.
modari litteræ poteſt/& ad ſalutem/doctrináq; legentium non nihil conferre.Primum quidē
commētatorum hæc eſt ferme omnium ſentētia: ut quod in ſuperiori uerſu dixerat/& erexit Explanatio
cornu ſalutis in nobis/hic explicet apertius/perinde ac ſi diceret:deus opti. max.ex gente no litteræ.
ſtra Saluatorem ſuſcitauit:qui ſaluabit nos ex inimicis noſtris/ſcilicet dæmonibus/& de ma/
nu omnium/qui oderunt nos/ſcilicet peruerſorum hominum & humanarū cōcupiſcentiarū.
¶ Qui ſane ſenſus/& ſi planus ſit: aliū tamen exquiſitiorē nō excludit:per quem non ad prio
ris explanationem dūtaxat uerſiculus iſte pertinebit:ſed nouum adiiciet diuini beneficii ſacra
mentum.Primū quidem dixerat:dominū deum Iſrael redemptionem feciſſe plebis ſuæ:quod
non ad propria modo uniuſcuiuſq; iam commiſſa:ſed & ad primorum parentum/cæterorūq;
deinceps proauorum delicta/quibus obnoxii eramus referendum eſt:ob ea eñ cum ſerui pec
Ad Ro/ cati/& proinde diaboli facti eſſemus:ſuo nos ſanguine Chriſtus ipſe liberauit/abſoluit/ rede
ma.viii. mit/mundauit/& in priſtinam redegit libertatem.propter quod dicit Apoſtolus:liberauit me
Ad Ga/ a lege peccati/& mortis.& alibi:miſit deus filium ſuum factum ex muliere,factum ſub lege:
la.iiii. ut eos qui ſub lege erant/redimeret.cuius redemptionis precium alio in loco conſiderans idē
Ad Co/ ipſe Apoſtolus dicebat:empti enim eſtis precio magno.nunc autem aliud non minoris mune/
rin.vi. ris ac gratiæ beneficium addit.dum dicit:ſalutem ex inimicis noſtris. quid eñ præteritarū cul
parum nobis remiſſio ꝓfuiſſet:ſi ad futuras cauēdas/nulla nobis remedia eſſent relicta?quip/
Iob.xvii pe qui captiuū e manibus hoſtium eripuit:niſi in locum tutum deducat: ex quo nō niſi uolens
abduci nequeat:haud plene liberaſſe dici poteſt:propterea Iob ille patientiſſimus dicebat:libe
ra me domine/& pone me iuxta te:& cuiuſuis manus pugnet contra me. hoc igiť deum incar
promittuntur magnitudine allectus:& ſuppliciorum/quæ reprobos manent/deterritus acer/ bitate/ nō modo a terrenis coinquinationibus auertat animum: ſed ad cœleſtia totꝰ anhellet. Propterea per Sapientem dicitur: fili memorare nouiſſima tua: & in æternum non peccabis. Ecclſiaſtici.vii. Hæc itaq̧ illa ipſa eſt ſummi principis deſcriptio:ad quā mente & ſpiritu iuſti omnes/ ſed per/ fecti maxime/ſemper feruntur. proterea doctor ille inſignis Eccleſiæ dicebat: In omni actio/ ne ſua ſemper illam uocem auribus ſuis intonare: ſurgite mortui uenite ad iudicium. ob idq̧ in Saluatoris natiuitate:ideſt in perfecti ſtatus initio poſita eſt. Cum enim a præſide Syriæ Cy rino/hoc eſt a Chriſto/ illam factū iri perfectus quiſq̧ & credit & ſperat:ut in ciuiū Romano rum:ideſt electorum libro deſcribatur:cum Ioſeph & Maria: ideſt totis animæ corporiſq̧ uiri bus properat. ¶ Sed neq̧ prius Ioſeph deſcribendum ſe cum uxore præbuit:q̄ illa eſſet proxi ma partui Ita ut naſcente demum Ieſu:ideſt Saluatore deſcriptio fiat. Qui enim in pœniten/ tium/proficientiūq̧ ſtatu adhuc manere ſibi conſcius eſt: non ſe dignum arbitrari debet: qui in æternæ uitæ libro deſcribatur.dicente Apoſtolo:non coronabitur niſi qui legitime certaue rit. Et hoc in eo figuratur:quem ingreſſum ad nuptias rex eiecit/& in tenebras mitti iuſſit:eo q̧ ueſtē nuptialē non tuliſſet.

Miri gradus per quos ad/ conſummationem perfecti ſtatus ē perueniēdū.

ii. ad thimo.ii. Matth.xxii.

Cuiꝰ rei maximū eſt argumentum: q̧ nō in egypto:ideſt in tene bris peccatorum exiſtentem populum Iſraeliticum numerare deus uoluit: ſed poſteaq̃ deſer tum/hoc eſt pœnitentiæ heremū eſt ingreſſus. & ne tunc ſtatim quidem: ſed poſteaq̃ & mare rubrum pertranſiuit/& Malechitas ſuperauit/& māna māducauit/& tabernacula conſtruxit: & poſtremo dei digito ſcriptam legem accepit/totidem quippe ad hanc(de qua loquimur)de ſcriptionem eſt deuentum gradibus. ¶ Primo nāq̧ Zacharias & Elizabeth per pœnitentiam iuſtificantur:quod eſt mare rubrum tranſire. ¶ Secundo præcurſoris conceptum: ideſt gra tiæ corroborantis ortum Gabriel Zachariæ prænunciat.quod eſt Amalechitā/ qui brutus uel labens interpretatur/ſuperaſſe:ideſt mundi/carniſq̧ uoluptates per ſanctam perſeuerantiam conculcaſſe:quæ nos brutis ſimiles efficiunt.dicente ꝓpheta:nolite fieri ſicut equus & mulus. & alibi: homo cum in honore eſſet:non intellexit: comparatus eſt iumentis/ & ſimilis factus eſt illis.& iſti lambentes illi ipſi ſunt:de quibus in Pſal. dicitur:& inimici eius terram lingent. ¶ Tertio Maria concepit Saluatorē: qui uerū eſt māna: qđ a fidelibus māducatū uitā æternam tribuit:ut de ſeipſo apud Ioānem Saluator teſtatur dicens: ego ſum panis uiuus/ qui de cœlo deſcēdit/nō ſicut manducauerunt patres ueſtri māna in deſerto & mortui ſunt. qui māducat hūc panē/uiuet in æternū.

ꝑs.xxxi. Pſalmo xlviii. Io.vi.

¶ Quarto Maria Saluatorē portāsin utero Elizabeth uiſitat ꝑcur ſore fœtā. qđ eſt uere tabernaculoꝝ cōſtructio. Maria ſiquidē tabernaculū effecta ē Saluatoris de quo dicit͛:ſanctificauit dn̄s tabernaculū ſuū.uel tabernaculū dei effecta eſt caro:quā i utero Mariæ Chriſtus aſſumpſit. de quo loquit͛ idē Pſal. dum dicit:in ſole poſuit tabernaculū ſuū. Itē & Elizabeth cū ſpū ſctō ad uocē ſalutātis Mariæ eſt repleta: ipſius diuini ſpūs habitaculum ſeu tabernaculū eſt effecta:dicēte Aplo:neſcitis qm̄ mēbra uſa tēplum ſunt ſpūſſancti.de quo ꝓpheta in pſona fidelis aīæ dicit:qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Itē & cū Maria Chriſto grauida domū Zachariæ ingreſſa eſt:ut illā totā diuina adornaret gr̃a: ibiq̧ diuina ſe creta tā uiro q̄ uxori manifeſtādo quēadmodū a nobis in ſupiorib⁹ eſt oſtēſum/ tres integros māſit mēſes:tabernaculū ſibi filioq̧ p id tēpus conſtituiſſe/fabricaſſeq̧ cōgrue dici pōt. Et hoc eſt diuinā gratiā in mēte pœnitētis p ſanctā pſeuerātiā cōfirmari.& p cōtēplationē/nouaq̧ in/ ſpirationē ad cognitionē diuinæ ſublimitatis: ꝓpriæq̧ ſalutis illuminari: & hæc quoq̧ tria illa ſunt tabernacula:q̄ Chriſtū in diuina ſpecie cernēs Petr⁹ fieri poſtulabat.

Pſalmo xlv. Pſalmo xviii. i. ad Corint.vi. Eccliaſtici.xiiii.

¶ Quinto ꝑcurſor naſcit͛ Saluatoris aduētū nunciaturus:in illiuſq̧ ortu/de iuſtoꝝ uocatione/& humani generis redēptione Zacharias ꝓphetizat:uiciniq̧ lætātur. Et in mōtanis habitātes corripit timor.quæ omnia in legis ſcriptæ latione/ꝓmulgationeq̧ myſtico ſenſu ſunt præfigurata. Illa enim Euā geliū prænūciat:& læticiā ſimul cū timore fidelib⁹ affert:ſicut p ꝓphetā dicit͛:iuſticiæ dn̄i recte lætificātes corda:& timor dn̄i ſctūs pmanet. Hoc aūt quid aliud eſt:q̄ pœnitētē animā pœnitē/ tiæ deſertū ingreſſam/ſupatis carnalibus concupiſcētiis:mānaq̧ ſalutis æternæ p euchariſtiæ ſacramentū manducato:uel ſupernæ p ſpiritū perſeuerantiæ demiſſo: & æternæ beatitudinis pmiis nō nihil delibatis/ad dei timorē pariter & amorē pia deuotione:enixaq̧ mente cōuerti/

ꝑs. xvii

¶ His aūt

¶His autem conſenſis gradibus:totq; tum periculis/tum laboribus/ ſuperatis/ nomen ſuum
daturus/ut deſcribatur/in Bethleem Ioſeph cum uxore prægnante aſcendit:ideſt cœleſtium
meditatione iuſtificatus proficientis ſpūs/ depulſo per charitatis feruorē timore/tota mentis
acie in cœlum trahitur. Et hic ſane ſextus eſt gradus: quem prinſq̄ in electoꝝ perfectorumq;
numerū refertur proficientem oportet aſcendere. ¶Hi quoq; illiipſi ſex ſunt gradus:quos Senarius nu
Lu.xiii. per ſex menſes in uirginis annunciatione diximus ſignificari. & ſex illi dies:in quibus prinſq̄ merus perfe
ad ſabbatum:ideſt requiē proueniamꝰ:operari nos oportere Saluator teſtatur: ꝓpter quæ oīa ctionē ſigni/
nō ſine miniſterio hoc uerbo factū eſt/Euangeliſtā uſum hoc loco eſſe arbitror:ut ſcilicet oſtē ficat.
Pſalmo deret:non fortuito cōtigiſſe:ſed diuina ꝓuidentia factū eſſe: ſicut & alio loco dicit ſcriptura:a Textus.
xvii. dn̄o factum eſt iſtud:& eſt mirabile in oculis noſtris. ¶Huiꝰ aūt uniuerſalis iudicii/quod ante De uniuerſa
oculos mentis iuſti cuiuſq; uerſari perhenniter deberet/quattuor ex hoc Euangelio notātur li iudicio.
myſteria:Neceſſitas ſcilicet primū/dum dicit̄:exiuit edictū a Cæſare Auguſto:ut deſcriberet̄
Heſter uniuerſus orbis.ex perſona ſiquidē edicētis hūc illū ſummū principē eſſe cōſtat:Cuius nō mo
xiii. do decreto:ſed etiam uoluntati reſiſtere nemo pōt. Edicti aūt uerba tam generalia ſunt/ atq;
prægnātia:ut eximi neminē eius cenſura uoluiſſe manifeſtū ſit.Cū abſq; illa penitus exceptio
ne uniuerſum orbem deſcribi iuſſerit.Ordo uero deſcriptionis ex illis uerbis accipit̄: & hæc
deſcriptio primū facta eſt a præſide Syriæ Cyrino.Diſcuſſio ex ſequentibus dum dicit: & ibāt
oēs ut ꝓfiterent̄ ſinguli in ſuā ciuitatē.Diffinitio poſtremo dū dicit̄:aſcendit autē ioſeph &c.
¶Poſſumꝰ tñ omiſſa diffinitione dicere/poſt iudicii neceſſitatē/eum modū exprimi: qui circa
prioritatē/poſterioritatēq; uerſatur. deinde illū qui circa deſtinationē/ ſeparationēq; rerum
iudicandarū. Et poſtremo electi cuiuſq; ante iudicis tribunal cōparitionē:quæ omnia in ſingu
loꝝ uerboꝝ explanatione ꝓſequemur. ¶Exiit inquit edictum.Circa quæ uerba illud primū Textus.
pſal.viii annotabimꝰ:conſulto Euangeliſtā dixiſſe exiit edictū/non Cæſarē edixiſſe.Hoc eñ latiꝰ ꝑ atet: Explanatio
quia non ſolū legem a Cæſare latam ſignificat:uerū etiā in oīm deueniſſe noticiam:quēadmo litteræ.
& illud in omnē terrā exiuit ſonus eoꝝ:ut plane oſtendat: huius edicti ignorantia excuſari ne
minem.Qui eñ Chriſtum ex mortuis ſuſcitatū in cœlū aſcendiſſe credūt: hos uenturū illum
Actu.i. ad uniuerſum orbem iudicandū cōſequens eſt credere: qñ quidem in cœlum aſcēdentem illū
Mat. xv intuentibus diſcipulis a duobus illis diuinis teſtibus dictum hoc eſſe:ſacra ſcriptura teſtet̄:quē
Ioan.iii. admodū uidiſtis eū aſcēdētē in cœlū:ita ueniet.ſ.ad iudicādū.Quod etiā Chriſtꝰ ipſe iam antea
uiuens ꝑdixerat.Qui uero uēturū nō credit:teſte Ioāne iam iudicatꝰ eſt. ¶Edictū quoq; accō
modate dixit Euāgeliſta:non legē aut decretū/ꝑceptūue. hoc eñ ad ſuꝑmos ꝓprie ꝑtinet prin Edictū quid
Heſter cipes:qui nō ꝑſentibꝰ loquūtur:ſed extra ſua edicta mittūt. Vnde & de magno illo rege Aſſue ſit.
iii. ro legit̄:q; eiꝰ edictū pepēdit in ſuſis.& de Dario piter:q; edictū poſuit. hic nāq;/de quo loqui
Dañ.vi. Rex eſt regū & dn̄s dn̄antiū. ¶Recteq; Cæſar appellat̄: tū ex nois et himologia:qd princeps
mur:uel principatꝰ poſſidēs interpretat̄:tum ex cōparatione:quia illius Auguſti Cæſaris per/
ſonam myſtice gerit:qui in ſumma pace orbi imperans uſq;adeo Romanū auxit imperium:
ut mundi appellaretur dominus.Et hic ſane illeipſe eſt:de quo per multa ante ſæcula uatici/
ꝑs.lxxi. natum erat:orietur in diebus eius iuſticia: & abundantia pacis.qui non ſolum pacem inter ho
ꝑs.lxxi. mines facturus aduenit: uerum inter eos & deū fœdus perpetuū ſuo ſanguine firmaturus.
Pſalmo ¶Hic inſuper ille eſt Auguſtus:qui cum in parua iudæorum ſinagoga prius regnaret: ſicut di
lxvi. citur:notus in Iudæa deus: per legatos/duceſq; ſuos orbem uniuerſum ſuo ſubegit imperio.
ꝑs.lxxi. Ita ut ſicuti Cytaredus uates predixerat:metuant eum omnes fines terre.& alibi:omnes gen/
tes ſeruient ei. ¶Hic deniq; idem ipſe eſt Cæſar Auguſtus:qui ut electorum imperium auge
ret:uirgis/alapis/ſputis/& ad extremū morte turpiſſima cedēdum ſe præbuit. de quo in Apo
Apoc.v calipſi loquit̄:dignus eſt domine aperire librum:& ſoluere ſignacula:quoniam occiſus es: &
Eſa.ix. redemiſti nos in ſanguine tuo &c. ¶Item & hic ille paruulus eſt: de quo per Eſaiam dicitur:
paruulus natus eſt nobis:& factus eſt principatus eius ſuper humerum eius: ideſt ſuper Crucē
quam ſuis portauit humeris. & paulo infra: multiplicabitur imperium eius. & pacis non erit
finis. ¶Huius igitur ſummi optimiq; principis edicto cautum eſt:ut deſcriberetur uniuerſus Textus.
orbis:quo ſcilicet ſubditi eius tributum illi penderent:ipſeq; econtra illos ut proprios ab alie/
nis diſcerneret ciues: ciuiumq; donaret prærogatiuis. Quemadmodum enim/ qui in hoc
cenſuali libro deſcripti non inueniebantur/non erant ad ciuium Romanorum priuilegia re/
cipiēdi:Ita neq; a deo cognitione electionis in cœleſtiū ciuiū numerū recipiūtur:qui in æterno
prædeſtinationis libro non ſunt deſcripti.dicente Apoſtolo:non intrabunt in ſanctam ciuita/
Apoca/ tem niſi qui ſcripti ſunt in libro uitæ agni.& in Daniele legitur: & in tempore illo ſaluabitur
lip.xxi. populus tuus.omnis qui inuētus fuerit in libro.& alius iterum: Vocabitur ſanctus/omnis qui

ſcriptus eſt in uita in hieruſalem. ¶ Sed ne hi quoq; ſe gratis in libro hoc deſcriptos eſſe pu/
tant:tributum quoq; Cæſari ſuo tempore pendere oportet. dicente domino ad Dauid. Cum Dañ. xii
tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum:dabunt ſinguli precium domino. alioqui ex Exo. iiii.
ſola profeſſione/aut libro non inſcriberentur:aut ſi ad tempus deſcripti forent:uelut inutiles ii. Regū
delerentur. Iuxta quod de his per prophetam dicitur. deleantur de libro uiuentium: & cum xxiii.
electis non ſcribantur. & alibi deus ipſe loquens dicebat. qui peccauerit mihi delebo illum de Pſalmo
libro meo. Qui autem deſcribi ſe poſtulant:ſi cenſum non perſoluunt:hi ſunt qui in præſen/ lxviii.
ti Eccleſia inter fideles:immo & in ſacerdotum numerum aſſumpti:nulla opera faciūt digna Exodi
Chriſtiano:nedum ſacerdote. Eoq; modo ore tantū confitenť/ factis autē negāt. & hi quidem xxxiii.
arbori infructuoſæ comparātur:quæ in uinea domini plantata: cum nullum fructum faceret: Ad Ti. i.
exciſa eſt/& in ignem mitti iuſſa. de quibus etiam Saluator ipſe dicebat:populus hic labiis me Mat. iii.
honorat:cor autem eorum longe eſt a me. & iterum:nō omnis qui dicit mihi domine domine: & Lucæ
intrabit in regnum celorrm. ſed qui facit uoluntatem patris mei. ¶ Secundum autem hunc xiii.
ſenſum ad ſolos electos deſcriptio hæc pertinet. Sicut enim ſæpenumero in ſupioribꝰ diximꝰ Mat. vii
perfectionis ſtatum deſcribere:quibuſq; gradibus ad illum perueniatur oſtendere: præſentis
eſt inſtituti. Nam & iuxta litteralē Euangelii noſtri ſenſum/tametſi orbem uniuerſum deſcri
bi Cæſar auguſtus edixiſſet. Ad ſolos tamen imperio Romano ſubditos edictum pertinuiſſe
certo certius eſt. quos orbem uniuerſum iccirco conſtituere dicebant:ꝙ mundi ſe dominū Au

Orbis terræ ad electos tā tum ſæpe re fert.

guſtus appellabat: q̄uis Parthi/Medi/Indi/aliæq; innumeræ nationes: nunq̄ eius paruerint
imperio. Sed ne nomen quidem Romanorū ad earum plæraſq; potuit penetrare. Pari quoq;
modo/ſolos prædeſtinatos uniuerſi orbis appellatione hoc loco debemus accipere. quēadmo
dum & in pſal. cum dicitur:etenim firmabit orbem terræ: qui non commouebitur. Et rurſus: &
enim correxit orbem terræ:qui non cōmouebitur. de hoc etiam orbe loquitur propheta dum Pſalmo
dicit: ſpūs dñi repleuit orbē terrarum. Idq; uel ex eo fit manifeſtius:quod ſtatim Ioſeph cum xcv.
Maria uxore prægnante ad hanc deſcriptionem aſcēdiſſe ſubiungitur:quos electoꝝ Typum Pſalmo
gerere/non eſt ambiguum. ¶ Neq; tamen hæc iuſtorum deſcriptio: uocatioq; ad ſalutem/re xcii.
proborum uocationem excludit ad gehennam. omnes quidem uocati ſunt: pauci uero electi: Sap. i.
quemadmodum in ſagenam multi ſunt cōcluſi piſces:ſed bonos in uaſa ſua piſcator recepit Mat. xx
malos autem foras miſit. & ad regales nuptias tam mali q̄ boni ſunt uocati. ſed qui nuptialem Matth.
ueſtem inuenti ſunt non habere: ligatis pedibus & manibus miſſi ſunt in tenebras exteriores. xiii.
& poſtremo ne per ſimilitudines & enygmata aberremus diutius:Chriſtus ipſe dum ad iudi/ Matth.
cādum orbem uniuerſum uenerit: ſe agnos & hædos/ electos: ſcilicet & reprobos: uocaturū xxii.
prædixit. Verum pro meritorum differentia his præmia/ illis ſupplicia/ retributurum. & hoc Matth.
quoq; modo propheticū illud accipi poteſt:in libro tuo omnes ſcribenť. Neq; enim deſcriptio xxv.
delectuſq; fieri bonorum poteſt: quin et malorum quoq; deſcriptio atq; diſtinctio fiat de hac Pſalmo
autem cōmuni bonorum malorūq; deſcriptione in Apocalypſi legitur: mortui ex his quæ in cxxxviii
libris ſcripta ſunt/ iudicati ſunt ſcd'm opera ſua. ¶ Signanter autem orbem uniuerſum/ non Apo. xx

Textus.

omnes homines deſcribendum dixit Euangeliſta. ut ſcilicet oſtenderet:non hominum dunta
xat noīa eſſe deſcribēda. Sed & cuius quiſq; ſit nationis/prouinciæ/ciuitatis/gentis/familiæq;
exprimi oportere. Quod & ſequentia manifeſte demonſtrant. dum dicitur. aſcendit autem
Ioſeph a Galilea ciuitate Nazareth. eo ꝙ eſſet de domo & familia Dauid. Et hoc quidem ſigni

In extremo iudicio omīa hominū ſe/creta patefi/ent.

ficare nobis poteſt:in illo tremendo iudicio non opera dūtaxat omnium omnino hominū eſſe
manifeſtanda uerum & minuta quæq; etiam quæ intra mentis arcanum concluſa erant/eſſe
deſcutienda/ Iuſtorum quidem ut ampliorem gloriam/& impiorum ut maiorem cōfuſionem
conſequantur. Iuxta quod dicit Apoſtolus:tunc manifeſtabuntur abſcondita cordium. & ob Ad Co/
id de electis dicebat Chriſtus. quicunq; me confeſſus fuerit coram hominibus: & filius homi/ rin. iiii.
nis confitebitur illum coram angelis dei. Hoc quoq; modo intelligendum eſt: quod alio loco Mat. x.
dicitur:tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbentibus. de improbis autem per ꝓphetam di Lu. xiiii
citur:ne reuelet dñs abſcōdita tua. & in medio ſinagogæ elidat te:& alio loco:reuelabiť igno/ Eccli. i.

Oēs creatu/ræ in illo iu/dicio cōteſta buntur ope/ra hominū.

minia tua:& uidebiť opprobriū tuū. & rurſus reuelabo pudenda tua. ¶ Poteſt & aliud uniuer Naū. iii.
ſus orbis ſignificare:ut nō hoīes tm̄:ſed uniuerſas oīno creaturas cōplectať. quæ in electoꝝ cō Sap. xvi
mēdationē & reproboꝝ accuſationē ꝯſurgēt. de iuſtis qdē dicit ſcriptura:uindex orbis iuſtoꝝ. Prouer.
& alio loco diciť: laudēt eū in portis opa eiꝰ. & rurſus: labia multoꝝ enarrabūt ſenſum. de re ultimo.
probis aūt diciť: reuelabūt coeli inīqtatē eiꝰ. & cōſurgēt aduerſus eum. & alibi: reuelabit terra Iob. xx.
ſanguinē ſuū. & rurſum: pugnabit orbis terraꝝ ꝯ inſenſatos. & alio iterū loco diciť: creatura Sapi. v.
tua tibi deſeruiēs excādeſcet i tormētū aduerſus iiuſtos. Quinimo & tp̄s ipm̄ i teſtē uocabiť: & xv.
dicente

Treñ.i. dicente ꝓpheta:uocauit aduerſum me tempus.de hominibus autem tam bonis ꝙ malis ꝗ ad/
Mat.xii. uerſus reprobos inſurrecturi ſint:teſtem habem⁹ Chriſtum/qui ad Iudæos dicebat:ꝗ regina
& Lu.xi auſtri & niniuitæ aduerſus eos ſtarent in iudicio. ¶ Alio item modo uniuerſus orbis ad parti — Singula ex/
culares actionum noſtrarum circunſtantias referri poteſt:quæ ad ſupplicii augumentum/di/ — actiſſime di/
minutionemue conferre quoquo modo poſſunt. Quibus em̄ uera religio magis innotuit:eos — ſcutient' ho
cum eam contempſerint/grauiora manent ſupplicia.propterea remiſſibilius Tyro & Sydoni — minū opera
Lucæ.x. ꝙ Iudæis incredulitatis peccatū fore Saluator ipſe dicebat. & eorum econtra fides maioribus — bona uel ma
aucta præconiis celebrabitur:ad quos legis uel nouæ uel ueteris cognitio tardius peruenit.Sa — la.
Mat.viii maritanū em̄/Cananeam/Centurionēq;/ꝗ extra legem nati atq; educati cito cōſtanterq; cre/
Lu.cxv. didiſſent:Saluatoris ore legimus eſſe laudatos. Temporū,uero loci/& perſonarū/ reliquaſq;
&.xvii. circunſtātias proſequi:ocioſum eſſet.quas ſacri canones/ſanctiq; doctores abunde tradidere.
¶ Scd̄m hunc autem ſenſum uniuerſus orbis totum uitæ noſtræ curſum ſignificabit.nec ab/
ſurde quidem: orbis em̄ circuitus eſt.de quo Iob legitur:cūq; in orbem trāſiuiſſent dies. In cir
Iob.i. cuitu aūt impii ambulant.teſte ꝓpheta. Impius aūt eſt apud deum quēadmodum iam ſæpe di/
Pſal.xi. ximus/omnis homo uiuens. Iuxta quod dicebat Apl'us/ Corinthiis ſcribens: qm̄ epiſtola eſt
ii.ad Co Chriſti miniſtrata a nobis & ſcripta nō atramento: ſed ſpiritu dei uiui/nō in tabulis lapideis:
rin.iii. ſed in tabulis cordis carnalibus. Itaq; anima noſtra liber ipſe eſt.in quo cenſus uniuerſi orbis
deſcribit'.i.omnis actio noſtra bona uel mala.iuxta quem ſane ſenſum:& de iudicio cuiuſlibet
e uita præſenti tranſeuntis deſcriptio hæc uniuerſi orbis intelligi poterit. Et his/quæ in ſupe
rioribus a nobis tacta ſunt cōuenit maxime.tunc em̄ ad perfectionis ſtatum:de quo tractamus
quiſq; proueniet:cum appenſis in ſtatera bonoꝝ & maloꝝ operum ſuorum meritis/diſcuſſio
neq; uitæ corā præſide Syriæ facta/malitiā gratia:& culpam pietas ſuperabit.tunc em̄ Ioſeph
cum Maria uxore prægnante abſcōdēs/ut in cenſualē ſupernoꝝ ciuiū librū referat':cū fiducia
Pſalmo petere poterit: & cum propheta dicere: proba me dn̄e & tenta me. & uide ſi uia iniquitatis in
xxv. me eſt.& rurſum poſteaꝙ diſcuſſio facta fuerit:probaſti cor meum & uiſitaſti nocte. Igne me
pſal.xvi examinaſti:& nō eſt inuēta in me iniqtas:quā ſupple tua nō prorſus aboleuerit gratia. Idq; uel
. ſtatim ſoluta corporis nexibus anima dicere poterit/cum nihil coinquinatū in ea cernet: uel
poſt iuſtā expiationē/cū purgandum aliquid reſoluto corpore reſtabit. Ad ultimū quippe qua
Mat.v. drantē & rōnem reddere:& debita perſoluere:oportere:euangelico admonemur teſtimonio.
Ad hūc aūt ſenſum/quēadmodū & ad ſupiores/ſequētia quoq; uerba cōueniunt oia.hæc igit'
ſingula ꝓſequamur. ¶ Et deſcriptio hæc (inquit) primū facta ē a Præſide Syriæ Cyrino. In — Textus.
quibus ſane uerbis & ꝓuinciæ nomen exprimit':& Præſidis.& utrūq; myſticū/eūq; ꝓfundum
habet ſenſum. Syria equidem prouincia ad huius deſcriptionis initiū & nomine ipſo/ & ſitu — Quomodo
& aliis plæriſq; ex cauſis eſt comodatiſſima. ex noīe quidem primū:quia ſublimis īterpretat'. — intelligit' ꝗ
Siue igit' uniuerſalem/ſiue particularem iuſtoꝝ deſcriptionē intelligere uolumus:in ſublimi — in Syria ini/
cœlorum patria æterno dei graphio/ & tēporali ciuiū ſupernoꝝ recognitione eſt faciēda.Cū — tium deſcri/
Lucæ.x. dicat Saluator:gaudete/quia noīa ueſtra ſcripta ſunt in cœlis.& rurſus in Apocalipſi legitur. — ptionis fue/
Apocal'. de gaudio magno/quo angeli/cæteriq; cœlicolæ in reproboꝝ punitiōe/ & bonoꝝ præmiatio — rit factum.
xviii. & ne exultabūt. Poteſt etiam Syriæ noīe uniuerſalis fideliū Eccleſia ſignificari:quæ ſublimis &
xix. excelſa ex ueteris/nouæq; legis teſtimonio eſſe cōprobat'. Ait em̄ ꝓpheta:fundamenta eius in
Pſalmo montibus ſanctis. & de illo etiam dicit Saluator:non pōt ciuitas abſcondi ſupra montē poſita.
lxxiii. Cuius ut paulopoſt dicemus/præſes eſt Chriſtus. ¶ Ex ſitu autē ꝓ oportuna iccirco dici pōt
Syria:ꝗ circa mediū habitabilis terræ ſita eſſe dicit'. In ea aūt eſt paleſtina ꝓuincia:cui⁹ Iudæa
portio eſt haud contēnenda. Hanc em̄ electo Hebreoꝝ a ſe populo deus habitandā dedit. Ei⁹
Pſalmo uero metropolis eſt hieroſolyma in qua redēptionis humanæ myſteria impleta ſunt fere oia
lxxiii. ꝓpter quod ꝑ ꝓphetā dicit':ꝗ deus opatus eſt ſalutē in medio terræ. Itē & in eaſpa terra Iudea
in ualle ſcilicet/ꝙ Ioſaphat appellat'/iudicaturū credimus in humana ſpecie/maieſtateq; diui
na Chriſtū uiuos & mortuos: quæ erit perfecta extremaq; uniuerſi orbis deſcriptio. Iuxta qd̄
Oſee.iii in Oſea legitur:congregabo oēs gentes & deducā eas in uallem Ioſaphat:& diſceptabo cū eis
ꝙuis nō hanc uallē: aut Iudæā ꝓuinciā/uel paleſtinā/cuius eſt portio:ſed Syriā/ꝙ illam & alias
plæraſq; ꝓuincias ꝯtinet/exꝑmere Lucas uoluerit:ut oſtēderet:nō Iudæoꝝ/ ꝗ ex circūciſione
ſaluādi ſunt/deſcriptionē in libro uitæ faciēdā eſſe:ſed eoꝝ quoq;/ꝗ ex gētib⁹ credidere ꝯrū eo
maiorē nūerū fore demōſtrat: ꝗ Syria lati⁹ mlto patet ꝙ Iudæa. ¶ Quin ſub uno ꝓſide utrāq;
regi Iudeāq; uti ptē/mēbrūq; ſub Syriæ noīe ꝯphēdi/hoc nobis exꝑmere uidet':unā eſſe Eccle
ſiā ꝙ ex Iudæis/gētilibuſq; cōſtat. In hācq; ueterē ſinagogā ſic eē ꝯuerſam: ut ne nomē quidē
māſerit: ſed excellētiori ſublimioriq; ceſſerit:& ab uno eodē ꝓſide.ſ. Xp̄o/utrāq; regi atq; ſuo

nomine nuncupari. Quod & ipſe Chriſtus uiuens his uerbis prædixerat: & alias oues habeo: q̃ Ioan.x.
non ſunt ex hoc ouili. ſed eas oportet me adducere: & fiet unum ouile/ & unus paſtor. ¶ Hoc
igit̃ modo intelligẽdo talis erit euãgelicæ litteræ ſenſus: deſcriptionẽ iuſtoꝝ in extremo atq;
uniuerſali iuditio a Chriſto in ſublimi/ excelſoq; throno ſedentes primũ eſſe faciendã. non he
breorum tm̃: eorũq; qui ex circũciſiõe fideles extiterũt/ ſed & gentiliũ atq; penitus omnium:
quos fides/ pietas/ & religio deo cõiungens ad ſummũ dignitatis gradũ ſublimauit. Vel quos
deus ipſe ante reprobos ſuſcitans/ & ab his ſegregans trahet in ſublime. & hoc quippe eſt qđ Ad theſ
Apoſtolus ad Theſſal. ſcribens dicebat: & mortui/ qui in Chriſto ſunt/ reſurgẽt primi. deinde ſal.iiii.
nos qui uiuimus: qui reſidui ſum⁹/ rapiemur cũ dño in aera. Ecce ergo queadmodũ deſcriptio
primũ fit a Cyrino. i. Chriſto/ in Syria. i. in ſublimi loco/ ubi electi oẽs quos tam ex iudæis: q̃
ex gentib⁹ ab æterno deus prædeſtinauit/ cõueniẽt. Et eoꝝ prius noĩa in uitæ æternæ libro de
ſcripta recognoſcentur. Deinde uero reliquoꝝ/ qui. ſ. in uniuerſo orbe mũdano. i. in concupi
ſcentiis & affectibus humanis ſuis lege uitam trãſegerũt/ ad perpetuũ interitũ recenſebũtur.
dum illis horrenda uoce iudex tum implacabilis intonabit: Ite maledicti in ignẽ æternũ. neq; Mat.vi.
an tẽporis/ an intellect⁹/ uel rationis ordinem prioritas hæc uel poſterioritas indicet/ attinet
inquirere. Quocunq; eñ intelligat̃ modo: Idẽq; erit utrobiq; ſenſus. ¶ Poſſemus quoq; de
ſcriptionem primũ in Syria factã ea rõne dicere: ꝙ prima Chriſti ſuſcepit fidẽ: in imenſumq;
tum ex Iudæis: tum ex gẽtibus per Apoſtoloꝝ prædicationẽ breui admodũ tẽpore auctus eſt
credẽtiũ numerus. Primũq; apđ Anthiochiã Syriæ urbẽ Chriſtianoꝝ nomẽ frequẽtari cœpit.
qua etiã in urbe primam Cathedram Apoſtolorum princeps Petrus erexit: quemadmodum Act.xi.
Textus. ex actibus Apoſtolorũ/ cæteriſq; eccleſiaſticis hiſtoriis hæc omnia proſpicere licet. ¶ Qua
Cyrin⁹ quid. lemcunq; autem ex ſupradictis ſequamur ſenſum: bene ac congrue a Cyrino Siriæ præſide
primum factam deſcriptionem hanc Lucas refert. Cyrinus quippe hæres interpretatur. Hic Mat.xxi
igit̃ ille eſt hæres patris ſempiternus. de quo in Euãgelio dicit̃: hic eſt hæres uenite occidam⁹
eum. & de quo Apoſtolus dicit: quem conſtituit hæredem uniuerſorum per quem fecit & ſæcu ad He.i.
la. Is enim conſubſtantialis patri filius. eodẽq; filiationis iure nõ ſucceſſione: ſed cõmunicatio
ne ſubſtantiæ/ naturæq; unitate/ hæres eſt coætern⁹. Omnia quippe a patre ſibi tradita filius Lucæ.x.
ipſe teſtatur. qui tẽporali inſuper generatione ꝑ incarnationẽ fili⁹ effect⁹/ nõ cœleſtis dũtaxat
regni: uerũ etiã terreni hæres eſt cõſtitutus. cũ ei dictũ eſt a patre: poſtula a me & dabo tibi gen Pſal.ii.
tes hereditatẽ tuam. & poſſeſſionẽ tuã terminos terræ. ¶ Electoꝝ aũt deſcriptionẽ filius hic
Prædeſtina/ idẽq; hæres æterni patris uolũtate & decreto. in ſyria/ hoc eſt in ſublimi cœlorum patria per
tio attribuit̃ æternam prædeſtinationẽ primũ. i. ante mundi conſtitutionem: Apoſtolo teſte fecit. quæ ſane ad Eph.
filio. prædeſtinatio: iccirco filio tribuit̃: quia ipſe eſt pr̃is ſapiẽtia. & in eo/ qui & principiũ dicit̃/ crea i.
uit deus cœlum & terrã: cæteraq; fecit oĩa. dicente ꝓpheta: oĩa in ſapiẽtia feciſti. Sed præcipue Gene.i.
prædeſtinatio illi aſcribit̃: qui eſt uía/ ueritas/ & uita/ oſtium/ & paſtor. deniq; qui omnibus ſuis Pſal.ciii
uitã tribuit æternã. ꝓpterea Saluator ipſe dicebat: ego uos elegi de mundo. & alibi: ſcio quos Ioan.i.
elegerim. ¶ Quiuis & ad tẽporalẽ electionẽ uerba hæc alio ſenſu referant̃. & ad noſtrum ap &.xiiii.
prime applicari poſſunt. Apoſtolos equidẽ tẽporali electione diuina ſapientia uocauit. cũ illis Lucæ.vi
dixit. uenite poſt me. & Petro: ſequere me. Martyres uero/ cum ad martyrii palmã patientia/ Ioã.vi.
fortitudineq; roborãs trahebat. & deniq; quotiẽs in ſupernoꝝ ciuiũ numerũ aliquẽ recipit: illũ xiii.xv.
uocare deſcribereq; cõgrue dicit̃. ¶ Perfecta aũt atq; omni ex parte cõſumata fiet deſcriptio: Mat.iiii.
cũ uniuerſum ſimul obrem iudicaturus ueniet. Tũc eñ uelut prudẽs imꝑator poſt inſignẽ ui Ioan.i.
ctoriã/ uniuerſum recẽſebit exercitũ. & his/ qui ꝓ ſe ſtrenueq; pugnauerint/ nõ modo emerita
ſtipendia perſoluet: uerum etiã ꝓ uniuſcuiuſq; merito maxima premia cũ perpetua dignitate
largiet̃. Ignauos aũt & deſertores/ infamia pœnaq; mulctabit æterna. Hic ẽ eñ ille exercituũ Eſaie
dñs. de quo per ꝓphetã dicit̃: Et erit in die illa uiſitabit dñs ſuper militiã in excelſo. & ſup oẽs xxiiii.
reges terræ: qui ſunt ſup terrã. Vita quippe hoĩs (ut alibi legit̃) militia eſt. ¶ Sed neq; ab hoc Iob.vii.
ſenſu abhorrere putamus ſi deſcriptionẽ a Chriſto primũ factã tũc dicam⁹: cũ a morte reſur/
gens primogenitus mortuoꝝ fact⁹. multoꝝ quoq; ſctõꝝ/ qui dormierãt/ corpora ſuſcitauit.
& cũ ex inferni clauſtris/ ſctõs patriarchas/ cæteroſq; (qui redimẽdi erãt) extrahens/ in cœlum
triũphãs ſecũ perduxit: iuxta ꝓphetæ uerbũ inquiẽtis: aſcẽdẽs in altũ captiuã duxit captiuitatẽ.
¶ Per hũc inſup præſidẽ Syriæ Cyrinũ/ magnũ illũ Michaelẽ archãgelũ intelligere poſſum⁹:
qui electoꝝ ꝓpugnator a deo cõſtitut⁹/ ſicut in Daniele legit̃: dracone cũ angelis ſuis inſigni Dañ.xii
pugna ſuperauit. In illo nãq; extremo atq; uniuerſali iuditio/ in mortuoꝝ ſuſcitatione/ & in Apo.xii
electoꝝ reproborũq; ſeꝑatione/ angeloꝝ miniſterio uſurũ ſe iudex ipſe ꝓdixit: & qui ſingulis Mat.xiii
præpoſiti ſunt prouinciis: circa ſuos prouinciales/ ut credibile eſt/ uerſabunt̃: ſicut in Danielis Dañ.x.
uiſione

uiſione figuratum eſſe legimus. ¶ Idq; propemodum nobis imminere uidetur: quod in textu
ſequitur: ET IBANT omnes ut profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem. Omnes ſiquidem Textus.
uocatos dicit: ſed ſingulos ad proprias ciuitates euntes oſtendit: quaſi in ciuitatibus primũ no/
mina daturi conuenirent: ut ex ſingularum ciuitatum deſcriptione/ prouincialis liber cuncte/
rum ciuium noia continens per urbium magiſtratus/ prouinciæ præſidi/ & demum per præſi/
dem Cæſari redderet. Qua in re duo in hac deſcriptione actus ex ordine tradunt/ uniuerſalis
ſ. per edictũ uocatio/ quæ ad ſummũ ptinet imperatorem: & (quæ illi pſidi cõmittit) uocatio/
nis ſeu edicti executio. In qua ſane deſcribendorum ordo triplex cõſpicitur: puincialis. ſ. cũ di De triplici
cit: Et hæc deſcriptio primũ facta eſt a pſide Syriæ Cyrino Ciuilis ſeu urbana cũ dicit: Et ibãt locatione.
oẽs ut pfiterent ſinguli in ſuam ciuitatem. & (quæ ſtatim ſubſequit) ſingularis cũ dicit: Aſcen
dit aũt Ioſeph &c. Totidem enim angelorum miniſteria circa nos uerſari: ſacris oſtẽdi litteris Angeli tripli
põt. Nam de puincialibus/ qui ſingulis pſunt puinciis/ ſatis in ſcdo hui⁹ opis tractatu a nobis citer præſũt
dictum eſt: pariter & de ſingularibus qui ad ſingulorũ hoium cuſtodiã ſunt deſtinati. De ciui/ hominibus.
Apoc. i. libus aũt/ qui ſingulis pſunt ciuitatib⁹ uel eccleſiis/ pari quoq; rõne poſſemus affirmare. & in
ii. & iii. Apocalipſi Ioãnis aptiſſime cõprobare. De qbus etiã illud intelligi põt: qd Sapia dicit: In una/
Ec. xviii quaq; gente poſuiſſe deũ rectores. ¶ Quæ igit de uniuerſali iudicio/ uel pticolari decedentis
cuiuſq; hucuſq; dicta ſunt: eo ptinẽt: ut uerũ pfectionis ſtatum hi demũ ſe conſequi cũ gloria
ſperent: qui in pſiti uita cõſtituti illum toto conatu pmereri contendũt/ illiuſq; tremendi iudi/
cii rigorem aio uerſantes ſic uiuunt/ ut ante tribunal illud æterni iudicis ſtare ſe aſſidue arbi/
trent. ¶ Sed ad paſſumptũ a nobis ſenſum aliud a pdictis myſterium hæc euãgelicæ hiſtoriæ
uerba myſtica interpraetatiõe poſſunt exprimere: qd ad eũ (de quo tractam⁹) pfectiõis in uiato Quattuor
re ſtatum: ſupioreb⁹ uidet accõmodatius: ut ſ. qttuor hoium ad æternã ſalutẽ uocationes oſten hoium uo/
dat. Quarũ pma generalis eſt atq; uniuerſalis ex parte uocãtis: q edictũ uniuerſale propoſuit: cationes ad
ut orbis uniuerſus in libro. ſ. uitæ deſcriberet. Deus enim pmitiua ſeu antecedẽte uolũtate (ut uitam.
i. ad thi theologorũ utar uerbis) oẽs hoies ad æternã ſalutẽ creauit: oẽſq; ſaluos fieri (ſi nõ per eos ſtet):
mo. ii. cap. ii. nec delectat in pditione hois: mortem ue deſiderat pctõris/ ſed magis ut conuertat & ui
Sap. i. uat. Et hæc ſane prima eſt uocatio: quia uniuerſum orbẽ deſcribi Cæſar edixit. ¶ Scd'a uero
Ezechi. eſt ſpãlis: qua genus quoddã hoium præ cæteris uocaſſe/ atq; elegiſſe uidetur: ueluti iudeorum
xviii. ante Meſſiæ aduentũ. de qua in pſal. dr: Elegit dñs tribũ Iuda & alibi: Elegit dñs Syon in habi
Pſalmo tationẽ ſibi: & hæc illa eſt uinea electa/ quã apud Hyere. plãtaſſe ſe teſtat dñs. & apud Eſaiã le
lxxvii. git: Vinea dñi domus Iſrael eſt. Poſt Chriſti uero aduentũ uinea electa eſt Chriſtianorũ Eccle
Pſalmo ſia de qua p Aplm dr. Vos aũt genus electũ regale ſacerdotiũ/ populus acqſitionis. & de utraq;
cxxxi. locut⁹ eſt Chriſt⁹ in parabola/ qua patrẽfamilias operarios diuerſis tpibus in uineã ſuã mittentẽ
Hyer. ii uocantemq; introduxit. ¶ Hæc aũt ſcd'a uocatio act⁹ quoq; dei eſt prior/ & efficacior magiſq;
Eſai. v. pticularis: q facta eſt pmũ a pſide Syriæ Cyrino i. ab æterno herede diuinæ gloriæ p cõicatio/
i. Pet. ii. nẽ ſubſtãtiæ ante oia ſæcula: & p uerbũ ſuo tpe incarnatũ ſicut in pcedẽtib⁹ expoſuimus. Qui
Mat. xx eñ hebreis legẽ in mõte dedit: ille idẽ ipſe p ſeſe poſtea cõſumauit, & adimpleuit. Filius eñ cũ
Mat. v. uerbũ ſit pſis: qd aliud intelligere poſſumus: cũ ſcriptura dicit: Locut⁹ eſt dñs ad Moyſem: q p
Ioan. i. in uerbo i. in filio ſeu per filiũ/ q uerbũ eſt & ſapia pſis/ mẽtẽ uolũtatẽq; ſuã manifeſtauit qñ/
Io. xiiii. qdẽ de ſeipſo fili⁹ dixerit: Verba/ q ego loquor uobis/ a meipſo nõ loquor. A pſe igit. i. a pmo
pncipio p uerbũ. i. p filiũ ſibi coæternũ/ cõſubſtãtialẽ/ atq; p oia coæqualẽ/ utrãq; uocationem
factã fideliũ ambigit nemo: ſed diuerſo admodũ ordine. Primã qdẽ p diuinã dũtaxat reuelatio
nẽ. Scd'am uero p uerbũ ipm æternũ: humana carne ueſtitũ/ ex duabuſq; naturis perfecte atq;
inſepabiliter cõſtãs. Is aũt nouã familiã gentẽq; (reprobata ob eius nefandiſſima ſcelera pore)
Matth. ſibi cõparauit: & uineã ſuã porib⁹ eiectis ac pditis: nouis locauit agricolis/ q fructũ reddent in tpe
xxi. ſuo Hi qdẽ ſunt de qb⁹ in pſal. dr: Nõ fecit taliter oi nationi/ & iudicia ſua nõ manifeſtauit eis.
Mar. xii Vel pma uniuerſalis pſi ſeu toti ſimul trinitati icciroo tribuit: qa in omne pariter hoium gen⁹
Pſalmo naturæ & cõis grãæ cõtulit bñficia. Ipſe eñ oẽs oĩno ad ſuã imaginẽ creauit hoies: æternæq; ſa/
cxlvii. lutis capaces fecit: & oibus/ quæ ſub orbe lunæ creauerat/ reb⁹ ppoſuit: eoq; pacto ad ſui ipſius
timorẽ/ cultũ/ reuerẽtiãq; uocauit & inuitauit: mãdata quoq; naturalis legis oium mẽtib⁹ inſe/
ruit: pter ea q p ſeruos ſuos dedit. Itẽ flagellis frequẽtib⁹ malos reuocare curauit. Oib⁹ aũt imo
(ut pdixim⁹) ſingulis angelos dedit cuſtodes q & bona ſuadeãt/ & diſſuadeãt mala: neq; inſpi/
rare mẽtibus noſtris ceſſat: ea quæ (ſi ſequamur) nos ad ſuã trahũt grãm: quas ſane uocatiões
cõpendio quodã Sapia expſſit: dũ dicit: Vocaui & renuiſti: extẽdi manũ meã: & non fuit q aſpi/
puer. i. ceret: & deſpexiſtis omne cõſilium meũ: & increpationes meas neglexiſtis. Secunda uero uoca
tio filio. ſ. Chriſto icciroo aſcribit: qa ut morti primorũ parẽtum culpa addictũ genus humanũ

redimeret: mortẽ ipſe ignominioſam ſubire uoluit: nobiſq; ad ſalutẽ plurima cõtulit remedia.
¶ Tertia uocatio ꝑdeſtinatoꝝ eſt: ac ab æterno in uitæ libro deſcriptoꝝ: q̃ ſ credẽtib⁹ certiorẽ:
& ꝑticularis dici põt. Ad cuius ſane efficatiã ex uocatorum parte & uoluntas/ & actio eſt neceſ
ſaria. Neq; enim ex ꝓuincia Syriæ/ id eſt ſynagoga primũ: & Eccleſia poſterius: oẽs ſunt deſcri
pti: ſed hi demũ/ qui ad ſuas ciuitates ueniẽtes magiſtratibus Cæſaris nomina ſua deſcribẽda
dederunt. Hi porro ſunt: qui uitæ innocẽtia/ puritateq;/ necnõ pietate/ religione/ & fide/ inuicẽ
cõuenientes ſanctã ciuitatẽ recte conſtituunt de qbus dicit: Et credẽtium erat cor unũ: & anima Act. iiii.
una. & per Apl'm: Vnũ corpus & unus ſpũs/ unus deus una fides/ unũ baptiſma. & in pſalmo: Adeph. iiii.
Qui habitare facit unius moris in domo. Et hæc illa eſt uocatio: de qua per Apoſtolũ dicitur:
Oramus autem pro uobis ut dignetur uos uocare uocatione ſua deus. & alibi. Quos uocauit ꝑs. lxvii.
hos & iuſtificauit. ¶ Quarta autem ſingularis appellari poteſt: qua ad maiorẽ gloriam ſpecia ii. Ad
li quadam honoris & gratiæ prærogatiua nõnullos præelegit: quẽadmodũ illum qui de ſeipſo theſa. i.
ſcribit: Dñs ex utero uocauit me & eum item qui dicit: Cum aũt placuit ei/ qui uocauit me per Ad Ro.
grãm ſuam & deniq; apoſtolos oẽs & martyres/ ac confeſſores pleroſq;/ quos ueluti lumina/ viii.
ria coruſcantia in firmamẽto Eccleſiæ ſuæ ad cæterorũ lucẽ poſuit. Et hi porro ꝑfectioris gra/
tiæ munere inſignes per Ioſeph qui cum Maria uxore prægnante in Bethleem aſcendit/ nobis
exprimunt. & hæc pariter uocatio ex uocatoꝝ parte/ actũ priore multo excellẽtiorẽ/ ꝑfectio/
remq; requirit. De priorib⁹ ſiquidẽ dicit Euangeliſta: Et ibãt oẽs ut ꝓfiterent ſinguli in ſuam
ciuitatẽ. De his aũt dicitur: Aſcendit autẽ Ioſeph Etenim aſcendere maioris meriti actum ex/
primit: q̃ ſimpliciter ire: & contemplatiuas denotat actiones: ſicuti cũ de aſcẽſu Mariæ in mon/
tana loqueremur: in tertio tractatu ꝑcedentis capitis oſtendimus: ſed & præter id cætera uerba
quæ in tex. noſtro ſubſequunt ſingularis uirtutis/ ꝑfectioniſq; ſignificationẽ (ut ꝓxime oſten
dimus) cõtinẽt maximã. ¶ Hæ igitur duæ ad uocationem diuinã ex uocatoꝝ parte acceſſiões
ſic diſtingui poſſunt: ut ad mãdatoꝝ obſeruantiã prior: & ad cõſilioꝝ/ eorũq; (quib⁹ perfectior
ſtatus acquiritur) poſterior ſit referenda: ſicq; fit ex ſupradictis oibus: ut ad dei cognitionẽ uni
uerſum oino. humanum genus naturali quadã uirtute/ & potentia diuina nihilominus gr̃a ad/
iuta deducat & trahatur: dicente Sapientia: Magnitudine ſpẽi & creaturæ poterit creator hoꝝ Sap. xiii
cognoſcibiliter uideri. & Apl's ad Romanos ſcribẽs: eos qui deum omnino nõ credũt/ inexcu/ Ad ro. i.
ſabiles fore plurimis efficaciſſimiſq; rõnib⁹ argumẽtiſq; oſtẽdit: & uniuerſa theologorũ ſcho
la amplioribus uerbis ꝓſequitur. Eademq; ui naturæ: hoĩs bene inſtituti animũ/ maiorẽ huius
ſummi boni/ quod per ſe neq; cognoſcere: neq; appetere ſufficienter põt/ cognitionem de ſide
rare: tum ex aliis multis tum ex Prophetæ uerbis oſtenditur: inquientis: Cõcupiuit aĩa mea de Pſalmo
ſiderare iuſtificationes tuas. Ad Chriſti autem cognitionem religionemq;/ & ſecretiora fidei cxviii.
noſtræ myſteria/ ſpeciali quadam reuelatione per inſpirationem interiorem/ aut doctrinam
exteriorem opus eſſe ex ipſa ſacra ſcriptura liquet manifeſte: dicente Chriſto: q nemo nouit Mat. xi.
patrem niſi filius: & cui ipſe filius uoluerit reuelare: & Apoſtolus dicit: Nobis autem reuelauit i ad co/
deus per ſpiritum & de ea quæ fit per alterius doctrinam dicit alius Apoſtolus: Quomodo tin. ii.
autem credent ſine prædicante. Quæ quidem reuelatio tametſi a diuina gratia bonitateq;/ Ad ro. x
abſq; ulla controuerſia proueniat dicente Saluatore Petro eius diuinitatem cõfitenti: Beatus Matth.
es Simon bariona quia caro & ſanguis non reuelauit tibi ſed pater meus qui eſt in cælis Para/ xvi.
ta eſt tamen Apoſtolo teſte his qui tota mente ueritatem inquirũt reuelari. Id autem his/ qui i. Pet. i.
diuinarum ſcripturarum cognitionẽ habere poſſunt: innoteſcere põt ex earũ diligẽti ꝑſcruta/
tione. Propter qđ Chriſt⁹ ipſe dicebat: Scrutamini ſcripturas/ qa illæ ſunt quæ teſtimoniũ phi
bent de me Ideo eñ non niſi ab ipſo deo intellect⁹ nobis det: humano ingenio cõſequi nemo
poſſit: illum nobis ab eo dari quanta poſſumus inſtantia poſtulare debemus: & cum ꝓpheta di/
cere: Da mihi intellectum & ſcrutabor legem tuam. Idcirco alibi dicit Propheta: Os meũ ape
rui & attraxi ſpiritum: quaſi os aperuiſſe non ſatis eſſet. Quibus uero ſcripturæ ſunt incogni
tæ: ſed ad ueritatis indagationem/ quantum humani ingenii uis patitur/ mens eſt intenta: cum
propria uirtute id ſe appræhẽdere nequire cognoſcat: ab eo ipſo quem intelligere deſiderãt/
ſapientiam poſtulare debent. Talibus enim multis ſe deus manifeſtauit modis: nonnunq̃ per
particulares reuelationes: plerunq; autem per mirabilia opera quæ in ueteris teſtamenti tabu/
lis abunde ſunt conſcripta: & per Chriſti conuerſationem/ doctrinam & miracula in nouo cõ
ſummata: ita ut neminem excuſare ex toto poſſit ignorãtia ¶ Ad horum autem diuinorum in
nos beneficiorũ cognitionẽ/ fruitionemq; ꝑ fidẽ & charitatẽ oẽs oĩno ꝑdeſtinati: ſed excellẽti⁹
ꝑfectiuſq; nõnulli ꝑelecti ſunt uocati. Nã & Chriſt⁹ ipſe turbas oẽs uocauit & docuit: & ex ea
diuerſarum gentium colluuie/ qui eius doctrinã audierunt/ multi ſunt ſaluati. Particulariter
autem

Aſcendere maioris ẽ meriti: q̃ ſimpliciter ire.

Quõ fides ſine inſpiratione ſpũali hẽri nõ põt: & an ignorãtia excuſari quiſq; poſſit.

autem ad aliorum doctrinam:ſalutēq; duodecim ab eo Apoſtoli ſunt electi.&præter hos/duo
et ſeptuaginta diſcipuli: inter quos iterum Petrum/Iacobum/& Ioannem ſpeciali quadam/
atq; excellētiori gratia ſublimauit. Quippe quibus diuinæ maieſtatis ſuæ gloriam in monte
Matth. Thabor oſtendit:quoſq; appetente ſuæ paſſionis hora ſeorſum a cæteris oraturus aſſumpſit.
xvii. eorūq; uni matrem:alii ſponſam ſcilicet Eccleſiam cōmendauit.& alium ante cæteros glorio/
Io.xix. ſo coronauit martyrio. & hi nimirum illi ſunt:quos ad Galathas ſcribens Paulus columnas
&.xxi. Eccleſiæ nominauit. Et triplex hic electorū gradus.Ille quidem ipſe ex Euangelio eſt notiſſi
Act.xii. mus. ¶Sed & in Eccleſia hac militante eundem ordinem pa rēq; modum quotidie uidemus
Ad Ga/ uocationis.Chriſtianam quippe religionē uerbo/exterioribuſq; actibus plurimis profitemur
lath.ii. omnes:q̄uis eam opere negent plurimi.Ex hoc autem Chriſtianoꝝ grege nonnulli etiam in
ſortem domini ſunt electi:utpote qui ſacris ordinib⁹/Eccleſiaſticæq; hierarchiæ ſcd̄m uarios
ritus initiati ſunt & aſcripti.Et ne hi quidem omnes in ſua uocatione perſiſtunt: ſed reſpicien
tes retro ſe plærīq; regno dei reddunt indignos.Ex toto autem hoc fidelium numero aliqui/
& hi quidem prohdolor perpauci/in diuinis mādatis ad finem uſq; perſeuerantes:ſeſeq; pro
humana fragilitate exercentes/ad brauium ſalutis perueniunt. quos ſoli deo ab æterno: cœ/
leſtibus autem ciuibus tum cum in patriam peruenerint:nobis uero cōiectura duntaxat:cogni
tos prædiximus.E quibus quidem maioris perfectionis/amplioriſq; gratiæ munere a deo præ
cæteris illuſtratos/quoſdā ut ſanctos/diuinoſq; colim⁹ & ueneramur. ¶Harū autem uocatio/
nū figuræ afferri poſſent plurimæ.Sed his quas modo attulim⁹/uix ullæ certiores accōmoda/
tioreſq;:ex ſacris autem litteris teſtimonia citare cumplura haud dificile foret. Sed ne in re
manifeſta non neceſſaria quæramus adminicula:hæc quæ ꝓxime adduxim⁹/ uiſa ſunt ad ue/
ritatem aſtruendam eſſe ſatis.ex quibus/ qui ad perfectionis ſemitam ſe appropinquare arbi/
trantur: quattuor hæc quibus eam contingere datur/beneficia ab ipſo beatitudinis largitore
recognoſcere admonemur.pro hiſq; ſe illi obnoxios & ingratos ꝓfunda humilitate profiteri.
Quo facto Ieſum confeſtim Maria pariet. ideſt ſalutis effectum/& gratiæ plenitudinem fide
lis anima conſequetur.Primum quidem ꝙ rōnalem creaturam/& æternæ beatitudinis capa/
cem eos deus fecerit.Secundo ꝙ inter Chriſtianos/& ſub uera dei lege: non inter idolatras/
Maumethicos/ cæteroſq; infideles nati ſunt & educati.Tertio ꝙ ad eccleſiaſticos ordines:aut
epiſcopalē dignitatē/uel approbatam religionem aliquam inſpirante deo ſint uocati:aut alio
quoquo modo ab humanarum cupiditatum tentationibus erepti in pœnitentium uel proficiē
tiū/ aut etiam perfectorum ordine uitam agunt innocentem. Quarto/& hoc eſt omniū ma/
ximum/ꝙ inter hos in dei laudē: uel alioꝝ ædificationem a uulgo ſegregati profundioris do
ctrinæ/aut efficatioris inſpirationis: alteriuſue peculiaris gratiæ prærogatiua ſint ſublimati:
& ad uerā q̄tum humana capit imbecillitas dei/ ſuiq; ipſius cognitionē cœleſti lumine ſic per
ducti:ut præter diuina cogitent/tractent/curentq; nihil.Hoc ſiquidem eſt Ioſeph cum Maria
uxore prægnante ex Nazareth ciuitate Galileæ/in Bethleem ciuitatem Iudæ aſcendere:quod Textus.
in hiſtoria Euangelica ſubſequitur.explanandūq; reſtat. ¶In his igitur uerbis quattuor ex
ordine expreſſa uidemus:locum ſcilicet inferiorem qui relinquitur:ſuperiorem ad quem aſcē Quo ordine
ditur:aſcenſionis cauſam finalem.& poſtremo:itineris comitem. In quib⁹ ſingulis ſi accurate proficiēs ad
penſiculata fuerint: profundiſſimos ſenſus latere non eſt ambigendum.Quis enim tanti my perfectionis
ſterii enarratione/quod eſt omniū ſacramentorum/quæ in cœlo/aut in terra a mundi creatio gradum aſcē
ne facta ſunt/maximū:nō in explicabiles latere ſenſus credat.Quos utinā uel ad corticē attin dat.
gere imbecillitas nr̄a queat.¶Aſcendit igit̄ Ioſeph:ideſt ꝓficiens & ad perfectionem tendens
uiator/ Ioſeph nāq; augumentum interpretatur.Cum igitur in uiatore ſpiritualis gratiæ do/ Textus.
na per conſtantem in diuinis mandatis perſeuerantiam adaugentur: uere Ioſeph aſcende/
ii.Ad co re dicitur.De quibus dicit Apoſtolus:ut in omnibus ſemper omnem ſufficientiam habentes
rint. ix. abundetis in omne opus bonū.& paulo infra:qui autem adminiſtrat ſemē ſementi & multipli
cabit ſemen ueſtrum/& augebit incrementa frugum iuſticiæ ueſtræ. & quod amplioris eſt &
meriti & uirtutis/eorum doctrina & exemplo electoꝝ adaugetur idētidem numerus. ſicut in
Actu.ii. actibus Apoſtolorum legitur/ꝙ ipſis Apoſtolis in oratione perſeuerantibus/& gratiam apud
omnem plebem doctrinæ puritate/& ſignorum frequentia comparantibus dn̄s augebat/ qui
ſalui fierent.Atq; ut ad ſublimem locum aſcendat: inferiorem quē inhabitat neceſſe eſt ut de
ſerat.Aſcendit igitur non a ciuitate modo/& domo ſua: ſed & a prouincia uniuerſa: quod &
ſpiritusſanctus per ꝓphetam his uerbis admonet faciendum:obliuiſcere(inquit)populū tuū/
Ps. xliiii ecce patria/ & domus patris tui/ecce domus & familia. & apertius in figura nobis monſtratū
Geñ.ii. eſt per id quod ad Abraam dixiſſe dn̄s legitur:egredere(inquit)de terra tua/& de cognatione

tua/& de domo patris tui. ¶ Quæ autem ſit prouincia/& quæ ciuitas/quam deſerit uideamus.
Prouincia eſt Galilea. Nazareth ciuitas. Galilea autem uolubilis aut rota interpretatur. & hic
ſiquidem eſt mũdus atq; orbis terrenarũ miſeriarum: qui nunq̃ in eodem ſtatu permanet: ſed Pſalmo
perpetua reuolutione agitat᷑. de hac rota in Pſal. dicitur: domine deus pone illos ut rotã. Vel lxxvii.
etiam cogitationes impiorum & fatuorum qui in terrenis rebus uerſantur. de quibus in Sapiẽ
tia legitur: præcordia fatui quaſi rota carri/& quaſi axis uerſatilis cogitatus illius. Ab hui⁹ igi
tur mundi operationibus: ſenſibuſq; & cogitationibus abſcedere eũ oportet: qui in Bethleẽ ci Sapien.
uitatem Dauid cupit aſcendere. Propterea & Apoſtoli ut Hieroſolymam cum Chriſto aſcen/ xxxiii.
derent: relictis omnibus ſecuti ſunt eum. ¶ Sed nec mundum relinquere ſat eſt: q̃tum ad ope
ra exterioreſq; cogitationes: niſi & nazareth/quæ flos aut uirgultum interpretatur penitus de Lucæ.v.
feramus. flos quidem colorem habet & odorem. quorum utrũq;/& ſi nullus ſequatur fructus
humanos tamen delectat ſenſus: uiſum ſcilicet & odoratum. Qui ergo mundum deſerunt:
utpote qui ad religionem aut ſacerdotium aſcendunt: tametſi humanas dignitates/ delicias/
cæteraſq; mundi huius illecebras/ a ſe abdicent: ſi tamen odorem earum retinent: Illarumq;
Quomodo uiſu/& recordatione delectentur: nõ poſſunt ad ciuitatem Dauid aſcendere. Horum enim (ut
a pfectis ter dixi) obliuiſci oportet penitus. Ita ut nec uiſu/nec auditu/nec odoratu/quib⁹ remotiora quoq;
rena ſunt re ſentimus ea retineamus: quæ guſtu relinquimus & tactu. Iccirco Iob ille patientiſſimus dice/
linquenda. bat: ſpiritus dei in naribus meis: ne ſcilicet terrena ſentiam: & eorum delecter odoramento.
Iuxta quod etiam per ꝓphetam dicitur: quieſcite ab homine: cui⁹ ſpiritus in naribus eius eſt: Io.xxvii
quia excelſus reputatus eſt. de uiſu quoq; rogabat Pſalmiſta: ut auerterentur oculi eius ne ui/ Eſa.ii.
derent uanitatẽ. Ab hoc autem morali documento aberrant noſtra tempeſtate plurimi: qui Pſalmo
Contra reli/ religionis aut pfectioris etiã ſtat⁹ ſimulacrum præ ſe ferentes/& mundum contemnere uerbis cxviii.
gioſos hypo habitu/geſtuq; ſimulantes/temporalia nihilominus ſub religionis ſpecie tractare uolunt de
critas. quibus in Euangelio legitur: q̄ ueniunt in ueſtimentis ouium intrinſecus autem ſunt lupi ra/
paces. ¶ Poteſt & alio ſenſu Nazareth mundanas uoluptates/ & humanam exprimere fragi
litatem: qui in plæriſq; ſcripturæ locis flori comparatur. homo enim (inquit Iob) natus de mu
liere/breui uiuens tempore: repletur multis miſeriis. qui quaſi flos egreditur: & conteritur: & Iob. xiii
fugit uelut umbra. & alibi legitur. omnis caro fenum/& omnis gloria eius quaſi flos feni. Ga/ Eſa.xl.
lileam igitur & Nazareth relinquere nihil aliud eſt: q̃ fortunæ/quam uolubilem appellant/&
naturæ ſimul bona propter deum contemnere/abnegareq;. propterea Saluator ipſe dicebat:
qui uult uenire poſt me abneget ſemetipſum: quaſi abnegare ſua non ſatis eſſet. ¶ Sed iam Lucæ.ix
Textus. quo aſcenderit hic Ioſeph: uideamus. Aſcendit inquit in iudeam ciuitatem Dauid: quæ uocat᷑
Bethleem. In quibus quoq; uerbis tria exprimuntur. prouincia/ciuitas/& ciuitatis illuſtrator.
Prouincia quippe iudæa eſt/quæ confeſſio ſeu glorificatio interpretatur. ſiue igitur æternam
Hieruſalem/cœleſtem ſcilicet patriam/accipere uolumus ad eum perfectionis ſtatum pertine
bit: quem poſt huius uitæ curſum beati conſequũtur poſt particulare ſcilicet iudicium: ſtatim
in anima dũtaxat: & poſt uniuerſale in hominis perfecta ſpecie. ubi Chriſtus quotide in menti
bus beatorum per gratiæ cõmunicationem naſcitur. Sin uero de beatitudinis/quam uiator cõ
ſequi poteſt/ ſtatu intelligere uolumus. Iudæa contemplationis locum nobis repreſentat. In Pſalmo
quo/qui habitant/deum ore ſimul & corde confitentur & glorificant. & ad religionem oppor lxxxiii.
tune refertur/aut ſacerdotiũ: qui ſunt perfectionis acquirendæ/ uel acquiſitæ ſtatus per ſe cer Pſalmo
tiſſimi: ſi non profeſſionem uita/aut pernicioſa mens cõmaculet. de hac autem in Pſal. dicit᷑: lxvii.
beati qui habitãt in domo tua domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te. & alibi: qui habita Pſalmo
re facit unius moris in domo. Et hæc eſt Iudæa de qua ſcribit᷑: facta eſt in Iudæa ſanctificatio cxiii.
eius. tametſi receſſus omnes mentis ad deum/qui per contemplationem fiunt/Iudæam quoq; ꝑs.lxxv
dicere poſſumus. de qua in Pſal. legitur: notus in iudæa deus. uel pro Iudæa Eccleſiam/ quæ Ioel.iii.
iuſtorum congregatio eſt/accipere poſſumus: de qua per prophetam dicitur: & Iudæa in æter/ Pſalmo
num habitabitur. bonorum quippe ſocietas & cohabitatio ad ædificationem noſtram maxime cxxxii.
De multipli confert. dicente propheta: ecce q̃ bonum & q̃ iocundum habitare fratres in unum. ¶ Sed ad Mat. iiii
ci pane. Iudeam aſcendere non ſufficit niſi & Bethleem/quæ domus panis interpretat᷑/ ingrediamur. Eſa.xxx
Hæc eſt enim domus/in qua panis ad alimentum datur abunde: ſiue panem doctrinæ intelli/ Eccliaſti
gere uolumus/de quo in Euangelio/non ex ſolo pane uiuit homo. & alibi: dabit tibi dominus ci.xxix.
panẽ arctũ. & Sapiẽs: initium uitæ hominis panis & aqua/ſiue panẽ pœnitentiæ: de quo ſcri/ pſ.xlviii
bit᷑: fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. & alibi: ſurgite poſtq̃ ſederitis: qui mãduca ꝑ.cxxvi.
tis panẽ doloris: ſiue panẽ ꝯſolatõis atq; ꝯfortatõis: de quo dicit᷑: nec deficiet panis ei⁹. uel etiã Eſa.li.
panẽ illũ cœleſtem: qui eſt Chriſtus: quẽadmodum ipſe de ſeipſo teſtis eſt. dum dicit: ego ſum Io.vi.
panis

panis uiuus qui de coelo deſcendit. ¶ Hos igitur omnes panes bethleem hæc tribuit:quib⁹ ad
ſuſtentationem & ſalutem indiget uiator. ad quos ſane conſequendos aſcendere debet ſpiri/
tu in Iudæam/& Bethleem toto conatu petere. Quæ ſcilicet ciuitas Dauid:ideſt Chriſti nun/
Pſalmo cupatur. Hic enim eſt ille Dauid:de quo cum in plæriſq; ſcripturæ locis/tum uero in Pſal. di/
cxxxi. citur:memento domine Dauid:& omnis manſuetudinis eius. Hæc quoq; illa eſt ciuitas. de qua
Pſalmo in Pſal. dicitur:ciuitas regis magni/ſiue Eccleſiam dicimus: ſiue animam timoratam. de qua
xlvii. etiam dicit̃: fluminis impetus lætificat ciuitatem dei. ¶ Sed cur ad hanc ciuitatem hic Ioſeph
Pſalmo aſcendat. tex. noſter oſtēdit. eo (inquit) q̃ eſſet de domo & familia Dauid. qui ſcilicet manu for Textus.
xlv. tis interpretatur. & propterea quemadmodum in præcedentibus tractatibus ſæpe dictum eſt:
hunc qui perfectionis gradum attingere geſtit/fortem/cōſtantemq; eſſe/ac permanere opor Perſeueran/
tet. Alioqui in hac ciuitate ubi panis eſt ſapientiæ/uitæ/& gloriæ/non recipietur:quia non co tia opus eſt
ii. ad thi ronabitur:niſi qui legitime certauerit. nec qui incœperit tm̃:ſed qui pſeuerauerit uſq; in finē proficienti.
ſi uoluiſſet: æque facere potuiſſet. Verũ id ea rõne fecit: ut oſtenderet in excelſo loco diuinita/
tis ſuæ gloriã excellentiori modo beatis eſſe manifeſtandã: & illos pro cuiuſq; merito ꝓpiores:
ſibi/ aut remotiores fore: paternumq; teſtimonium ubiq; ſibi affuturum. Quod quidem in

cæleſti patria nõ alio fieri modo credimꝰ:q̃ ꝙ illius humanitatẽ diuinitatis ſuæ radiis præ cæ/
teris oĩbus illuſtrat illuſtrabitq;.Nã & duodecim ap̃los cũ ad iudicãdum uenerit:ſibi aſtituros/ Mat.xix
ipſemet Chriſtus ꝓdixit uiuẽs: cæteris in inferiore aeris regione iudicii finem expectantibus.
¶ Deſcriptionẽ ergo localẽ hos beatitudinis gradus habere fateamur neceſſe eſt/ ut thronum
diuinũ excelſiore cõſtituamꝰ loco:ad qđ tota hæc noſtra tendit digreſſio. qđ & eccleſia militãs
imitari cupiens:inter ſacerdotes ſuos hũc ſeruat ordinẽ:ut pro dignitatis mõ ipſi eccleſiæ ui/
cario capiti/ſinguli ꝓpius/remotiuſue aſſideãt.Quod enim in cælo deus qui oĩum merita no
uit/ pro meritoꝝ menſura/graduq;/infalibili iudicio:hoc eccleſia ꝑ dignitatis ꝑrogatiua fa/
cit:cũ merita nequeat certo librare iudicio. ¶ Hæc aũt oĩa cũ humanã trãſcendãt capacitatẽ/
& nr̃am ꝓſertim imbecilitatem:eaq; ſanctiſſimi doctiſſimiq; uiri reliquerint ĩdiſcuſſa : abſit ut
paruitas atq; ignorãtia nr̃a diffinire ꝓſumat.Sed quæ nr̃æ ꝑmiſit deus occurrere ſpeculatiõi:fi
deliter/cõſidẽterq; ꝓferimꝰ/nõ diuino tñ/ſed & ſacro ſanctæ eccleſiæ/doctiorũq; quorumuis
iudicio/deciſioniq; ſubiicientes. ¶ Sed dũ diuinæ eſſentiæ ſublimia ĩq̃rimꝰ:lõge ab inſtituto
digreſſi ſumus.De angeloꝝ ſane in cælũ reditu loq cœperamus:ad eum itaq; redeamꝰ. Scđm
duos igit̃ ſenſus hãc euãgelii particulam diſcuſſimꝰ:lr̃alem/ſcilicet quẽ mõ abſoluimꝰ : & mo
ralem/ iuxta quẽ Angelus hic ꝑlatos ecclĩæ nobis repñtat . Tertius ſupeſt/ſcđm quẽ Angelus
diuinã reuelationẽ ſeu inſpirationẽ nobis exꝑmit:quæ tũ a nobis diſcedit:cũ iam ſuum in ea re
opata eſt effectũ:ſicuti in Mariæ ãnũciatione oſtendimꝰ:nec aliud occurrit adiiciendũ:ſed ſolũ
ex his/quæ ſequunt̃/inſpiciendũ relinquit̃:num Angelus hic quocũq; in ſenſu accipiamꝰ:pfe
cte officio apud paſtores iſtos functus fuerit:ita ut cõfectum negociũ diuinæ maieſtati in cæle
Textus. ſti throno referre potuerit. ¶ Factũ eſt(inq̃t Euãgeliſta) ut diſceſſerũt ab eis angeli in cælũ:
paſtores loquebant̃ adinuicem/& quæ ſequunt̃. Ex ipſa ſiquidẽ paſtorum collocutione/quãtꝰ
fuerit ex angeloꝝ reuelatione in eos deuotionis feruor accenſus: liquet manifeſtiſſime. Ex eo
in primis:ꝙ ſtatim & nulla ĩteriecta mora cœperũt de myſterio illis denũciato habere ſermo/
nem.Ex eo itẽ:ꝙ abſq; ulla diſceptatione atq; titubatione ſtatim de itinere/ad diuinũ uerbũ ui
dendũ/arripiẽndo egerũt:nec an eũdũ eſſet:inter ſe tractarũt. Ex eo tertio ꝙ ubi cõcordi uoto
eundũ ſtatim diffiniere:nõ lento paſſu iere:ſed feſtinãtes. Quarto ex eo ꝙ ea/ q̃ uiderãt/cæte/
ris nũciauere:cũ dicit:Et oẽs/q audierãt mirati ſunt:de his quæ dicta ſunt a paſtoribꝰ ad ipſos.
Quinto ex eo ꝙ ĩpleto officio:uiſo ſcilicet Saluatore:ad greges ſuos paſcẽdos/ cuſtodiẽdoſq;
rediere. Et ex eo poſtremo:ꝙ redeũtes laudes & gloriã dñ̃o reddidere. ¶ Ecce quãta eſt uniꝰ
inſpiratiõis diuinæ uis/atq; efficacia. Fidem etenim ꝑmũ tribuit:dehinc inueſtigãdæ ſalutis ſtu
diũ:poſtea ſolertiã & feruorem ſupaddit. deinde ad ꝓximos charitatem:& ꝓdicãdi officiũ exci
tat. Subſequẽter ad iniuncti officii implemẽtũ accẽdit : & poſtremo ad diuinas laudes mẽtem/
linguãq; inſtruit:q ſunt ſex ꝑfectionis gradus/ꝑ quos poſt ſeptiformẽ ſancti ſpũs gr̃am ſuſce
ptã ad ꝑfectiõis ſtatũ ꝑ gr̃am ipſam in uia/& per gloriã aſcendimꝰ in ꝑr̃ia:quos alio loco ſupra
enumerauimꝰ atq; diſcuſſimus. Et q̃uis multa in hãc ſñiam hoc loco ſupaddenda occurrerent:
opis tñ iam ꝑſpicua ſupra inſtitutũ quoq; noſtrum ꝓhibet ꝓlixitas : ſatiſq; erit ſingulas huius
partis clauſulas ad ſuperiorũ rationem atq; ordinem redigere. ¶ Illud tamẽ ante omnia no/
tandum uidet̃/ꝙ oĩa/quæ a paſtoribꝰ iſtis facta ſunt/cum feſtinatione:& abſq; dilatione facta
ſcribũtur. Vt enim angeli ab his diſceſſerunt:cõfeſtim loqui de ea re/quã audierant cœperũt:
illicoq; eundũ cõſenſerunt:& deinde feſtinãtes ierunt. Videntes deinceps puerũ ſtatim cogno
uerunt . De reditu autẽ ad greges ſuos::& de diuulgatione miraculi : uiſioniſq;:tametſi nullũ
Bona opera in euãgelico textu inſtãtaneum uocabulum ſit expreſſum : ex actuũ tamẽ ꝓximitate facile eſt
cũ celeritate iudicare celeritatẽ. Nã & eorũ/qui audierũt/admirationẽ: & Mariæ ſimul in corde ſuo cõtem/
prõptitudie plationẽ/eodẽ cõtextu ſubſequutã ipſa Euãgelii uerba indicare uidẽtur. Quod eſt ad oĩa/quæ
q; ſunt faciẽ ex bonorũ gr̃e eſſe cõſtat faciẽda/ſaluberrimũ documẽtũ:ut ſcilicet abſq; ulla dilatiõe fiãt:&
da. cum inſpirat deus cogitationẽ ſanctã : ſtatim illã recipiamꝰ. Cũ uero mentẽ iam ad illã exequẽ
dam cõfirmauerimus:ſine mora inchoemꝰ:& abſq; interruptione/aut ſupuacua dilatione/ꝑfi
ciamus:illaq; ꝑfecta de alio bono opere repẽte cogitemus. Et ꝓinde ſic bonas opationes cõiun
gamus:ut ſe inuicem cõſequãtur. Neu diuinæ gratiæ mẽtis prõptitudo/aut uoluntati corpalis Eccle.v.
deſit ſolertia. Quod in Sapiẽtia his uerbis docet ſpũs ſanctus:nõ tardes cõuerti ad dominum: Ecclĩa/
& ne differas de die in diẽ.& alibi:Si quid uoueris deo/ne moreris reddere. & Apoſtolus:Feſti ſtes.v.
nemꝰ ergo ĩgredi in illã requiẽ:ſup quẽ locũ multa de hac feſtinatione a ſacris doctoribꝰ ſunt Ad he/
Accõmoda/ collecta. Figuræ aũt & exẽpla ſũt frequẽtiſſima. Sed illud qđ in Geneſi de patriarcha Abraam bre.iiii.
tiſſima figu/ legitur/eſt accommodatiſſimũ. Cũ enim illos tres angelos uidiſſet in cõualle ambræ: cucurrit Geneſis
ra. in occurſum eorũ. Cũq; illis refectionem paraturus eſſet:feſtinauit in tabernaculũ ad Sarram: xviii.

& ubi eam inuenit:iuſſit ut acceleraret ſubcinericios panes conficere/& coquere/dehinc ad ar
mentum cucurrit:ut uitulum afferret/allatumq; dedit puero ut coqueret:qui feſtinauit & co/
xit illum:omnibuſq; paratis tulit butirum & lac & uitulũ:& poſuit ante Angelos:quo in my/
ſterio/ſex quemadmodum & in iſto exprimuntur feſtinationes:quæ cum his cõferri facillime
poſſunt.Sicut enim iſti audita Angelorum euangelizatione cõfeſtim crediderunt:ita & ille ui
ſis angelis fide plenus ad eos cucurrit:illoſq; adorauit. Item & iſti poſt diſceſſum angelorũ/il
lico inuicem colloquẽtes non tam quid facere oporteret:q̄ ut cito fieret:cõuenerunt. Ille ab an
gelis diſcedens/ad uxorem in tabernaculum feſtinãs uenit/ & quod fieri uellet:ut citiſſime fie
ret:imperauit:illaq; ad eius præſcriptum eſt executa. Item illi uenerunt ad præſepe domini fe
ſtinantes:illa ad armentorum præſepia cucurrit. Item iſti uidentes cognouerunt de uerbo ꝙ
illis ab angelo nunciatum erat:iſte uitulum puero coquendum tradidit:puerq; cũ feſtinatione
coquendum curauit/quod eſt in fide confirmari/& apertius cognoſcere. Non enim prius cibꝰ
Exo.xii. comedendus eſt/ꝑſertim carnium/q̄ ſit coctus.dicente domino:Non comedetis ex eo crudum
quid/ideſt non bene in mente ueſtra per ignem charitatis: & flãmam fidei cognitũ & digeſtũ.
Item iſti audita & cognita cæteris retulerunt:ille coctum cibũ a puero & uxore/tulit aliis pro/
ferendum:quo quid eſt aliud:q̄ uerbum dei aliis proponere & denunciare:qui ſane panis eſt ui
Eſa.iii. tæ:& cibus ſalutis.de quo in Eſaia legitur:In domo mea non eſt panis.& in pſal.Panis cor ho/
ꝑs.ciii. minis confirmet.& Apoſtolus:perfectorum eſt cibus ſolidus. Item hi ad greges ſuos / quos in
paſcuis reliquerant / redierunt . Ille ad angelos / quos dimiſerat eſt reuerſus . Nec certe mi/
rum:ſi hæc ita ſe habeant:ut alterum myſterium alteri correſpondeat:quãdo & ibi angeli pue
ri inſpirati conceptum/atq; originẽ/& perpetuum genus denũciatum uenerint. Ex quo etiã
meſſias erat naſciturus:quem Angelus hic natum eſſe manifeſtauit.& in utroq; teſtamẽto / in
fide & charitatis operibus accelerandum/& ſolertia ardẽtiq; ſpũ agendum: ex his fit manife/
ſtũ. A patre enim genitũ/ex cuius ſemine ſalus humana ꝓdire debebat/iã iã iſta fieri cœpiſſe:
ex prædictis liquet. Ab his uero paſtoribus initio ortæ ſalutis repertia fuiſſe/hoc loco legimꝰ:
dum aũt Euangelium a Chriſto prædicari cœptum eſt:& deinceps quoad mortales uiã ſalutis
docuit:exemplis plurimis hæc ſunt cõprobata. Extat enim in primis exemplum de Andrea &
Petro/cæteriſq; apoſtolis/qui ad primam uocantis Saluatoris uocem/relictis omnibus/ illico
eum ſunt ſequuti. Petrus quoq; & Ioannes audita ex mulieribus Chriſti reſurrectione/ſtatim
curſu ad monumẽtum contenderunt:ſed & ipſe Chriſtus uocatũ a ſe Ioannẽ increpuit: ꝙ ꝓius
q̄ ſequeretur : patrem ſepelire ſe uelle reſpondet: eum inſepulto patre ſequi ſe iuſſit. Virgi/
nes inſuꝑ prudẽtes/eo ꝙ uocante ſpõſo intẽpeſta etiam nocte cum lampadibus/quas ad hoc
ipſum paratas habebant/ſtatim ſurrexerũt/illũq; ſunt ſequutæ:an nuptias eſſe receptas oſtẽ/
dit. non igitur lento gradu/aut tardiore/remiſſioreq; inceſſu/ſed celeri curſu/brauium iſtud
uitæ æternæ comprehendere poſſe quiſq̄ confidat:quod ne currentes quidem omnes compre
hendere ualent:ſed qui cæteris curſu præuenerit.ille Apoſtolo teſte comprehẽdit: Iccirco di/
cit Propheta:Sine iniquitate cucurri/ & direxi. Cum enim uiam noſtram multi explorent inſi
ꝑs.lviii. diatores:præſertim dæmon/de quo ſcriptum eſt:Inſiadit quaſi Leo in ſpelunca: currendũ eſt
ꝑs.ix. ut eius inſidias præueniamus. Iuxta quod in Sapientia legitur:Et currens non habebis offen/
Prouer. diculum.& icciirco dicebat Propheta:Viam mandatorum tuorum cucurri. ¶ Ad euangelicã
iiii. igitur hiſtoriam redeamus. Paſtores(inquit) loquebantur ad inuicem. Ex hoc primum mora/ Textus.
Pſalmo le nobis datur præceptum:ut qui einſdem ſunt uocationis:ſimulq; gratiam diuinam ſuſcepe/
cxviii. runt:inuicem conferant/& communicent : quemadmodum Paulus apoſtolus ſe feciſſe teſta/
tur:cum Hieroſolimam poſt baptiſmum & prædicationem aſcendiſſet. Aſcendi(inquit)ſecũ/
dum reuelationem:& contuli cum illis/ſcilicet apoſtolis euangelium quod prædico gentibꝰ.
Hoc & in uiſitatione Mariæ a nobis eſt aliis teſtimoniis/exempliſq; cõprobatum. ¶ Quales
autem hi fuerint ſermones ex ſequentibus liquet. Tranſeamus(inquit) uſq; in Bethlẽe: & ui
Act.xii. deamus &c. Non enim(ut prædiximus)in queſtionem aut dubitationem angelica monita uer Textus.
Mar.vi. terunt.dicentes: Vera ne ſunt:quæ audiuimus:an ſomnia:ſicut Petrus in carcere:qui exiſtima
Matth. bat ſe uiſum uidere.& alibi:apoſtoli dominum uidentes/putabant fantaſma eſſe.& de aliis: q
xxviii. eum poſt reſurrectionem uiderant/diciturq; quidam dubitauerunt. Hoc plæbi:hebreorũ im/
Deut.i. putabat Moyſes:ꝙ poſt tanta dei ſigna/uerba/& prodigia credere noluiſſent.& Chriſtꝰ ipſe
Mar.x/ duobꝰ diſcipulis in Emaus proficiſcentibus. O ſtulti(inquit)& tardi corde ad credendũ in om/
vi.&Lu nibus quæ loquuti ſunt ꝓphetæ. Iſti ergo paſtores fide pleni confeſtim eundũ ad locum/quem
cæ.xx/ angelus demõſtrauerat/cẽſuerunt. nõ quidẽ:ut uiderent an uera eſſent:quæ audierãt:nõ enim
iiii. dixerunt/uideamꝰ ſi hoc uerbũ factũ eſt/ſed nullatenus de ueritate oraculi titubantes/ad rem

certã accedebãt. Videam⁹ (inqt) hoc uerbũ qđ factũ eſt: & paulopoſt: qđ dñs oſtẽdit nobis. q̃ſi
iam oſtenſum crediderint: qđ uerbo tñ erat nũciatũ. ¶ Quinimo nõ tñ puerũ natũ: ſed uer
bũ a deo factũ crediderũt: cũ tamẽ id aptis uerbis angelus nõ expreſſiſſet. Dixerat enim dũta/
xat: Nat⁹ eſt nobis Saluator: q eſt Chriſtus dñs. Iſti aũt dicũt: Videam⁹ hoc uerbũ: qđ factũ eſt:
quod fecit dñs/ & oſtẽdit nobis. & licet ſermo iſte ab aliqb⁹ ſic interpretet᷑: ut ſit ſenſus. Videa
mus hoc uerbũ/ ideſt hoc qđ uerbo angeli nobis eſt oſtẽſum: ex aliis ſcripturæ locis teſtimõia
Textus. afferẽtes: in qb⁹ pro uerbo id/ qđ uerbũ ſonat/ accipit᷑. ali⁹ tñ ſenſus/ quẽ uerba ſuapte natura
exp̃mũt/ ẽ accõmodatior. Ex trib⁹ eñi cõiectari poſſum⁹: paſtores de uerbo diuino ſenſiſſe. Pri
mo qdẽ ex uocabuli uirtute. Facile eñi erat Euãgeliſtæ dicere: Videam⁹ hũc puerũ uel ſaluato
rẽ natũ. Scđo ex eo qđ dicunt: qđ fecit dñs. quæ ſane uerba nõ apte ad Angelicũ ſermonẽ refer
ri poſſunt. Ad hũc eñi pertinet/ qđ ſubiũgit: & oſtẽdit nobis. aliud quippe eſt feciſſe deũ: aliud
oſtẽdiſſe. Fateamur igit᷑ hos paſtores de uerbo æterno ſenſiſſe: & erit ſenſus: uideam⁹ hoc uer
bum: ſcilicet æternũ: qđ factũ eſt. ſ. caro: ſicut dicit Ioãnes: Verbũ caro factũ eſt & apl̃us: Factũ Io.i.
de muliere: factũ ſub lege: & hoc ad filiũ tñ ptinet: q ſolus carnẽ aſſumpſit: qđ fecit dominus/ Ad gal.
ideſt tota trinitas: quæ in uerbi incarnatiõe eſt coopata. & oſtendit nobis/ ſcilicet paſtorib⁹ p an iiii.
gelicã reuelationem: uel nobis/ ſcilicet mortalib⁹ p ſuã in carne natiuitatem: quã oſtenſionem
in pſona ſctõrũ patrũ accelerari poſtulabat his uerbis Dauid ppheta: Oſtẽde nobis dñe miſeri
cordiã tuã. & alio loco: Oſtẽde faciẽ tuã & ſalui erim⁹. Oſtẽſum ergo mũdo ex quo natũ crede/ Pſalmo
Queſtio ad litteram. bant/ pfitebãtur. Nec quenq̃ moneat: q paſtores iſti uiri ſane ſimplices: & (ut credibile eſt) in/ lxxxiiii.
docti & ignari: atq̃ ingenio rudes/ confeſtim de hac uerbi incarnatione id crediderint: qđ apl̃i Pſalmo
poſt multa miracula/ & ipſius incarnati uerbi atteſtatiões plurimas/ uix intellexerũt: cum pſer lxxix.
tim nõ tã apte angelus ipſe diuini myſterii nuncius rem aperuiſſet. Si enim Eliſabeth/ cui nul
lus apparuerat angelus/ uiſa ſtatim Maria illã dei matrem & agnouit/ & exclamauit: & quæ ab
archãgelo illi dicta erãt/ in ea pficienda eſſe confirmauit: q̃to hoc creditu facilius eſt: ut iſti & ſi
paſtores/ uiri tñ/ nõ mulieres: nato iã domino/ nedũ cõcepto/ angelica uoce pmoniti/ luceq̃ di/
uina circũfulſi: & angeloꝶ canora iubilatione confirmati/ illud de uerbo hoc ſenſerint: qđ ex
ipſius angeli uerbis/ quẽadmodũ in illoꝶ expoſitione docuim⁹/ dep̃hendere non ſolum facile
erat: ſed pene neceſſariũ. ¶ Atq̃ eo magis claram hui⁹ myſterii notitiã illos habere par fuit:
Moraliter. quo paſtorũ ecclie typũ pfigurabant. quos utpote alioꝶ doctores & eruditores/ plenã ſacroꝶ
ecclie: eorũq̃/ q̃ ad fidem & religionem ptinent/ notitiã habere oportet: ut in primo hui⁹ Euã/
gelii capite a nobis eſt oſtẽſum. Et ob id illis primũ tã apta huius natiuitatis facta eſt reuelatio/
quã licet nõ tã nudis uerbis illis angelus manifeſtaſſet: ex quo tñ uerboꝶ ſenſum ex lucis diui
næ/ q̃ eos dũ uerba audirẽt/ circũfulſit plane pſpexerãt) aptiorib⁹ uerbis illos inuicẽ loq dece/
bat: q̃ ad eos angelus eſſet loquut⁹. Nã nec bethleem ipſe noiauerat: ſed ciuitatem Dauid dixe
rat. Ex quo ſane ſenſu illud nobis oſtẽdit᷑: tãtam eſſe ſinceræ fidei uirtutem: ut ea/ q̃ per reuela
tionẽ/ aut ſcripturarũ lectionẽ/ uel alterius doctrinã/ accipim⁹/ multo q̃ accepimus: nobis fiãt
aptiora: atq̃ notiora. Plãtationem enim & irrigationẽ doctoꝶ in cordib⁹ fideliũ adauget dñs,
dicente Apoſtolo: Ego plãtaui: Apolo rigauit: dñs aũt incrementũ dedit. Idq̃ ex ipſo Paulo fit i. ad cor.
manifeſtiſſimũ: q a domino hoc ſolũ audierat: Ego ſum Ieſus quẽ tu pſequeris. & nihilomin⁹ iii.
ſtatim poſt baptiſmũ Chriſti fidẽ cæteris apl̃is efficati⁹/ aptiuſq̃ pdicauit: quã pri⁹ nõ mõ igno Act. ix.
rabat: uerũetiã toto impugnabat conatu. Et iſtud eſt qđ Saluatorẽ ipſum iudeis cõteſtatũ fuiſſe
Ioãnes auctor eſt. Ait enim: Qui credit in me/ ſicut ſcriptura dicit: Flumina de uẽtre ei⁹ fluẽt. Io. vii.
aquæ uiuæ. Hoc aũt (inquit) dicit de ſpũ quẽ accepturi erãt credentes in eũ. & in pſal. dr̃: Emit/ Pſalmo
tet uerbũ ſuum: & liquefaciet ea: flabit ſpũs eius: & fluent aquæ. ¶ Aliud quoq̃ documentum cxlvii.
morale ex his dat᷑: debere. ſ. eos/ q ex ſcriptura/ uel aliena doctrina/ aliqd ad religionẽ ptineus
auxerunt/ planiorib⁹ atq̃ uſitatioribuſq̃ uerbis: q̃ accepint (ſi fieri põt) cæteris explicare. qđ &
Chriſtũ dominũ in humanis ageret: & poſt reſurrectionẽ ſuã apud diſcipulos: & ipſos diſcipu
los apud alios feciſſe: ex noui teſtamẽti libris eſt manifeſtiſſimũ. Ipſe enim ueteris teſtamẽti &
pphetaꝝ ſcripturas diſcipulis interptaba᷑. Illi uero/ q̃ obſcurius ab eo tradita uidebant᷑/ ſim/
plicib⁹ & aptiſſimis uerbis enucleabãt: idq̃ in oĩ ſcia & diſciplina eſt pſpectiſſimum/ ut a qbus Lucæ
pma uniuſcuiuſq̃ tradita ſunt rudimẽta: illaq̃ ad artẽ eſt redacta: illorum dictamina obſcurio/ xxiiii.
ra ſint: q̃ q a uulgarib⁹ intelligi queãt. Et ob id alioꝶ in ea ipſa arte peritoꝶ cõmẽtariis idigẽt:
q pſcoꝶ uerba/ mentẽq̃ aptiorib⁹ interpretẽtur uerbis: ſed in ſacris potiſſimũ myſteriis & di/
ſciplinis tanto altiorem/ atq̃ latentiorẽ ſenſum eſſe cõuenit: q̃to maiora atq̃ ſublimiora conti
nent ſacramenta. Propterea oĩa ferme/ quæ uerbo/ aut exemplo in ueteri teſtamẽto ſunt tra/ Ad gal.
dita/ per allegoriã dicta ſunt: ut Paulus teſtis eſt: ita ut litteralem ſenſum elicere non ſit ſatis: iiii.

niſi &

Io.v. niſi & ſpiritualē perſcrutemur. dicēte dño: Scrutamini ſcripturas. & Propheta: Ego aūt in to
Pſalmo to corde meo ſcrutabor mādata tua. & alio loco dicebat Apl's: Littera occidit: ſpūs autē/ideſt
cxviii. ſpūalis ſenſus a ſpū ſctō puenieñs/uiuificat. Nā & Chriſtꝰ ipſe/ut Matthеꝰ teſtat/ſæpe in para/
ii. ad co bolis/aut obſcuris uerbis loqbat. imo/ut Marcus aſſerit/ſine parabolis nihil loqbat. quo & di
rin.iii. ſciplinæ cæleſtis ſtudioſos attentiores redderet: & ſegnibꝰ atq; ueritati aduerſantibꝰ cæleſtem
Matth. theſaurū nō pdigeret. Propterea dicebat Apl's: Myſteriū qđ abſcōditū fuit a ſclis & gñatiōibꝰ:
xiii. nunc autem manifeſtatum eſt ſanctis eius: qbus uoluit deus notas facere diuitias ſacri huius Quare ſa/
Mar. iiii Sed & aliis ex cauſis latere ſub uerborū cortice ſpūalē ſenſum deus uoluit: q̄s in enucleatione. cra ſcriptu/
Ad col. locoꝝ pdictorum ſacri Euangelii cōmentatores abunde tradidere. Alius inſuper loquēdi mo ra continet
i. dus deo cōuenit/alius angelis: & hoibus alius. Itē & peritis atq; eruditis alius: q̄ impitis & indo metaphoras
i. ad cor. ctis/qđ intelligēs Apl's: aliis lac/ideſt uerba doctrinæ ſimplicia: aliis ſolidum cibū/ideſt ſecre/ & eſt obſcu/
iii. & ad tiora myſteria: pro pſonarum capacitate miniſtrabat. & alibi dicit: Sapientiā loqmur inter pfe ra.
hebre. v ctos. Item & prout in eodē myſterio diuerſa ſunt conſiderāda: ita aliis terminis eſt utendum.
i. ad cor. Quāobrem dum humano more: & ſcđm humanā naturā loquitur Chriſtꝰ: humilia loquitur.
iiii. Cum uero ad diuina tranſcendit: ſe dei filium dicit: & alta pnūciat. Itē prout uarie illi tribuun
tur uirtutes & opationes: diuerſis in ſacra ſcriptura appellatur noibus. Aliqñ enim Leo pꝑter
fortitudinem: nonunq̄ ouis pꝑter māſuetudinē: interdum paſtor pꝑter ſollicitudinē: plerunq;
petra/ſeu lapis pꝑter firmitatem/ac ſoliditatē: nunc fons pꝑter doctrinæ & grẽ exuberantiā:
& cætera id genus plurima. Item aliquando filiꝰ Dauid/uel Abraam/ p repromiſſionē. aliquā Chriſtus di/
do filius Mariæ per naturā: aliquādo filius dei per coæternitatē. Propterea qđ hic dixit Ange/ uerſis noibꝰ
lus: Natus eſt uobis hodie ſaluator Chriſtꝰ dominꝰ: diuinitatē ſimul cum humanitate expſſit: noiat: & q̄re.
& eius inſuper/qđ denunciabat/myſterii finalē cām. & id ſane Angelo dei ipſius nuncio cōue
niebat: uerbaq; ſunt accōmodatiſſima. Saluatoris enim (ut pdiximꝰ) nomē præ cæteris dei filio
ps.cix. incarnato cōuenit. Chriſti uero regi & ſacerdoti: domini aūt ſoli deo. Ipſe enim ſolus eſt ſacer
i. ad thi. dos ſummꝰ/de quo ſcriptum eſt: Tu es ſacerdos in æternū. Itē & rex regū/& dominꝰ dominā/
vi. tium. Nā & de ſeipſo dicit: Ego dominꝰ & hoc nomē meū. Paſtores aūt dicūt: Videamꝰ hoc uer
Eſa. xlii bum qđ factum eſt: qđ fecit dominꝰ: ubi de diuinitate tm̄ & incarnationis/natiuitatiſq; myſte/ Textus.
rio/nō etiā de ſacerdotio/regno & ſaluationis officio fit mentio: qa huius incarnatiōis/atq; na
tiuitatis myſterii ſacēm illos tunc apte cognouiſſe atq; intellexiſſe ſatis erat. Reliq̄ uero Chri
ſtus ipſe poſtmodū erat manifeſtaturus. ¶ Angelus inſuper ciuitatem Dauid dicit: ut ex ſtir/
pe Dauid (ſicut prædiximus) hūc puerum deſcendiſſe faciliꝰ crederent. Item ut fortem & hu/
milem illius exēplo futurū intelligerent. Paſtores uero Bethleem ſuo noīe uocant: q̄ domꝰ pa
nis interpretatur: qa ad illā tranſire uolebant: in qua panē uitæ æternæ inuenire ſperabāt: atq;
ps.xliiii ita ex uocabulorū aut ſententiarū uariatione/ſenſus quoq; ſacræ ſcripturæ uariat. Propterea
de hac dicitur: q̄ aſtitit a dextris dei circūdata uarietate. ¶ Sed neq; illud eſt pꝑtermittendū:
q̄ dum angelus ſignum agnoſcendi puerū paſtoribus dediſſet: de ipſo atq; eius ſtatu ex loci &
amictus q̄litate loquutus eſt. Cum uero paſtores ad locum puenerunt non ſolū infantem pā/ Textus.
nis inuolutū uerum etiā cū eo Mariā & Ioſeph inueniſſe illos Euangeliſta teſtatur. Qui enim
clara uiſione uerbum dei ſcđm utrāq; naturā uidebat Angelus: quiq; illum euāgelizabat/qui
Eſaiæ ſalutis humanæ paleſtram ingreſſus erat ſolus/ſicut ſcriptū eſt: Torcular calcaui ſolus. nihil
lxvi. præterea paſtoribꝰ nunciauit: qui uero diuina myſteria/non niſi per organa materialia uidere
queunt: hos pmum Mariā & Ioſeph uidere oportuit: q̄ Ieſum in præſepe iacentē panniſq; inuo
Ad ro. i lutum poſſent agnoſcere. Nā ut ait Apl's: Inuiſibilia ipſius a creatura mundi per ea/quæ facta
ſunt/intellecta perſpiciunt. Circūlocutionibus enim in omni ſacra ſcriptura deus ipſe/eiuſq; Quare deo
uirtutes & potētiæ/atq; opatiōes/quoquo mō pōt humanū ingeniū capere: demōſtratur. Hinc mēbra & hu
deo & aures/& oculos/& manus/& pedes/& cætera deniq; humani corpis mēbra/tribuimus: manæ paſſio
quēadmodū amorem/irā/& cæteras humanas paſſiones. & iccirco paſtoribꝰ iſtis pmum Maria nes tribuūt.
occurrit uera Chriſti ſcđm carnē mater: quæ filium ſe peperiſſe: & ſi nō fortaſſis uerbo/q̄q̄ ne
id qdem arbitrari ſit erroneū/nutu tamē & puerperio ipſo fatebat. Ioſeph aūt Mariæ ſpōſus:
atq; ex eo pueri putatiuus pr̄ aderat: q puerū de uirgine diuina uirtute natū humano indigere
adminiculo oſtēdebat: & proinde uerum hoiem eſſe: cum & matri & puero adeſſet ſedulus. Di
uinitas aūt oraculi teſtimonio cōprobata in ipſius pueri intra pſepis clauſtra iacētis: oculis/fa
cieq; p fidem cernebat. ¶ Pōt aūt & alio ſenſu/quē a ſacris doctoribꝰ accepimꝰ/per Mariam/
quæ amarū mare interpratat/pœnitentiæ: amaritudo ad incipiētes ptinens ſignificari: & per
Ioſeph/qui augmentū dr̄/pfectus uirtutū: & pinde pficientium ſtatꝰ. Per hos ſiqdē ad Chri/
ſtum/ideſt ad ſalutē/q̄ eſt pfectiōis ſtatꝰ/trāſire nos oportet: uel per Mariā cōtemplatiui: & p

Ioſeph actiui exprimunť. Vtriq; enim Chriſti ꝑſepe circũſtant/illiq; aſſiſtunt. ¶ Põt quoq;
(ut alio loco in ſupiorib⁹ tractatib⁹ dixim⁹) ꝑ Ioſeph corpus: per Mariã aïa/& per infantẽ di/
uinitas Chriſti nobis repreſentari: quæ ſunt ipſi⁹ homouſion tres integrales inuicẽ coniunctæ
partes: duæ q̃rũ ad humanitatẽ: ad diuinitatẽ tertia ptinet. ¶ Illud tñ neutiq; myſterio carere
exiſtimo: ꝙ dum Magi ad Saluatorem adorandũ uenerũt: Ieſum cũ Maria eos inueniſſe Mat/
theus deſcribit: nulla de Ioſeph facta mentione. A noſtro autẽ Luca primum Maria & Ioſeph
a paſtorib⁹ inuẽti referũtur: & poſtremo puer in ꝑſepio poſit⁹. Lõge enim magis humanis ſen
ſib⁹ ad tãti myſterii cognitionẽ indigebãt Magi: q ſolo cæleſti ſigno ducebanť/gẽtiles alioqn/
& legis ignari: q̃ hi/q & iudei/& paſtores/& in regione illa uigilãtes ſupra greges ſuos/deſcri
buntur. qua ratione prius illis Mariã & Ioſeph occurrere debuiſſe: q̃ Ieſum uiderent quiſq; iu
dicaſſet/quo ſcilicet uterq; ſenſus ad fidei cognitionẽ illis aditum ꝓberet. Verũ alia ratio fa/
ctum diuerſificat. Per Magos enim gẽtilis populi uocatio oĩum ſacræ ſcripturæ doctorũ ſñia
repreſentať: & ꝑ paſtores iudaici populi. Ille aũt poſt Chriſti reſurrectionẽ dũtaxat ad fidem
erat cõuertẽdus. Ex hoc uero in humanis agẽte plurimi: cum ergo paſtores ad ꝑſepe ueniunt/
ideſt cũ iudei ad Chriſti fidem uocari incipiũt: Chriſti docẽtis/& miracula faciẽtis/humanitas
ꝑus q̃ diuinitas: erat agnoſcẽda. Immo cũ diuina in humano corpe lateret potẽtia: corpus ipm̃
aïatũ ueris ſenſib⁹ & uidẽdũ: & palpandũ: diuinitas uero carne inuoluta/fide tñ pſpicienda. &
iſtud eſt Mariã & Ioſeph apta facie uidere ꝑmum: dehinc puerũ in ꝑſepe latentẽ pannis circũ/
uolutũ inſpicere. Poſt reſurrectionẽ uero Ioſeph/q mortale corp⁹ (ut diximus) repñtat/non
ampli⁹ uideť. cũ dixerit Saluator ipſe: Modicũ & nõ uidebitis me. ſ. in carne humana: ſed ſola Io. xiiii.
Maria q̃ illuminata dr̃/ideſt corp⁹ glorioſum & ĩmortalitatis dotib⁹ ueſtitũ/aïæq; coniunctũ/ &.xvi.
& unitũ diuinitati. Hoc igiť mõ gentilis populus poſt Chriſti reſurrectionẽ ad fidẽ conuerſus
Saluatorẽ deũ non ampli⁹ pãnis inuolutũ/& in ꝑſepe iacentẽ: ſed iã in Mariæ gremio recũben
tem/ideſt in corpe glorificato triũphãtem: & in eccl̃iæ fide ꝑ gr̃am: atq; in altaris myſterio per Io.xx.
ſacr̃m/manentẽ uiderunt: cõfeſtimq; adorauerũt. de qbus ipſe ꝓdixerat: Beati q non uiderũt &
crediderunt. ¶ Quid aũt ex hac Saluatoris uiſione Paſtores iſti ſunt aſſequuti: ſequẽtia oſtẽ

Textus. **Cognitionẽ fides ꝓcedit.**

dunt. Ait enim: Videtes aũt cognouerũt de uerbo qđ dictũ erat illis de puero hoc. Fidem nãq;
cognitio ſubſequiť. Propterea ad Chriſtũ dicebãt apoſtoli: Nos credimus & cognouimus: quia
tu es filius dei. Et ſiqdem de cognitione pfecta loquamur: quã uiator nullus habere põt: dicẽte Io.vi.
Apoſtolo: Nũc cognoſco ex pte: tũc aũt cognoſcã: ut cognit⁹ ſum. Planũ eſt qđ niſi fides ꝓceſ/ i.ad co/
ſerit: ad illã pueníre nemo põt: ſicut dicit Apl̃s: Per fidem qdẽ ambulamus/ſcilicet ad deum: & rin. xiii.
nõ per ſpẽm. & alibi: Gratia ſaluati eſtis ꝑ fidẽ. Si uero de cognitione poſſibili: & cui⁹ eſt huma ii.ad co/
na cõditio capax/loq uolum⁹: poſtea q̃ ꝑ ſubmiſſionẽ atq; humiliationẽ nr̃am a diuina inſpira rin.v.
tione ꝓuocatã ea credere cœpim⁹: q̃ neq; corpeo ſenſu: neq; humano ingenio cape poteram⁹: Ad eph.
ad maioris intelligẽtiæ ſtudiũ ex ipſius fidei/charitatiſq; ardore incẽdimur. ſicq; fit ĩ ut quoti/ ii.
diana ſollicitudine/pia mẽte ueritatis apicem ingrẽtes/ad eã (quã nobis ſatis eſſe deus ipſe cõ/ ii. Pet.i.
ſtituit) deuenerimus cognitionẽ. Quod qdem apoſtoloꝝ ꝑnceps his cõfirmat uerbis: uos aũt
omnẽ curã ſubinferẽtes miniſtrate in fide ueſtra uirtutẽ. In uirtute aũt ſcientiã/In ſcĩa autem
abſtinentiã/In abſtinẽtia aũt patientiã/In patientia aũt pietatem/In pietate aũt amorẽ frater/
nitatis/In amore aũt fraternitatis charitatẽ. Hæc enim ſi uobiſcum aſſunt: & ſuperẽt: non ua/
cuos/nec ſine fructu uos conſtituent in dñi nr̃i Ieſu Chriſti cognitione. hæc ille. Ex qbus quot
gradib⁹ ex initio fidei ad cognitionis pfectionẽ ſit aſcendẽdũ: intelligi põt: quos in pñti diſcu/
tere nr̃i nõ eſt inſtituti. Verũtamen illud manifeſte liquet: fide ꝑueniri cognitionem. ꝓpter qđ
dicebat Propheta: Deus miſereať nr̃i ꝑ gr̃am ſcilicet ꝑueniẽtẽ: & bñdicat nobis per gr̃am ſub
ſequẽtẽ/illuminet uultũ ſuũ ſup nos/ꝑ gr̃am illuminãtẽ: q̃ fidẽ tribuit: & miſereať nr̃i ꝑ gr̃am
corroborãtẽ. deinde ſeqť: Vt cognoſcam⁹ in terra uiã tuã: in oĩbus gẽtib⁹, ſalutare tuũ. Hoc aũt
eodẽ mõ/quo in paſtorib⁹ iſtis/cõfirmatã Symeonis fidẽ in ſequẽti tractatu uidebim⁹. Pri⁹ eñ
diuino rñſo crediderat: qđ ubi pueꝝ Ieſum in tẽplo uidit: & ĩter ulnas tenuit: cõſumato myſte

Textus. **Explanatio litteræ.**

rio dixit: Nũ dimittis ſeruũ tuũ dñe in pace: Quia uiderũt oculi mei ſalutare tuũ. Cognouerũt
igiť Paſtores iſti pleniori fide ꝑ ſenſuum inſtr̃a corroborata/de uerbo. ſ. diuino qđ dictũ illis
fuerat. ſ. ꝑ Angelũ de puero hoc. ſ. ꝙ hic eſſet Chriſtus dñs & Saluator: uel de uerbo. ſ. Angeli
qđ dictũ erat illis. ſ. ꝑ ipm̃ angelũ de puero hoc. ſ. quẽ inuenerũt in ꝑſepio: ac ſi diceret: cogno
uerũt ex eo ꝙ pueꝝ inuenerunt eo loco & apparatu/quẽ illis ꝓdixerat Angelus/ꝙ hic ille erat
puer: quẽ illis Angelus nũciauerat. q̃uis eñ natũ eſſe Saluatorẽ mũdi: & hũc eẽ uerbũ dei ĩcar
natũ/certa fide iã tenuerint: qs tñ ille/aut ubi nat⁹ eſſet: nõ aliũde cognoſcere poterãt: q̃ ex ſi/
gnis q̃ ab angelo accepant: Sicuti & Ioãnes Baptiſta/q̃uis meſſiã iam ueniſſe: & ſciuiſſet: & ꝓdi
caſſet:

caſſet:imo ꝑus ꝙ naſceref;agnouiſſet: quo tñ certiore iudicio illũ inter cæteros/q baptiſmum
Io.i. ab eo petituri erãt/agnoſceret:a deo ſignũ illi datũ erat:ut ſup quẽ uideret ſpũm ſctũm in co
lũbæ ſpecie deſcendentẽ:hũc uerũ meſſiã crederet. ¶ Poſtꝙ uero ex fide in ꝑfectã ſen poſſibi/ Moraliter.
lem/aut certe ſufficientẽ cognitionẽ Paſtores ꝑuenerunt:qd aliud ſupeſt: ꝙ ut quæ uiderũt/&
crediderũt/cæteris manifeſtent.Hic enim uer⁹ eſt & neceſſari⁹ordo:quo ad diuini uerbi ꝑdica/
tionẽ ꝑlati eccleſiæ ꝓcedere debẽt:ut ſcilicet primũ ꝑfecte credãt:dehinc qđ credunt ꝑ doctri/
næ eruditionẽ intelligãt:& diſtincte expliciteq; cognoſcãt. qđ cũ iam ex aliis huius Euangelii
locis a nobis ſit auctoritatib⁹exẽpliſq; cõfirmatũ:non repetem⁹. ¶ Verũ ex hoc Euãgelii cõ/
textu ſubintelligere oportet:hos paſtores cũ Ieſum in ꝑſepe uidiſſent:& Saluatorẽ/& Meſſiã/
atq; dei filium cognouiſſent:illũ & adoraſſe/& omni pietatis officio fuiſſe ꝓſequutos. Si enim
Gene. Abraã & pleriq; ſancti uiri/angelos/aut aliqđ dei ſignũ adoraſſe referũtur:quanto magis hos
xviii.& paſtores/q ex diuino oraculo deũ hoiem factũ agnoſcebãt/id feciſſe uериſimile eſt. Idq; ex ſe/
iiii.Re. quentib⁹ cõiici põt:qa reuerſi ſunt glorificãtes & laudãtes deũ in oĩbus q̃ uiderãt:ſicut dictum Textus.
xxi. erat ad illos.Qua aũt rõne id ab Euãgeliſta non ſit expſſum : quæri nõ incõgrue põt:ꝑſertim Queſtio ad
cum de Magis/qui gẽtiles erãt:nec diuino oraculo inſtructi fuerãt/ſcripſerit:ꝙ & puerũ adora litteram.
uerũt/& ex ſuis theſauris munera illi obtulerũt.Quãuis enim in ſupiorib⁹hui⁹tractat⁹ qõni/
bus de illa Magorũ adoratione/& munerũ oblatione/iuxta allegoricũ ſenſum aliqua ſint di/
cta:hui⁹tamẽ qõnis explanationẽ in hũc locũ/ubi melius aptari poſſe uideť /ſeruauim⁹.Et qui
dem ad litteralẽ ſenſum hæc põt accõmodari reſpõſio:illud/ſcilicet de Magis Euangeliſtã ex/
preſſiſſe:qđ niſi dixiſſet:aut difficile ꝑſuaderi potuiſſet:aut abſq; reprehẽſione negari.Illi eñ
gentiles erant:aut inter gẽtiles educati:nec diuinã reuelationem habuiſſe referunť:ſed Stellæ
tñ ſignũ illis apparuiſſe:quæ regẽ in iudea natum demõſtrabat. Chriſtũ autem uel Meſſiam/
aut dei filiũ eos ꝯſiniſſe nuſꝗ ſcriptura cõmemorat . Quãobrem cum in uili ſtabulo iacentem
inter iumẽta infantem inueniſſent:matrẽq; & eum/qui pater putabať/cultu/ornatu/ ceteroq;
apparatu/a regia ſtirpe longe abhorrẽtes cõſpexiſſent:qs affirmare auderet: eos talem puerũ
ut deũ/aut ut regem adoraſſe:illiq; uelut regi & domino (ut apud Perſas mos eſt)munera ob
tuliſſe:ſi nõ Euangeliſta hoc expreſſiſſet.Hos aũt Paſtores/niſi hũc/quem angelica conteſta/
tione deũ atq; hominẽ:& humani inſuper generis/immo & Angelorũ/Saluatorẽ audierãt : &
(ut ſupra oſtẽdimus)crediderãt/adoraſſent.qs nõ impios:atq; omni reprehẽſione dignos iudi
caſſet.Propterea iſtud ueluti de ſe manifeſtũ atq; indubitatũ omiſit Lucas:quẽadmodum & de
Maria tacuit:quã nemo dubitat:filiũ ſimul atq; natũ uidit:uti uerũ deũ adoraſſe . Itidem & de
Chriſti poſt reſurrectionẽ apparitione ab oĩbus pariter Euãgeliſtis eſt ſeruatũ.Nullus enim il
lum Mariæ apparuiſſe ſcripſit:ꝗꝗ de aliis pleriſq; apparitiõib⁹ſinguli atteſtentur. ¶ Ad no
ſtrum aũt ſenſum hoc eo ꝑtinere uideť:ut cũ Magi incipientes : & Paſtores ꝓficientes(ut iam Ad ſenſum
oſtẽdimus)nobis repreſentẽt:hæc adorationis & munerũ oblationis officia ueluti incipiẽtib⁹ moralem.
potiſſimum cõuenientia in his proficientibus nõ repetiiſſe. In quib⁹ longe maiora exprimun/
tur:ꝙ/ſcilicet uerbũ diuinum cognouerũt:& cæteris annunciauerũt:& ad greges ſuos cũ diui/
nis laudibus redierũt.Nã ad terrenũ regẽ adoratio:lõgeq; Magis munerũ oblatio referri põt.
In pleriſq; enim ſacræ ſcripturæ locis/reges legim⁹adoratos:munera uero etiam æqualib⁹ &
i.Regũ inferiorib⁹offerunť.Hæc & dum de cõceptu ꝓcurſoris tractarem⁹ : a nobis ſunt tacta:quando
xx.&.ii. multa & qdẽ magna de illius futura uirtute:atq; magnitudine/ab Angelo ꝓnunciata:docuim⁹
Reg.ix. quæ in Saluatoris conceptione/eo ꝙ multo lõge maiora illi competebant/ non ſunt repetita.
¶ Aliud quoq; ad Euãgelii uerba ſubintelligẽdũ eſt neceſſario:hos/ſcilicet Paſtores/cũ Salua
torẽ uidiſſent:atq; cognouiſſent:ad greges ſuos reuertiſſe:ſed ꝑus ꝙ eo perueniſſent: pleroſq;
Bethleem uerbis incolas/ac regionis accolas cõueniſſe: illiſq; cũcta/quæ audierãt:& uiderãt/
ex ordine narraſſe.Cũ dicat Lucas:ꝙ oẽs/qui audierũt/mirati ſunt:& de his quæ dicta erãt a Textus.
paſtoribus ad illos. ¶ Ex hoc aũt morale documẽtũ ſumi põt:Eccleſiarũ ꝑlatos/qui ueri pa Moraliter
ſtores ſunt/ab ſuo grege nõ niſi urgẽte neceſſitate/aut publica ſuadẽte utilitate/diſcedere de Boni prala/
bere:tãtiſq; reditũ morari:quoad ſuſceptũ mun⁹impleuerint:& dũ ad gregẽ redeũt:curare de ti qũo & qb⁹
bere:ut ꝙ maxime poſſunt:aliis quoq; ꝓſint.Hoc eñ Chriſtũ paſtoꝝ principẽ feciſſe/euangeli ex cãis a ſuo
Mat.xv ca teſtať hiſtoria:q̃nis enim ad oues/q perierã/iſraelitici populi miſſum ſe maxime atq; in pri grege diſce/
mis ꝓteſtaretur:ad Samaritanos tñ & fines Tyri & Sydonis/iudeis ad tꝑs relictis trãſiuit.Sed dere debeãt.
his q ad ſalutẽ eoꝝ(quos ſaluãdos ꝑdeſtinauerat) ꝑtinebant/expletis/ſolẽni quoq; feſto hie/
roſolimã reuertebať:ſicuti ſequẽtia hui⁹euãgelicæ hiſtoriæ capita nos docebũt.Idq; ex ꝓcedẽ
tib⁹ſatis oſtenſum eſſe putam⁹:cũ de Mariæ annũciatiõe/& illi⁹ uiſitatiõe tractauim⁹. Illa eñ
ut cognatã ꝓcurſore grauidã uiſitaret:cũ feſtinatiõe in mõtana cõſcendit:& apud illã ad partũ

uſq; māſit: nō ſolū ut ꝓpinquitatis iure officiū cognatæ pſtaret: ſed ut diuina illi quoq; myſte/
ria cōicaret. Dehinc expleto utroq; officio in domū ſuā eſt reuerſa. p quā abſq; dubio ꝓlati ſi/
gnificātur: qui & illuminati eſſe debēt ſcīa & grā: & alios deinceps illuminare: utrūq; enim Ma
riæ nomen (ut ſæpe iā diximus) ſignificat. Paulus quoq; pterq̄ q diuerſas ꝓuincias / ut uerbum
dei ſereret: pagrauit: Timotheū / quem corinthiis epm cōſtituerat / urgente neceſſitate ad ſe fe ii. ad th
ſtinum uenire iuſſit: ut multa illi fidei & religionis arcana committeret: q̄ p lrās non poterant mo. ult.
explicari: per eū poſt ipſius Pauli obitū Corinthiis (ꝓut res exigeret) diſpēſanda atq; cōicāda.
Itidem & erga Tytū feciſſe eius ad illū epla docet. ¶ Verum ne has maioris boni cauſas ꝓlati/ Ad Ty
cōtra quos iā ſupra inuecti ſumus / ſibi cōfingāt / eoq; ptextu: re autē uera humana tracti cupi/ tū ultio
ditate: atq; ambitione / Eccleſias ſuas deſerant: meminiſſe illos oportet: neq; hos paſtores ante
angelicā reuelationē / atq; admonitionē: neq; Timotheū / aut Tytum / in iuſſu Pauli a cōmiſſis
ſibi gregib⁹ diſceſſiſſe. Mariā aūt diuino (quo plena erat) ſpū ad maxima myſteria pagenda do
mo exiiſſe. Si quē ergo neceſſitas humana alio trahit: nō eſt ei⁹ ſtudiū rephendēdū: ſui charitas
nō qdē ficta / ſed ꝓbata / etiā laudandū. Sin reipublicæ utilitas / aut priuatæ rei cā (dū non diutur
na ſit in redeundo mora) & manſio fructuoſa atq; honeſta) tolerandū. Nam & Saluator paſto
rem (qui ut ouē pditam inueniret: gregē uniuerſum reliqt) nō dānauit: ſed laudauit potius / & Mat. xi
ꝓpoſuit imitādū. ¶ Verū tunc quoq; cū gregē deſerit: cuſtodē fidū adhibere debet: il liq; dū
abeſt / enixe oues cōmēdare. Sicuti Dauid / dū in caſtra prīs iuſſu ad frēs ſuos pgeret: feciſſe legi i. Regū
tur. Vocāte aūt deo eiuſue miniſtro / gregē ex toto relinquere / ut rei maiori lōgeq; utiliori in/ xvii.
cūbat: nō iprobat. Nā & Paulus cū ad Corinthios redire decreuiſſet: diuina ordinatiōe alio illū ii. ad co
deducēte ꝓhibit⁹ eſt. Sed pus q̄ ab eo diſcedat: ei / q cōmiſit / reddere illum oportet: ab eoq; acce
pta licētia dei ſequi uolūtatem: ſicuti Moyſem dum Iero gregem paſceret: feciſſe legimus. Ge. xxx
Textus. ¶ Nūc aūt ad lrām redeam⁹. Oēs (inquit) qui audierāt: mirati ſunt. nec ab re qdē. Quid eīn tan vii. & x
ta admiratione dignū audiri unq̄ potuit: q̄ q deus humanā carnem aſſumeret: ut hoiem / a quo xxviii.
maxime offenſus erat / ꝓprio ſanguine redimeret. Vix eīn (ut ait Aplus) pro amicis & iuſtis qs Ad Ro.
morit. ſed longe hoc admirabili⁹ eſt: ut is / cui⁹ impio tot⁹ paret orbis: neq; tñ illū cōprehēdere v.
pōt: in anguſti præſepis latibulo inter iumēta pannoſus iaceret. Quādo uero auditū: aut ubi le
ctum erat ante id tpſ: totā angelo militiā: aut oīno exercitū eo grādem cōſona atq; canora
uoce tales in terra laudes deo cecinilſe. Magna ergo ſuberat ex his admiratiōis cā. Tūc eīn ad/
mirari ſolent hoies: qñ pter naturalē ordinē / aut ſupra humanā rōnē / aliqd factū ab aliis audi
uerūt / ſicut paſtores ipſi. multoq; maiorē affert mētibus hoium admirationē: cum talia ꝓprio Iudith.
uiſu / aut auditu / alioue ſenſu pcipiūe. Sicuti ex ſermonib⁹ Iudith / uniuerſus Olophernis exer xi.
citus. & ex doctrina Saluatoris iudei oēs: & pariter ex his (q̄s opabat) uirtutibus: imo & in his Mat. vii
nōnunq̄ hoies mirātur: q̄ & ſi humanā rōnem nō trāſcendāt: cōtra tamē opīonē eueniūt: ſicuti Mat. v.
de ſeruis Ioachin legit: q cum Suſannā in adulterio dephēſam iniqui iudices deferrent: mira/ & .xi &
bātur: qa nunq̄ talis de ea rumor erat audit⁹. Apoſtoli quoq; mirati ſunt q Ieſus cum muliere Io. vii.
ſolus loqueretur. ¶ Hæc autē admiratio plerunq; animū ad pietatē emolit: & ad diuinæ uir/ Daniel
tutis trahit cogitationē: ut ex Saluatoris uerbis liquet: qui apoſtolis dicebat: Pater diligit filiū / xiii.
& demōſtrat ei opera quæ ipſe fecit. & maiora his demōſtrabit / ut uos admiremini ſubaudi: & Io. iiii.
ex admiratione efficiamini in fide firmiores / & in charitate feruētiores. Hæc enim miracula in Io. v.
prædeſtinatis ſalutis augmentū operātur: reprobis autē cum excuſationē tollantē culpā aggra Io. xv.
uant. Et proinde ſuppliciū augent. dicente Saluatore: Si opera nō feciſſem: quæ alius nō fecit: Mat. xi.
peccatū non haberēt: nunc autē nullam habēt de peccato ſuo. & alibi Capharnaum & nōnul/ & Lu. x
las alias ciuitates increpans eorū peccatū / utpote grauius / acerbiorib⁹ ſuppliciis uindicandum
cōminabatur: q̄ Sodomorū Tyriorumq; & Sydonio: q apud hos nulla / apud iſtos uero pluri
ma eſſent patrata miracula. ¶ Ex his igitur / qui a paſtorib⁹ myſteria natiuitatis audiētes mi
rati ſunt / nōnullos credidiſſe cōiecturari poſſumus / ſed plurimos poſt admirationē fabulā pu/
taſſe: aut in ſua milicia pſtitiſſe: quēadmodū & ex his / qui Chriſti opera / doctrināq; uiderant /
& [illegible] audierant / pars maxima nō mō nō credidere / Verūetiā in eius odiū ſunt cōcitati. Propterea
ip e dicebat: Nunc autē & me uiderūt: & oderūt me: & patrē meū. & hos Apls illis comparabat
quos Moyſe duce ab ægyptiaca ſeruitute deus ipſe liberauerat. ¶ Illud aūt nō eſt ptermittē Io. xv.
Textus. dum: q dum dicit Lucas: Oēs / qui audierunt / mirati ſunt: addit per copulā: & de his / quæ dicta Ad he/
erant a paſtorib⁹ ad ipſos / quaſi aliqua aliūde q̄ a paſtorib⁹ audiſſent. Idq; facile credi pōt: mul bre. v.
ta / ſcilicet præter hæc in tāti myſterii ſacramēto apparuiſſe ſigna / atq; prodigia: quæ ab Euan
geliſtis ſcripta nō fuere. Nā quod de Magis Mattheus poſuit: cæteri omiſerūt. & ut Ioannes te Mat. ii.
ſtatur: multa præterea (quæ ſcripta reperiunt) fecit Ieſus ſigna atq; miracula. ¶ Et hoc de pa Io. ulti.
ſtoribus

ſtorib⁹/ & de his qb⁹illi uiſa atq; audita retulerāt/ Lucas primū poſuit. Quod uero Maria in/
ter tot miracula:totq; Angelorum/atq; hominum gaudia/tunc egerit : ſubiungit. Ait enim:
Maria autem conſeruabat omnia uerba hæc/conferens in corde ſuo.Non equidem(ut nōnul
li ſentiunt)quo ex his fieret de filii ſui diuinitate certior:quem per fidem certiſſimam in mē/
te/ & per totius diuinitatis cooperationem conceperat in uentre:ut in ſuperiorib⁹ſatis ſuperq;
a nobis eſt oſtenſum:dum de illius ad Gabrielem reſponſionē tractauimus. Sed ut ex ſingu/
lorum recordatione atq; ruminatione miraculo⁊ & meritum illius augeref :& gaudiū: Quā/
uis enim iam cū ab Angelo ſalutata eſt:plena eſſet gratia.& cū diuinū uerbū in eius uiſcera eſt
illapſum:multo etiā ampliori ſit cumulata:q̄diu tamen in humanis egit:meritū ex omnibus/
quæ agebat/auxiſſe nemo ibit inficias. Vnde & primū ſi nō eſſentialiter/accidētaliter tamē au
ctum eſſe fateri oportet.Sed quicquid ad mercedem æternæ gloriæ cæteri ſentiāt:læticiam &
conſolationem ſecundū diuerſa filii ſui myſteria non dubium eſt in illius ſpiritu incrementū
habuiſſe:& tum quidem cum natū uidit in carne:quem prius cernebat in corde : & cū illum ex
mortuis in glorioſo atq; incorruptibili corpore uidit ſuſcitatum.ac poſtremo cum illū in cæ/
lum aſcendentem conſpexit.Propterea in eccleſia canitur:Regina cæli lætare:quia quem me
ruiſti portare:reſurrexit ſicut dixit.quem canticum ab Angelis decantatum Eccleſiaſtici tra/
dunt autores.Sed & cū primū in Cana galileæ ſignum fecit:cū Lazarum cōem hoſpitem ſu/
ſcitauit:& cum extra diuinitatis ſuæ potentiam conteſtantia patrauit:quis illam non totiēs no
ua lætitia perfuſam crediderit:quotiens aut oculis ipſa conſpexit:aut ab aliis prædicari audi/
uit.Nam & de Angelis/qui ſunt in gloria/Saluator teſtatur:q̇ in unius peccatoris cōuerſione
gaudium magnū accreſcit.Hæc autem lætitia/quā ex rei deſideratæ / aut per ſe gratæ atq; io/
cundæ:uiſione mēte cōcipimus/ex eius rei memoria:atq; cogitatione fit in nobis cōtinua.Pro

Pſalmo cxviii.

pterea dicebat Propheta:Memor fui iudicio⁊ tuorū a ſæculo domine & cōſolat⁹ ſum.& alibi:

Pſalmo lxxvii.

Memor fui dei & delectatus ſum:quæ ſane læticia eo eſt in pfecto⁊ mentibus maior:quo cæte
ris quoq; pfuturum id/ in quo lætanf /intelligunt. Propterea Saluator cum Lazarū mortuum

Io.xi.

a ſe ſuſcitandū prædiceret:adiecit:gaudeo ppter uos : ut credatis.Maria quippe uidens/atq; au
diens filii ſui/quē dei quoq; uerbū certiſſime ſciebat natiuitatē & per Angelos/ & per hoīes iā
prædicatam:hanc ſementē huius diuini myſterii ſurgere gaudebat. Ex qua redēptionis huma
næ fructū puenire nou multo poſt ſperabat. Et ob id hæc oīa in corde ſuo cōferens/ nō ſolum
ſibiipſi gaudebat:uerum & humano generi cōgratulabaf :deoq; ipſi humili: piaq; mente lau/
des & gratias reddebat.Sicuti de Apoſtolis legif :q̇ dum multiplicari fidelium nume⁊ ex eo/

Actuū xiii.

rum doctrina/ſigniſq;/uidebant gaudio/replebanf.& ad Corin. ſcribēs dicebat Paulus:gau/

ii.ad co. ii.

diū meū oīum ueſtrum eſt. In Maria igitur ex his ſupuenientib⁹ indiciis:cæteriſq; eius piis/ ſan
ctiſq; opationibus nō tam fides aut Charitas quo ad effectū:q̄ meritum utriuſq; uirtutis:quē/
admodum & cæterarum eſt auctum: quādoquidē deus ſpeciali priuilegio in inſtāti cōceptiōis

Eccleſi. xxiiii.

oīum uirtutū excellentiā eius aīæ īfuderit.De ea enim in cāticis legif :In me gr̄a omnis uitæ &

Ibidem c.ii.

uirtutis:In me oīs ſpes uitæ & uirtutis.& rurſus ordinauit i me charitatē. ¶ Verū nō abſurde
fortaſſis qs quæſierit:cum Ioſeph ſpōſum ſuū Mariæ affuiſſe:omneq; officium optimi ſponſi

Quæſtio ad litteram.

exhibuiſſe:ex Euangelio ſit manifeſtum:cur non illi hæc ſacra myſteria communicauit:quem
præſertim illorum ſciebat expertem non eſſe:cum enim dicat Euangeliſta:q̇ ſeruabat omnia
uerba hæc conferens in corde ſuo:aperte oſtendit: nulli illam ea communicaſſe. Ad quod iu/
xta litteralem quidem ſenſum plana eſt reſponſio. Ad ſpiritualem autem non contēnendū in
ſe continet myſterium.Hæc enim/quæ paſtores de Angeli denunciatione/ & de hymno decā/
tato Mariæ retulerunt/ Ioſeph/qui in illo⁊ aduētu Mariæ aſtabat/ ab his ipſis audiuerat.neq;
ad fidem myſterii Mariæ confirmatione indigebat: quippe qui Angeli teſtimonio puerū húc
de ſpiritu ſancto conceptum & Saluatorem mūdi futurum didicerat.Quāobrem uirginali ue
cordia/maritaliq; reuerentia/quā ex ſumma profundiſſimaq; humilitate / cum apud omnes/
tum uero apud ſponſum/ Virum alioqn ſanctum & iuſtū/ætateq;/& officio/ac pietate paren/
tem gerebat/ſubtimide illi ac uerecunde(ubi demum res exigebat)loquebatur. Ita ut nullibi
de illorum colloquiis ſcriptura teſtetur.Cum tamen multa nō ad rem domeſticam dumtaxat
ſed & ad diuina myſteria pertinentia inter eos dicta tractataq; fuiſſe/nemo dubitauerit.Sicuti
& de Zacharia in ſuperioribus oſtendimus. ¶ Quod ſane ad moralem ſenſum cōiugatis mu

Moraliter. Mulieres decet eſſe uerecūdas & non loquaces.

lierib⁹ optimū pbet documētū:ut.ſ.raro ac moderate/uerecūdeq;/cū uiris oib⁹ : ſed cū maritis
quoq; loquanf :garrulitatē enim/& loq̄citatē in muliere ſcriptura rephēdit.dicēte Sapiētia: Et

Prouer. vii.

ecce mulier occurrit illi ornatu meretricio præparata ad capiēdas animas/garrula & uaga:nec
ualens in domo cōſiſtere pedibus ſuis:quaſi hæc in mulieribus uitia ſint connexa. Similiter &

Textus.

Maria uirgo i hac uita habuit augumētum meriti.

Paulus de his/quæ luxuriatæ fuerūt/dicit: Simul aūt ocioſæ diſcunt circuire domos non ſolū i.ad thi.
ocioſæ: ſed & uerboſæ & curioſæ loquētes q̄ nō oportet. & alibi: Mulier in ſilētio diſcat cū omi v.
ſubiectione. Idq; Mariæ exēplo oēs diſcere mulieres oportet. De qua tāetſi in ſacris euāgeliis i.ad thi.
pleraq; ſcripta ſint: q̄ter tm̄ oīno illā loquutā cōmemorāt Euāgeliſtæ. Verecūdia q̄ppe i mulie ii.
magnope cōmendat. dicēte Sapiā: Noli diſcedere a muliere ſenſata & bona: quā ſortitus es in Eccliaſti
timore dñi. Gratia eñ uerecūdiæ illi⁹ ſup aurū. & Apl's: Mulieres in habitu ornato cū uerecū/ ci.vii.
dia & ſobrietate. ¶ Ad ſenſum uero nr̄m in eo ptinet: ut contēplatiui ea/q̄ altioris ſunt my/ i.ad thi.
ſterii/his/q uitæ actiuæ dūtaxat dediti ſunt/nō cōicent: ad qđ paulo ante Apli teſtimoniū ad/ ii.
duxim⁹ inquiētis. Sapiam loqmur inter doctos. Nā & ſaluator/cū Marthe dixiſſet: Sollicita es
& turbaris erga plurima: porro unū eſt neceſſariū: Maria optimā partem elegit: nō ꝓpterea di
xit: omitte quæ agis/& ſede cū Maria/ut uerba uitæ audias. quin utrāq; iuxta uiam ſuam am/
bulare pmiſit: q̄uis alteram altera iudicauerit meliorē. Et Apoſtolis in mōte ſecretiora myſte
ria detegebat: cū turbæ etiā fideli humiliora uerbis quoq; magna ex parte ambiguis traderet.
¶ Alia inſup rō ex his/q̄ iam diuerſis in locis ſupiorib⁹ tractatib⁹ expoſuim⁹/colligi poteſt. ꝙ
ſcilicet altiora hæc myſteria ſupiori rōnalis aiæ portioni/quā Maria repſentat/ſic cōueniunt:
ꝙ inferiori utpote illoꝝ incapaci/aut quāq̄ ſint cōmunicanda: quod ferme in idem recidit: Ma
ria quippe ſupiorē aiæ portionē/q̄ cōtēplationi ſola eſt apta/nobis repñtat: & Ioſeph iferiorē:
quæ ad actiuā magis eſt accōmodata. ¶ Verū aliud quoq; in hac tota euangelicæ hiſtoriæ pte
pſpicere licet: nō abſq; diſcuſſione ꝑtermittendum. Angelis enim ad paſtores: & paſtorib⁹ ad
obuios quoſq; hæc myſteria in Bethleem & finitimis regionib⁹ diſſeminātibus: & in urbe ac tē
plo Symeone & Anna cōteſtātib⁹. Magiſq; ex orientis regione ſtella duce ueniētibus: & Hero
de/omniq; ſecum iudea ex illoꝝ ſermone cōturbatis: ſacrarumq; litterarum abdita pſcrutan/
tibus: tandēq; pferentibus: ac proinde rumorib⁹ de hui⁹ pueri miraculoſa natiuitate: undequaq;
diſſeminatis/Chriſtus ipſe abſq; ullo diuinitatis iudicio/inter pecora in pſepe iacet/& tacet.

Quomodo & q̄n cōtēplationi & actioni ſit incumbendum.

Maria audit: & alioꝝ uerba in corde ſuo cōfert: Ioſeph uero neutrū facit: ſed matri tm̄ & pue/
ro ſedulus aſtat. Quid q̄ſo id nobis oſtendit/niſi qđ ex anterioribus quoq; iam liquere poteſt:
cū Maria/ideſt pia & fidelis anima Ieſum/ideſt gratiā pepit/ideſt primū pfectiōis gradum in/
greſſa eſt: ubi Angelos/ideſt cōtēplatiuos/& paſtores ideſt platos/necnō magos/ideſt doctri/
na pſtātes uiros: & deniq; Symeonē & Annā/ideſt utriuſq; ſexus fideles/in gr̄a ipſi piæ aiæ col
lata deum laudare: & alioꝝ ſtudia ad id incitare cōſpicit: nihil ipſa de ſe alte ſapere/aut loqui
debet: ſed taciturna cōtemplari: Ioſephq; pariter/ideſt inferior animæ uirtus: uel corpales ſen
ſus/talem dei gratiā abſq; ulla exteriori elatiōe admirari. Hoc eſt enim pueꝝ in pſepe (ut pre/
diximus) occultare. Quod cū omni tpe/tum uero maxime Saluatorem ſeruaſſe ſcriptura do/
cet: cum hieroſolimā illi ingreſſuro plebs uniuerſa reſuſcitatione Lazari audita cū hymnis/
pompaq; ſolēni occurreret: illumq; filiū Dauid acclamaret: cæteraſq; honoris cerimonias ſoli
deo cōuenientes impenderet. Neq; enim tū prædicaſſe/neq; miracula feciſſe legit̄: ſed ſup aſi/
nam ſedens/tacitūq; urbē templumq; ingreſſum/dimiſſa pōpa/in tēplo ipſo docuiſſe. qui igi/
tur prædicando/docēdo/aut ſanitatē diuina uirtute pſtando/alioue modo/diuinæ uirtutis gra
tiam ita ſibi aſtitiſſe cognoſcūt: ut hominum turba eorum in admirationem adducta ſua ſpōte
uero ad diuinæ bonitatis/& propriarū culparū agnitionem pueniat: interea quieſcere debet/
& ad cōtemplationem reuerti: ubi refrigeſcere uidet charitatem: rurſus inualeſcere atq; inſta/
re/& ad perſeuerantiam incitare atq; animare. Hoc & Paulus frequenter faciebat/ & Sapiētia Ec.xviii

Inchoādum eſt & deſinēdum in laude dei.

docet eſſe faciendū. Ait enim: Cum cōſumauerit homo: tūc incipiet: & cum quieuerit opabit̄.
¶ Poſtremo in hac Euangelii parte paſtorum reditus cū laudib⁹ ab Euāgeliſta nō abſq; myſte/
rio ponitur: ut in diuinis operationib⁹ ab ipſius dei laude & gloria incipiendum diſcam⁹ & deſi
nendū. Neq; enim in orationis/aut alterius actionis noſtræ initio/deo laudes reddere ſatis eſt:
niſi & finis in eius quoq; laudes & gratiarū actiones deſinat: cum a fine unaquæq; res maxime
nomen accipiat. Propterea dicebat Sapiētia: Melior eſt finis orationis: q̄ principium. Hunc aūt Ecc.vii.
morem ſacroſancta ſeruat Eccleſia: quæ uerſum illum/Gloria patri. & in initio cuiuſlibet diui
ni officii ꝑmittit. & in calce ſingulorum pſalmorum repetit. Idq; iam alio loco ex hac Euange
lii hiſtoria ſupra deſcripſimus. ¶ Eſt aūt ab angelis/ideſt pfectis & cōtemplatiuis inchoādū:
& ab paſtorib⁹/ideſt reliqua fideliū multitudine finiendum. Nā & de Iudith legit̄: ꝙ ipſa poſt Iudith.
partā ſua manu: ſuoq; cōſilio/adiuuante deo/ex hoſtib⁹ uictoriā: hymnum ipſa primū cecinit. ultimo.
Dehinc cæteri mox ut purificati ſunt obtulerunt omnes holocauſta & uota/& repromiſſiones
ſuas. Sed & Ionatas ſacerdotū pnceps oronē ꝓ uictoria Machabeis a deo cōceſſa: ſacriſq; locis ii. Ma/
& inſtitutis recupatis inchoaſſe legit̄. Cæteri uero reſpōdiſſe: qđ & in cunctis ſeruat̄ eccleſiis. cha.i.

& Salomon

iii.Reg. & Salomon poſtea q̃ templum domino conſecrauit:orationem primus cū dei laudibus & præ
viii. coniis fudit. Dehinc populus reliquus diebus ſeptem in ſacrificiis feriatis domū cum laude eſt
reuerſus. Equum quippe eſt:atq; rationi cōgruum:ut qui cæteris præſunt:uiam illis oſtendāt:
Io.x. & qui ſubſunt:illam ſequātur/ſicut de paſtore apud Ioānem dicit Saluator. ¶ Notandum eſt
quoq;:ꝙ hi paſtores nō per aliam uiam/ſicut de Magis legitur/ſed per eandē in regionē/unde Quando ſit
uenerat/rediere:quia nimirū per uiā contemplationis proceſſerant in feruore ſpirit⁹:& in fi/ reuertēdum
dei firmitate: iam mēte/fideq; concipientes:qđ poſtea oculis pſpexere. Magi uero (quēadmo eadē uia uel
dum in præcedētibus diximus) longe alia uenerāt uia. Illi ergo impfecta uia relicta poſt Sal/ alia.
uatoris adorationem per uiam pfectionis reuerterūt. Iſti autem relicta ad tempus uita actiua
ad contemplatiuam tranſierunt:per quā ad Chriſti ſaluatoris uiſionem uſq; peruenerunt. Rur
ſus autem illa intermiſſa ad priſtinū munus redierunt.qđ eſt propriū paſtorum officiū. De qui
Eze.i. bus metaphorice in Ezechiele legitur:ꝙ quattuor illa animalia oculata/atq; allata ibant & re
uertebātur in ſimilitudinem fulguris coruſcantis. De his etiam intelligi poteſt myſtico ſenſu:
i.ad co/ qđ Apoſtolus:de habētibus uxores ſcribit dicens. Nolite fraudare inuicem/niſi forte ex con/
rin.vii. ſenſu ad tempus/ut uacetis orationi: & iterum reuertimini in idipſum. ¶ De iſta aūt reuer/
Ezechi. ſione per eandem uel per aliam uiam eſt alia figura apud eundem Ezechielē:populo em̄ pce/
xlvi. pit deus/ut non reuertatur per uiā portæ per quā egreſſus eſt:pncipē uero cū omnibus ingre/
di & egredi eadem uia iubet:per populum ambulātes in uiis cōmunibus mundi huius: per pn
cipem ambulantem in uiis ſuperioribus iuſticiæ:ſcilicet ſcientiæ & ueritatis oſtendens.
¶ Poſtremo laudant paſtores iſti deum in oibus quæ audierāt & uiderāt. Hi ſiquidem duo ſen Viſus & au/
Ad ro.x ſus ad meritū/& præmiū præ cæteris ſunt accōmodatiſſimi. Fides enim ex auditu:ut dicit Apo dit⁹ ſunt pn
Io.xx. ſtolus. Item ex uiſu ut dicit Saluator:Quia uidiſti me Thoma credidiſti:cum ſcilicet ex rei ui/ cipales ſen/
Ad he/ ſibilis intuitu ad inuiſibilium perducimur credulitatem. ſicut dicit Apoſtolus. Item hic eſt cer ſus.
bre.ii. tior/ille ad diſciplinā aptior. Vterq; aūt in patria poſt perfectā corporum reſurrectionē præ/
Apoca. cæteris æterna fruetur beatitudine. Vnde in apocalipſi dum ciuitas hæc deſcribiť/citharedo/
xiiii.xv. rum melodiæ/& omnis generis lucidæ gēmæ:claritatiſq; & luminis uaria ponunť genera.quæ
&.xxi. omnia ad hos duos ptinent ſenſus:quibus ſane excluſis/intellect⁹ humanus capere uix ſpūale
i.ad co/ quicq̃ poteſt. Iccirco diciť:Quæ oculus nō uidit:nec auris audiuit: nec in cor hominis aſcēdit.
rin.ii. Saluatorq; dicebat:Vt uidentes nō uideāt:& audientes non intelligant. His duob⁹ ſenſibus ex
Mar.iiii cluſis uiam diſciplinæ penitus obtruſam indicare uolens. & in actibus apoſtolorū legitur. Nō
Act.iiii. enim poſſumus quæ uidimus & audiuimus:nō loqui:quaſi totum/qđ fide perceperāt/ & uer/
bo docebāt his duobus ſenſibus hauſiſſent. ¶ Ad extremum illud eſt cōſiderandum:ꝙ hi pa
ſtores dum ad gregem redirent:cum iam uiſa & audita oibus in uia occurrētibus nunciaſſent:
illoſq; in admirationem tanti myſterii traxiſſent:ibant laudantes & glorificantes deum in oi/
bus quæ audierant ab angelis:& uiderāt in ſtabulo/ſicut dictū fuerat illis.qđ ultimum ad uiſa
dūtaxat refertur. De eo enim/qđ audierant/ nihil prius dictum illis fuerat:q̃ ab angelis audie
runt. Debet igiť ibi fieri punctus:In omnibus quæ audierāt.& hæc eſt prima gr̄a ſcilicet reue/
latiōis:pro qua nimirum laudes & gratias deo reddebāt. Dehinc ſequiť. Et uiderāt ſicut dictū
eſt ad illos.& hæc eſt ſecunda gr̄a:& laudis & glorificationis eoꝝ ad deum:cauſa:ſcilicet mani
feſtatio:& uerificatio myſterii per ocularem uiſionē:quæ fuerat conformis reuelationi:qm̄ ita
inuenerant/ ſicut dictū fuerat ad illos. ¶ Qua in re heſitare fortaſſis ꝗs poſſet:& in his/quæ
proxime de ipſorum paſtorum prompta fide diximus/titubare. Quo pacto enim firmā fidem Quæſtio ad
angelicæ denūciationi præbuerunt: qui pro his/quæ ab angelo primum illis reuelata fuerāt/ litteram.
& deinde pro cæleſtib⁹ laudib⁹ a cæleſti exercitu decantatis/nō prius gratias & laudes deo red/
dere:q̃ oculari inſpectione rem tenentes / uera eſſe/quæ illis pdicta erāt/inuenere:cum Tho/
mas eo ꝙ reſurrectionē Saluatoris non prius credidit:q̃ illius uulnera palparet: didim⁹/ideſt
Io.xx. dubius appellat⁹ fuerit:& a domino obiurgat⁹. Verum ſi utriuſq; myſterii ordinē/ & rōnem/
cōſideremus/magna cōmendationis in iſtis:& rephēſionis in illo/ratio fuit. Ille enim tot/tali
buſq; teſtibus/Chriſtum in carne uidiſſe ſe teſtātibus credere noluit:q̃uis ab ipſo Saluatore ꝙ
poſt triduum reſurgeret:ipſe (quēadmodum & cæteri apoſtoli) audiuiſſet:& plurima in eo/&
ex eo/ſigna uidiſſet:ex quib⁹ reſurrectio quoq; credibilis eſſe debebat. Iſti uero paſtores: & ſi
ab angelo natū Saluatorē audiuiſſent/& credidiſſent:illo tamē iubente/ ſignumq; præbente/
ad locū/ubi natus erat/iere:nō ut de natiuitate certiores fierēt:quā ex oraculo credebant: ſed
(quēadmodū ſupra dixim⁹) ut illum agnoſcerēt:& ꝗs/q̃liſue eſſet:intelligerent:neq; ex eo ꝙ
in reditu laudaſſe:& glorificaſſe/deū referunť:qn etiam ab initio/& priusq̃ a gregib⁹ diſcede/
rēt:illi gr̄as egerint:negať. Sed hoc loco iccirco (ni fallor) exprimiť:qa maior erat hui⁹ iubila

tionis ſpũaliſq; lætitiæ/& in deũ pietatis occaſio illis ꝑbita:poſtea q̃ & rẽ ex ordine/ ꝑut audie
rant/pſpexerant:& alios ex illa admirari uidebant:& ad ſuos greges/re undecunq; comperta
reuertebãtur.Sed prior animi iubilatio & dei laudatio in mente eorum tum fuit: cum poſt di/
uinam reuelationem in ſpiritus feruore per contemplationem ad myſterium perſpiciendum
ex angelica admonitione perrexerunt:quam poſt conſummationem lingua/uoce/uerboq;/&
geſtu/apertius effuderunt.Nam nec Maria ſtatim poſt cõceptum Saluatorẽ laudes deo reddi
diſſe legitur:ſed demum poſtea q̃ ab Eliſabeth cognata extolli ſacramẽtũ audiuit. Tũc enim
in illud canticum diuinis laudibus/arcaniſq; myſteriis plenũ prorupit:Magnificat anima mea
dominum:Zachariæ quoq; lingua non prius in dei laudem eſt reſoluta:q̃ natus eſt Ioannes:&
circũciſus.Moyſeſquoq; licet diuino oraculo liberãdum eius ductu Iſraeliticum populũ præ
nunciatum credidiſſet:nõ prius tamen canticum cecinit : q̃ proſtratis ægyptiis populus ſaluus Exo.xv
factus eſt:ac deinde cũ poſt gentes plurimas deuictas/cõpluraq; patrata miracula/legeq; pro/ Deute.
mulgata/& diuinam potentiam/& uirtutem abunde manifeſtatam:ſpiritum reuocãti/deo red xxxi.
dere debuit. Iudith quoq; non ſtatim occiſo Olopherne:ſed demum poſt profligatũ eius exer Iudith.
citum/& diuiſa ſpolia/hymnum deo canendum curauit. ¶ Quod ſane documentum ſaluta ultimo.
re illis præſtat:qui per diuinam reuelationem/aut inſpirationem/aliquid non ſolum ad ſuam Adeph.
ipſorum/ſed aliorum quoq; ſalutem acceperunt: ut & ſi intra ſe per ſummam deuotionẽ ſta/ v.
tim & ſine intermiſſione laudes & gratias deo agere debeant:dicente Apoſtolo:Gratias agen
tes ſemper pro omnibus:publice tamen lætitiæ ſigna non prius oſtendant:q̃ ad aliorum noti/
tiam perueniſſe rem intelligant. Tunc enim ad eorum/& cæterorum/qui poſterius audiẽt/ſtu
dia excitanda publicæ ſupplicationes indicendæ ſunt:& cantici/atq; hymni pſallendi.prophe ꝑs. xcv.
tæ Dauid exemplo:qui in reædificatione domus dei poſt captiuitatem ad diuinas laudes popu &. xcvii
pulum inuitans clamabat:Cantate domino canticum nouum:cantate domino omnis terra: &
quæ ſequuntur.& rurſum : Cantate domino canticũ nouum:quia mirabilia fecit.& hoc maxi/
me tunc fieri a Paſtoribus/his/ſcilicet/ qui cæteris præſunt/cõuenit:cum ex contemplatione Math.
ad gregis curam agendam redeunt:quemadmodũm & hos feciſſe uidemus:& Saluatorem:in xxvi. &
eo/qui ultimus eius uitæ fuit/die . Cum enim omnia cum diſcipulis diſpoſuiſſet : multaq; & Marci
maxima ſacramenta inſtituiſſet:ad extremam paleſtram/ certamẽq; acerrimũ exiturus/hym xiiii.
num cum his cecinit:ſicuti qui cohortatis militibus pugnam initurus eſt imperator:ſignũ tu/
ba dari iubet:quo ad dimicandum & inſtructiores illos reddat/& alacriores . Sed & poſt partã
uictoriam/ hoſteſq; ſuperatos triũphanti imperatori cani ab omni ordine ſolet:ſicuti poſt oc
ciſum Goliam:& Paleſtinorum ſeu Philiſtinorum diſſipatũ exercitũ Dauidi factum eſſe ſcri/ i. Regũ
ptura teſtatur.Hunc autem triumphum/mundi huius/& hoſtis antiqui:inſidiis exercitibuſq; xviii.
ſuperatis/in cælũ ut ducere poſſimus:ille ipſe præſtare dignetur:qui ſolus uictoriã:& uera ui/
ctricibus præmia dare poteſt. Cuius regnum & imperium ſine fine permanet in ſecula ſecu/
lorum.Amen.

FINIS SECVNDI TRACTATVS.

SEQVITVR TRACTATVS TERTIVS.

NAto ſaluatore: eiuſq; natiuitate per inſenſata cæli inſtrumēta: per ang elos/ ꝑ
homines ab angelis & ſyderibus edoctos: & per ſpūm deniq; diuinum nūcia/
ta/ atq; manifeſtata: illum circūcidi cōueniebat : & deo iuſta ex lege ꝑſoluere:
humaniſq; paſſionib⁹ atq; infirmitatib⁹ cōicare: & legis: cuius ipſe autor erat/
obire præcepta: quo illā & impleſſe dici poſſet / & cōſumaſſe . Neu prius eius/
quā ut ſanctā atq; neceſſariā ipſemet anteq̄ homo fieret : ad ſalutem hominū
cōſtituerat : imutaſſe potius argui poſſet/ atq; uiolaſſe: q̄ uerborum corticē & myſterioꝝ figu
ras ad planā ſenſus ſententiarūq; intelligentiā & latentiū ænigmatum elucidationē retexiſſe.
Hanc porro unam ex pluribus/ ſacrarum litterarū interpretes dn̄icæ circūciſionis afferūt ra/
tionem: quas & refellere inſanæ mentis eſſet: & alias inueſtigare ocioſum. Nec ea/ quæ ad litte
ralem ſenſum ꝑtinent/ attingere noſtri eſt inſtituti/ quæ tanto ſtudio/ tantaq; diligentia/ diui
no illuminati ſpiritu ſanctiſſimi catholicæ eccl'iæ doctores ſunt proſequuti: quoꝝ nō nos di/
gnos iudicam⁹: qui calciamētorum corrigias attingam⁹: q̄q̄ ubi ad ipſam lr̄alem intelligētiā/
uel allegoricū ſenſum/ nobis aliquid occurrit: qd' ab eorum dogmate non diſſentit: impune id
facere poſſe putamus: & ad illorum gratiam ac gloriam ꝑtinere: qui ſuis ſanctiſſimis/ acutiſſi/
mis/ ſolidiſſimiſq; doctrinis non modo iugum Chriſti nobis leuigauere: uerūetiam ſacrorum
eloquiorum campum/ durum/ ſane & aſperum/ maximiſq; dumiſq; & rubis: obſitum : & ꝑuiū
nobis fecere/ & culturæ idoneum præbuere. Ad moralem igitur (quam præſumpſimus) intel/
ligentiam hoc totum circūciſionis myſterium redigentes: ea/ quæ in præcurſoris circūciſione
a nobis dicta ſunt/ non repetemus. Sed quæ huic/ atq; illi/ conuenire uidebuntur : quæq; ex eo
tp̄e/ quo ea conſcripſim⁹/ ſpeculationi noſtræ ſupuenere: pia mente referemus. Sed priuſq̄ ad
litteræ explanationem iuxta ordinē noſtrū deueniamus: nonulla ad totius materiæ cognitionē
neceſſaria diſcutere oportet. Et in primis illud eſt maxime conſiderandum : ꝙ cum Saluatoris
ortus/ circūciſio/ cæteraq; geſta omnia/ ad perfectionis ſtatum : ꝓcurſoris uero ad ꝓficientium
ꝑtineant: nullum eſt utriuſq; ab Euangeliſta uerbum poſitū: quod nobis ad hoꝝ ſtatuū diuer/
ſitatē non aliqd afferre uideatur. Propterea quæ in utriuſq; natiuitate diuerſa inueniuntur : q̄
accuratiſſime potuim⁹: cū de illis tractauimus : diſcutere ſtuduim⁹: pariq; rōne idem hoc loco
facturi ſumus. Atq; illud ante oīa cōſideratione dignum putamus: ꝙ aliis uerbis idē Lucas cir
ca circūciſionē ꝓcurſoris eſt uſus: q̄ utatur in circūciſione Saluatoris. Ibi etenim dicit : & factū Textus.
eſt die octauo uenerūt circumcidere puer ī. hic aūt dicit: Et cum cōſumati fuiſſent dies octo ut
circūcideretur puer. Quæ ſane diuerſitas magnā nobis ad moralem ſenſum inter ꝓficiētes &
ꝑfectos differentiā oſtendit. Sicut enim in natiuitate Saluatoris impletos eſſe dies ut pareret
Maria: Euangeliſtam magno cū myſterio dixiſſe docuimus: cū in natiuitate ꝓcurſoris dixiſſet:
impletum eſt tempus/ quaſi maiorem dierum q̄ temporis implemētum/ ꝑfectionē ſignificare
uoluerit: ita hic quoq; longe maiorem perfectæ rei expſſionem cōſumatio dierum deſignat ꝙ
die octauo res ſit geſta . Quis enim dubitat/ uerbū cōſumare rē oīi ex ꝑte abſolutā/ ꝑfectāq;
ſignificare: ad cuius cōprobationē cū plurima ex ſacris litteris citari teſtimonia poſſint: hæc ad
Io.xix. rem abunde oſtendēdā ſatis erunt. Chriſtus enim cū myſteriū ſalutis nr̄æ integre abſoluiſſet/
aīam pr̄i redditur⁹ dixit: cōſumatum eſt: Illicoq; ſanctiſſimam aīam exhalauit/ ac ſi apte dice/
ret: nihil amplius in hac mortali uita ꝓ ueſtra redemptione ꝑ me reſtat agendū. Paulus quoq;
mortē ꝓxime ſibi imminere ꝓuidens: cōſumaſſe & ipſe curſum miniſterii ſui chariſſimo diſci/
ii.ad thi pulo ſcribēs atteſtat᷑. Ait enim : Curſum cōſumaui: in reliquo poſita eſt mihi corona iuſticiæ.
mo.iiii. Quod enim initio diei octaui factū eſt/ id die octauo factū eē nemo negauerit. ſed cōſumatos
eſſe dies octo/ niſi ad extremā horā ꝓuētū ſit: & illa qdē integre lapſa: dicere non poſſumus: &
re qdē ipſa ita cōtigiſſe euāgelica ſatis apte nobis teſtatur hiſtoria. Enimuero Chriſtum nocte
natum Lucas teſtatur: qui paſtoribus ſuper gregem ſuum noctis uigilias cuſtodientib⁹ denun
ciatam natiuitatē eius refert: tametſi de hora parum ex canone ſacræ ſcripturæ cōſtat. Verum
ante lucem natū ſatis eſt ad inſtitutū noſtrū. ea ſiquidē nocte/ quæ diem circunciſionis ꝓceſſit/
conſumatos fuiſſe dies octo ſit perſpicuū. neq; enim noctu circūciſionē factam uero eſt ſimile.
Quid igit᷑ hæc nobis diuerſitas aliod exprimit : q̄ Saluatoris oīa: q̄ ꝓcurſoris/ opera oportere
eē ꝑfectiora. Propterea dr̄: ꝙ dei ꝑfecta ſūt opa: qa & ipſe ſūme ē ꝑfect⁹. In Sapia quoq; legit᷑:
Deter. Iuſtoꝝ aūt ſemita q̄ſi lux ſplēdēs ꝓcedit/ & creſcit uſq; ad ꝑfectā diē. Hanc igit᷑ Saluatoris cir
xxxii. cūciſionē nō q̄cūq; hora octaui diei fieri ſatis eſſet: niſi & minuta quæq; horæ portio ꝓteriiſſet:
Prouer. hoc eſt nō linguā/ nō man⁹/ nō oculos/ cæteroſq; ſenſus corpeos ab oīi opatione noxia circū
iiii. ciſis oſtēdere ꝑfecti debent exterius : ſed & cor ipſum ab omni praua cogitatione interius ha/
bere purgatū: quæ uera eſt & ꝑfecta in nobis circūciſio: quēadmodū cū de ꝓcurſore circūcidē/
do loqueremur: a nobis abūde eſt oſtēſum: uel nō ab hoc peccato aut illo/ hoc tēpore uel illo:

ſed ab omni prorſus flagitio etiam non læthali/ omni quoqꝫ tẽpore abſtinere perfecti debent:
immo (ut Apl's inqt) Ab omni ſpecie mala. & inſuper cũ ꝑ octo dieꝝ numerũ/ quos circũciſio i.ad the.
nẽ ꝓcedere oportet/ octo uirtutũ gradus/ quos in ſupiorib⁹ quoqꝫ ſæpe enũerauim⁹/ ꝑfigurẽt: v.
nõ ſatis ẽ extremũ gradũ attigiſſe: ſed cõſcẽdere illũ: pedẽqꝫ ſup eũ figere neceſſe eſt. iuxta qd
de Ioſia legit: ꝙ ſtetit ſup gradũ tẽpli. i. in ſublimi pte ꝑ bonæ atqꝫ exẽplaris uitæ ſupeminen/ iiii. reg.
tiã: & legẽ dñi populo audiẽte ipſe ꝓmulgauit. & illud idẽ de Eſdra legit. Iſti autẽ dies octo ſic xxiii.
cõmemorant: ut & circũciſiõis/ & natiuitatis dies ĩcludant. Sicqꝫ fit: ut octauo ab natiuitate die Nec.v.
circũciſio facta dicat. Eoqꝫ mõ qd ad lr̃alẽ ĩtelligẽtiã uidet eſſe diuerſum: & aliter dies ĩ Salua
toris/ alr̃ in ꝓcurſoris/ circũciſiõe eſſe cõnumeratos re ipſa nõ diſſonat: ſed ad moralẽ tñ ſen/
ſum hæc loquẽdi diuerſitas ptinere uidet. Atqꝫ iccirco ſcd̃m hũc dierũ numerũ/ ꝑm⁹ dies na/
tiuitati aſcribit: cæteri ſeptẽ ad circũciſionẽ expectantur/ ꝑ qd intelligi põt: eũ/ qui ꝑfectionis
gradũ primũ eſt ingreſſus/ ꝑ ſeptẽ uirtutũ (q̃s ſupiore ꝓximo tractatu enumerauim⁹) ſemitas
ambulaſſe: oportere/ ꝓus q̃ circũcidat/ ideſt ĩmaculatũ & mũdũ ab oĩ labe/ q̃tũ hũana pmittit
fragilitas/ ſe oñdere. Totidẽ eñ gradib⁹ ad tẽplũ ſanctũ/ qd Ezechieli in ſpũ oſtẽſum eẽ ipſe Eze.xl.
teſtat/ patebat aſcẽſus. Siue igit octo dies cõputem⁹/ octo uirtutes exꝓmunt/ ꝓut ĩ circũciſio/
ne ꝓcurſoris dixim⁹: ſiue etiã ſeptẽ ad paris numeri alias ab illis effectu nõ differẽtes repreſen
tãdas atqꝫ exprimẽdas/ & figura & auctoritas ſeſe offert. Verꝝ qd in circũcidẽdo ꝓcurſore/ idẽ
numerus dieꝝ obſeruat: q̃ in Saluatore: id nobis nimirũ demõſtrat: pari ad utrunqꝫ ſtatũ aſcẽ
dendũ eſſe gradu: parẽqꝫ ad utrũqꝫ ſubeſſe difficultatẽ: ut ĩ ſupiorib⁹ quoqꝫ a nobis ẽ oſtẽſum:
ſed quẽadmodũ ĩ ꝓxĩe ꝓcedẽti tractatu expoſuim⁹: eiuſdẽ gñis gr̃a in aliis ꝓfuſior eſt atqꝫ teſta
tior: in aliis ſtrictior/ atqꝫ occultior. Ita quoqꝫ & uirtutes morales in qbuſdã ſunt ꝓclariores: in
aliis obſcuriores. Septẽ igit/ octoue gradus/ qb⁹ ex pœnitẽtiũ ſtatu ad ꝓficiẽtiũ: & ex eoꝝ rur/
ſus ad ꝑfectoꝝ ſtatũ ꝑuenitur: & ſi re ipſa idẽ ſint: lõge tñ excellenti⁹ in ꝑfectis eminere debẽt:
q̃ in ꝓficientib⁹. Quod enim Saluator dixit: Si uis eſſe ꝑfectus: uade/ & uende oĩa/ quæ habes/
& da paupib⁹: nõ aliud eſt mãdatũ ab eo: quo deũ ſup oĩa: & ꝓximũ noſtrũ ſicut nos metipſos:
iubemur diligere: ſed dilectiõis feruorẽ atqꝫ actũ excellẽtiſſimũ oſtẽdit. Nã alioqn quo pacto
uerũ eſſet: qd ille dixit: Qui diligit ꝓximũ: legẽ ĩpleuit. Iidẽ igit ſũt gradus: eædẽqꝫ uirtutes: Ad Ro.
ſed ꝑfectius ab his: q̃ ab illis habent atqꝫ exercẽtur. Verũ iam par eſt: ut ad reliqua tranſeam⁹. xiii.
Cum itaqꝫ in ꝓcurſoris circũciſione magn⁹ referat ab Euãgeliſta uicinoꝝ & cognatoꝝ cõcur/
ſus eſſe fact⁹: multaqꝫ de nõis impoſitione cõtrouerſia: & utriuſqꝫ parentis ꝓphetic⁹ ſermo: ui
cinorũqꝫ/ ac remotiorũ/ in mõtanis habitantiũ timor & admiratio: Cur hoꝝ nihil in circũciſio
ne Saluatoris factũ legimus. Hoc eñ neutiqꝫ fortuitũ cõtigiſſe arbitrari debem⁹: ut ſæpe dixi
mus. Sed ſecretã & eam qdẽ ꝓfundã hr̃e rõnem/ atqꝫ ſignificationẽ: in qua inueniẽda ſi qs aut
prius laborauit/ qd nobis nõ innotuit/ aut poſthac laborabit: ad dei & diuinæ parentis gloriam
atqꝫ honorem ptinebit. nos alioꝝ ingenia ſtimulabimus: & iuxta priorẽ ſenſum/ quod inſpi/
rante deo nobis occurret/ ꝓferem⁹. Proficientẽ ſiqdem tãetſi ad deum recta intentione ſit con
uerſus. Ex quo tamẽ nec dũ ſeculi hui⁹ curis ſe totũ abdicauit: multæ humanæ miſeriæ curæue
circũſtãt: quib⁹ ꝑfectioris uitæ hoĩes ſunt immunes Propterea: dũ ſe his abſoluere contendit/
qd eſt ſenſus humanos cultro diſciplinæ cœleſtis circũcidere/ cognati hoc eſt carnales amici
etiã fideles & uicini/ ideſt eãdem uitã ꝓfitentes/ de hui⁹ circũciſione/ ideſt mortificatiõe ſenſuũ
& opationib⁹ uirtuoſis aliter ſentiũt: q̃ diuina gr̃a huic reuelauerit faciẽdũ: qb⁹ niſi cõſtãter ipſe
reſtiterit/ & in diuina uocatiõe ꝑſiſtere ſe uelle abſolute demõſtrarit: ſub ſpẽ melioꝝ deterior
ra ꝑſuaderẽt: ſicuti in circũciſione ꝓcurſoris eſt oſtẽſum. Vbi uero ꝑfectiõis gradũ qs eſt ĩgreſ
ſus: iamqꝫ ꝑ ſtellã/ & ꝑ angelos/ exuberãtis in eo gr̃æ/ eo quo in ꝓcedẽti tractatu declaratũ eſt/
modo/ atqꝫ ordine ſigna patuerũt. Nec in pr̃na domo/ huius/ ſcilicet ſeculi inter cognatos &
uicinos carnaliter adhuc: tãetſi chriſtiano ritu uiuentes: ſed extra pr̃ios lares in ſtabulo religio
nis uel cõtẽplatiõis eſt nat⁹/ ideſt a ſclariũ exercitationũ ꝑturbatiõe ſeqſtrat⁹: nemo de nõie il/
li ĩponẽdo diſceptat: ſed ubi ſe circũcidẽdũ ꝓbet/ ideſt ꝑfectã/ ꝑpetuãqꝫ humanaꝝ cõcupiſcẽtia
rũ abſciſionẽ/ ãputationẽqꝫ ꝓfitet: & Ieſus. i. ſalutis uel ſaluatoris nomẽ a Maria/ gr̃a. ſ. illumi
nãte/ & Ioſeph. i. augmẽto ipſi⁹ gr̃æ illi ĩponit: abſqꝫ ulla diſceptatiõe ſeu cõtrouerſia hæc oĩa
ꝑaguntur. Neqꝫ eſt aliqs uicin⁹ aut cognat⁹: q alio illũ nõie uocari debere contendat: quĩmo in
eo circũcidẽdo nullus eoꝝ uocat: qa talia ꝑfectiõis opa diuina gr̃a coopante intra cordis pene
tralia/ uel ĩtra clauſtrũ/ aut ĩ ſolitudine animi/ & ſemotis carnalib⁹/ hũaniſqꝫ curis/ oĩb⁹/ edun
turq̃/ qui uidẽt/ fideles nõ arguũt: ſed admirant poti⁹ & cõmẽdãt. Et iccirco de Chriſto teſtat
Euãgeliũ: ꝙ docebat/ nõ ſicut phariſei q legẽ exponebãt: ſed ſicut ptãtẽ hñs. Itẽ de eo ſæpe le/
git: ꝙ diſcipli/ & ſi aliqd uiderẽt illũ faciẽtẽ qd ĩ alio fortaſſis reꝓhẽdiſſent: nõ tñ aut eũ argue Mat.vii
re/ aut rationẽ facti ab eo exigere audebãt: ſicuti cũ eum ſolũ cum muliere ſamaritana loquen Mar.i.
tem

tem inuenerūt. Cum enim tāta eſſent in natiuitate Saluatoris uiſa miracula in circūciſione/quæ
Io.iiii. pro obſeruātia legis fiebat/nullū erat neceſſariū/aut conueniens:nec erat admiratione dignū:
ꝙ huic a parētibꝰ nouum imponeret̄ nomē/Illuſtre ſane atq; elegās:cum longe de eo maioris
admirationis argumēta ꝓdiiſſent:ex qbus/qui aderāt/hoc a deo ꝓueniſſe apte cognoſcere po
terāt. Itē in purificatione Mariæ paulo poſt/erat in loco eminētiore faciēda manifeſtatio:ſcili/
cet in tēplo:de qua paulo poſt dicemus:quæ in ꝓcurſore facta nō legit̄. Vnde actus iſte nullam
aptiorē admirationem merebatur:idq; ad ꝓcedentē ſenſum hoc nobis exprimit:ꝙ carnis caſti
gatio/& cætera auſteritatem uitæ cōcernentia/ab his/qui ꝑfectionis ſemitā ſunt ingreſſi/pri/
uatim qdem & ſemotis arbitris fiūt:quæ uero ad aliorū eruditionem ꝑtinēt:palam ac manife/
Matt. x ſte:quod & Chriſtꝰ ipſe nos docuit: qui & in deſerto ieiunauit:& oraturus loca ſolitaria petiit:
iiii. Mar auulſuſq; a diſcipulis mixtū ſanguine ſudorē emiſit: palā uero & ꝓdicauit:& miracula magna
ci.i. & ex parte fecit. Admirabile præterea nomē hoc fuit:qd a parentibꝰ illi nō impoſitū:ſed expreſ/
vi. Lucæ ſum eſt. Vocatū eſt (inquit) nomē eius Ieſus:qd uocatū eſt ab Angelo/prius q̄ in utero cōcipe Textus.
y.vi.& retur. Hoc eñ eſt nomen illud qd (ut dicit Apoſtolus) eſt ſup omne nomē:& in quo omne ge/
ix: nu flectitur/cæleſtiū/terreſtriū/& infernoꝝ. & de quo principes & cōſilium iudeoꝝ dixit: Nec
Lu. xxii aliud nomē ſub cælo datū eſt hoībus: in quo oporteat nos ſaluos fieri. In hoc enim nos bapti/
Marci zandos/& ſaluādos/& dæmonia deniq; eiciēda/ſanitates cōferēdas:& miracula faciēda/ Salua
viii. Io. tor ipſe declarauit:nec fruſtra qdem. Nā ſubiūgit Euāgeliſta: Illi aūt ꝓfecti ꝓdicauerūt ubiq;/
xviii. domino cooperāte/& ſermonē cōfirmāte/ſequētibus ſignis. Cuiꝰ rei cū infinita extēt ex ſacris
Ad phi. litteris/ſanctorūq; uirorū ſcriptis/teſtimonia:in actibꝰ apoſtoloꝝ:illud fuit illuſtre ac memora
ii. bile:qd Petrus ad portā tēpli ſpecioſam ſedentē claudū/hoc ſolo noīe ſanū fecit. Immo & Sal
Act. iiii. uatore ipſo adhuc in humanis agēte/diſcipuli in eiꝰ noīe dæmonia eiiciebāt/ac ſubiiciebāt. Re
Marci miſſionem aūt peccatoꝝ eius uirtute fieri in actibꝰ apoſtolus Petrus teſta. Et in epl'a canonica
xvi. Ioannes:& nec hoc qdē tantū nomē iſtud ineffabile ꝑſtat:ſed & ſanctificationē & iuſtificationē.
Act. iii. Ait enim Apoſtolus: Sed abluti eſtis & ſanctificati/& iuſtificati in nomie domini Ieſu. Et alibi
Luc. x. quoq;: In huius noīe inuocatione ſalutē tribui/ipſe idē teſtat̄ dicens: Omnis quicūq; inuocaue
Actu. x. rit nomē domini/ſaluus erit. & in ſumma:qcquid in eo noīe a deo pr̄e recte petitur:filius ipſe
&. xxii. cōcedendū eſſe ꝓmiſit. Sed nemo recte in eius noīe petit/ cuius petitioni ſancti ſpūs gratia nō
i. Io. ii. aſſiſtat. Nemo enim (inquit Apl's) pōt dicere dominus Ieſus:niſi in ſpū ſancto. Huius aūt no/
i. ad cor. minis dignitas/atq; excellētia cū ex ſupradictis:tum uero ex aliis pleriſq; deprehēdit̄: ex figu
vi. ra/ſcilicet ex ethimologia ex litteris ſeu figuris/ex ſyllabis/& ex declinatione. Tres enim in
Ad ro. x ueteri teſtamēto hoc noīe uocati/ſunt uiri illuſtres: q hūc uerū & promiſſum a deo Saluatorē
Io. xvi. præfigurarūt. Hoꝝ primꝰ fuit Ieſus naue:qui populū iſraeliticū in terrā ꝓmiſſiōis introduxit.
i. ad cor. Secundus a Moyſe dux hebreoꝝ/quiq; ut ſacræ ſcripturæ interpretes uno ore cōſentiūt: huiꝰ
xii. meſſiæ typū noīe & factis geſſit:ſicut ex ſerie eiꝰ (q illi iſcribit̄ poſt Deuteronomiū) libri/apte
deprehēditur/& in paucis Salomonis uerbis exprimunt̄:neq; per ſingula eius geſta hæc com/
Ec. xlv. probare nobis in aīo eſt:quādo & integrū uolumen hoc unū opus exigeret/& a ſacrarū litte/
rarū interpretibꝰ abūde eſt traditū:ſed ad compendiū hoc ſatis erit:ꝙ ſicut defuncto Moyſe le
gis antiquæ latore/Ieſus ille alio noīe Ioſue uocatꝰ/ex deſerti uaſta ſolitudine in terram ſan/
ctam proſtratis hoſtibꝰ introduxit. Sic Ieſus noſter defecta/atq; immutata ueteris teſtamēti le
ge populū electū/ideſt prædeſtinatos oēs/in terram ſanctā æterne/ſcilicet beatitudinis deui/
ctis infernalibus potētiis fortiſſime in cruce pugnās attraxit. Secundus uero fuit Ieſus ſeu Io/
i. Eſd. v. ſue filiꝰ Ioſedech qui cum Zorobabel filio Salathiel tp̄e Darii regis cœpit templū hieroſoli/
& Eccle. moꝝ deſolatū reædificare. Zorobabel quidem ex regia ſtirpe & Dauid ſemine originē duce/
xlix. bat:& iterpretat̄ ꝓnceps tranſlationis:uel magiſter cōuerſionis. Ieſus aūt ille Ioſedech filiꝰ de
i. ad thi. ſacerdotali erat gn̄e/ipſeq; ſacerdos. Hi igit̄ ambo cōiūctim Ieſum ueꝝ regē & ſacerdotē ſi/
vi. & a/ gnificāt. Ipſe eñ eſt rex regū & dn̄s dn̄antiū:& ſacerdos in æternū. Itē & ſaluator eſt cōuerſio
poc. xix niſq; magiſter:qa ipſe eſt:q ſaluū fecit populū ſuū a pc̄tis eoꝝ: & q dixit: Vos uocatis me magi
ps. cix. ſter & dn̄e:& bn̄ dicitis. & de quo dicit ꝓpheta: Ecce dies uenerūt/dicit dn̄s: & cōuertā conuer
Math. i. ſionem populi mei iſrael/& cōuertam eos ad terram quā dedi patribꝰ eoꝝ. Hic igitur tēplum
Io. xiii. ſinagogæ deſtructū reædificare cœpit:& innouare in eccleſiā nouā grāe. de quo myſtico ſenſu
Hiere. l. intelligi & illud pōt:qd Saluator ipſe dixit: Soluite templū hoc/ſcilicet legis antiquæ/me cru
Io. ii. cifigendo/& ego poſt triduum/ſcilicet reſurgēdo reædificabo illud/ideſt iā per me q̄ per apo
Ad Ro. ſtolos/& fideles cōfeſſores meos in nouam eccleſiā inſtaurabo. Ipſe eñ eſt lapis qui factus eſt
ix. in caput anguli:ut duos parietes cōiungeret Ipſe inquā eſt petra ſupra quā eccleſia eſt funda/
Mat. xxi data:& altare ſacrificii noſtri. Ipſe deniq; eſt ædificator/faber/& Architectꝰ tēpli huius:quod

ſumus nos: Ait eñ apl's: Dei ædificatio eſtis: & Dauid. Edificãs hierl'm dñs. & oĩa cõcludens di/ i. ad cor.
cit apl's: Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dign⁹ habitus eſt: q̃to ampliorẽ habitatorẽ ha iii.
bet dom⁹: q ædificauit illã: oẽs nãq; domus fabricant̃ ab aliquo. Qui autẽ creauit oĩa deus eſt: ps. cxlvi
& ĩfra: Chriſt⁹ uero tanq̃ filius in domo ſua: q̃ dom⁹ eſtis uos. Terti⁹ aũt Ieſus/de quo ĩ lege ue Ad heb.
teri habet̃ memoria fili⁹ fuit Syrach: q diſciplinæ & ſapiæ doctria ſcripſit & renouauit ſciam iii.
& ſapiam de corde ſuo. qđ & Ieſum nr̃m amplius/pfectiuſq; cæteris oib⁹ feciſſe ãbigit nemo. Ec. l.
De hoc itaq; Saluatore populi regeq; & ſacerdote plura myſtico ſenſu ſcripſit Zacharias pro
pheta: & de hoc etiã alius loqtur in ſpũ q dixit: Et exultabo in deo Ieſu meo. & in eccleſiaſtico
Salomon. Horũ igitur ſucceſſor nois Saluator eſſe uoluit: q & bello & pace clariſſimi fuere: & Zac. iii.
iudeoꝝ populo ſalutẽ dederũt/aut religionem ac cerimonias amplificauerũt uel reſtituerũt. Ec. xliii.
& p eos abſq; cõtrouerſia uerus ſaluator Ieſus fuit pfigurat⁹. Nec min⁹ ad hãc ſniam cõuenit
nois ethimologia. Saluator enim nr̃a lingua idem qđ Ieſus in hebraica ſignificat. Hoc aũt pci
pue nomẽ Chriſto redemptori nr̃o cõuenire in ſupiorib⁹ oſtẽdim⁹. & a Mattheo aptiſſime tra/
ditur. Refert enim angelũ: dũ Ioſeph de Mariæ cõiugis pgnãtis integritate titubãtem confor
taret: illi dixiſſe: pariet qdem filiũ: & uocabis nomem ei⁹ Ieſum: ipſe enim ſaluum faciet popu/
lũ ſuum a peccatis eoꝝ/ac ſi diceret: Iccirco ita uocabitur: qa ex nois ethimologia uirtutis ſub Mat. ii.
ſequetur effect⁹ Idem & Eſa. cecinit dicẽs: Apperiat̃ terra. ſ. Maria & germinet Saluatorem.
Ex litterarũ aũt numero/& figura ĩterpretatioeq;/& uirtute/nomen iſtud Chriſto cõuenire: Eſa. xlv
facile oſtẽdem⁹. In hoc eñ ſcribẽdo/q̃ttuor ſunt figuræ ſeu lr̃æ/tres qdẽ uocales diuerſæ: ſcili
cet. i. e. & u. & una liqda/ſcilicet. s. q̃ eſt repetita: & pinde qntã efficit numero. Illud aũt hoc no/
bis ſignificare põt: in hoc Ieſu fuiſſe totã trinitatem & integrã diuinitatẽ: qa ĩpe dixit: Qui ui/
det me/uidet & pr̃em meũ. & ego & pr̃ unũ ſum⁹. Tres eñ illæ uocales tres pſonas exprimũt:
liquida uero bis poſita/unitatẽ ſubſtãtiæ diuinæ dupliciter oſtendit/in q̃libet/ſcilicet triũ pſo Io. xiiii.
narũ/& ſimul in trib⁹: nec iſtarũ lr̃arũ natura ab hac abhorret inductione. Prima eñ uocalis/
ſcilicet. I. duplici rõne pr̃i cõuenit: primũ qa hæc ſola inter cæteras eſt oĩpotens: Quicqd enim
cæteræ ſimul oẽs poſſunt hæc põt ſola: orõnem/ſcilicet ĩtegrã pficere. Nã & officio lr̃e fungit̃
iũcta cæteris: & ſyllabã ſolã cõſtituit/atq; dictionem: q̃ uerbũ eſt/ex eo/is deſcendẽs. qđ ſi ĩpe
ratiuæ ponat̃ integrã efficit orõnem. Hui⁹ igit̃ oĩpotentiæ/q̃ pr̃i attribuitur/rõne pr̃em ipſum
repñtat: nec ex eo tm̃ q uerbũ ſola pducit: ſed & ex uerbi ſignificatione pr̃num officium facit.
Ait enim ſcriptura: q pr̃ filiũ miſit in mũdũ: illud aũt p uerbũ. I. ſignificat̃ qđ idem eſt ac ſi di
ceret: uade. Hæc aũt figura apud hebreos/qua in lingua nomen hoc Ieſus pmũ fuit pnũciatũ/ Ioã. iiii.
pncipiũ ſignificat: qđ ſoli pr̃i cõuenit: q nõ ſolũ rerũ oĩum principiũ eſt p creationẽ: ſed & ipſi⁹ vi. & x.
filii p æternã gñationem: & ſpũs ſancti p æternã ei⁹ a pr̃e nõ uti pmo principio/& a filio ſimul & ad ga
uti pr̃i coeterno & cõſubſtãtiali pceſſionem. E. uero lr̃a ſpũi ſancto in hac pte iccirco conuenit: la. iiii.
q latine dictionẽ efficit/quæ idem qđ ex uel de ſignificat: quo in ſenſu appoſitiſſime ſpũi ſc̃tõ
cõuenit ppter duo: primo qa ipſe ex pr̃e & filio pcedit: ut pxime diximus. Præpoſitio enim no/
mini ſeruit: nomẽ aũt ſubſtãtiã ſignificat uel q̃litatẽ: ſed hoc loco cum ad pr̃em & filiũ refert̃/
q̃ ſubſtãtiua ſunt noĩa/ſubſtãtiã abſq; dubio ſignificat. Perinde eſt ergo ac ſi diceremus/ſpũs
ſc̃tũs ex ſubſtãtia pr̃is & filii pcedit. Alia etiã rõne. E. lr̃a ſpũi ſc̃tõ cõuenit: qa ex eo/ſeu de eo cõ
ceptus eſſe fili⁹ dr̃: ſicut a pr̃e genit⁹: quemadmodũ in ſimbolo legim⁹. & apud Mattheũ Ange
gelus de Maria pgnante uiro ſuo loquẽs dixit: Quod enim in ea eſt/de ſpũ ſc̃tõ ẽ. Eyn quoq; Matt. i.
lr̃a/quã huius loco hebrei habẽt/oculũ/ſeu fontẽ ſignificat: utrũq; aũt huic ſpũi ſc̃tõ cõgruit.
Oculus ſiqdem lucẽ dat/& illuminat: ſicut dicit in euãgelio Chriſt⁹: ſic & ſpũs ſanctus/qui in Matt. vi
ignis ſpecie/aplorum mẽtes lumen ſciæ/ac ſapiæ illuminauit: nr̃a quoq; corda lumine fidei &
charitatis illuminat. Eſt etiã fons irriguus & flumina oĩs gr̃æ pducens: abũdeq; terrã irrigans.
de quo dr̃: Quia apud te domine eſt fons uitæ. & alibi: Fluminis ĩpet⁹ lætificat ciuitatem dei. & Pſalmo
rurſum dicit Saluator: Qui credit in me/flumina de uentre eius fluẽt aquæ uiuæ. Hoc aũt Euã xxxv.
geliſta teſte dixit: De ſpũ quẽ datur⁹ erat credẽtib⁹ in eum. Propterea de eo ſacra canit Ecclia: ps. cxlv.
Fons uiu⁹/ignis/charitas. Porro. V. lr̃a filio/q & uerbum dicit̃/applicari uel ea rõne põt: q ab Io. vii.
ea nomen hoc uerbi initiũ habet: ſed hæc uulgaris/rudiſq; eſt ratio: ſiqdẽ ab ea pte/qua princi
piũ eſt dictiõis argumẽtũ ſummere uolum⁹: infinite occurrerẽt ab ea inchoãtes dictiones: nec
rõ ulla ad hanc nos coharctat. Alia igit̃ pbabiliter uidet̃ rõ reddi poſſe: quæ ex lr̃æ ipſius figu
ra deprehendit̃. binis enim brachiis ab imo clauſa: & ſurſum equis ſpaciis ſeſe dilatãs in trique
trã formã conſurgit. qđ ſane uerbi diuini ppriũ eſt. Hæc eñ triũ pſonarũ media æque ad pr̃em/
& paracletũ ſe extẽdit/qa utriq; cõpar eſt/& cõſubſtãtialis/coequaliſq;/& ſurſum latera porri
git: q̃ſi ad diuinitatem/cæleſtemq; ſublimitatẽ reſpiciẽtia. q uero deorſum reſtricta cõtrahit̃:

& uacat

Geñ.i. & acuta in imo apparet:duoꝝ alterum/aut ſimul utrunq;/figurat:ꝙ ſcilicet in Sapīa (quæ illi
ꝑs. ci. & tribuit)inferiora oīa creata ſunt:dicēte Propheta:In ꝑncipio/ideſt in uerbo creauit deus cælū
ciii. & terrā.& ali⁹:& tu dñe in ꝑncipio terrā fundaſti/& opa manuum tuaꝝ ſunt cæli. & alibi:Oīa
Hie .lv. in ſapiētia feciſti.& rurſus:Alius:q fecit terrā in fortitudine ſua & præparauit orbē in ſapiētia
Sapiæ ſua. Illius quoq;ꝓuidētia creata oīa gubernant:dicente Sapīa:Tu aūt pr̄ gubernas ſapīa/ideſt
xiiii. per filiū qui eſt ſapīa.& alibi:Per me reges regnāt/& potentes decernūt iuſticiā.ꝙ aūt hæc lit/
Prouer tera in exiguum angulū inferre deſinit:ſignificare pōt:ꝙ ſcilicet uerbū iſtud uere lapis eſt qui
bi.vii.& reprobatus ab ædificātib⁹factus eſt in caput anguli Tū ex eo ꝙ(ut ꝓdixi)deſinit in angulū ab
viii. inferiori parte/ideſt ab humanitate in q̄ ab iudeis reprobat⁹ eſt:ſed a deo elect⁹ & poſit⁹in ca/
ꝑs.cxvii put anguli/ideſt ut utrūq; parentē ſinagogæ.ſ.& eccl'iæ cōiūgeret:ſicut dicit ꝓpheta Dauid:&
Hiere. ali⁹iteꝝ:Ecce ego mittā in fūdamētis ſyon lapidē angularē.ꝓbatū/ꝓcioſum/in fūdamēto fun
xxviii. datū.De hoc etiā apl'oꝝ ꝑnceps dicit:Ad quē accedentes lapidē unū ab hoīb⁹ qdē reprobatū/a
i.Pe.ii. deo autē electū & honorificatū.Et Paulus ipſo ſūmo angulari lapide Chriſto Ieſu/in quo oīs
Ad eph. ædificatio cōſtructa creſcit in tēplū ſanctū in dño.tum uero ꝙ lapis/qui in angulo ad duos pa/
ii. rietes copulandos locat.In angulo qdē cōſtrictus & acuminat⁹:& ad utrūq; lat⁹ æqualiter pro
tenſus huius litteræ. V.formā/figurāq; ſeruat.Item & ex alio/hæc litteræ figura in parte infe
riori anguſta ſignificat:ꝙ hoc uerbū ad inferiora terræ penetrās per incarnationē ex immēſis
cæli ſpaciis in adoleſcentulæ uirginis uterū ſeſe cōcluſit:& in anguſto præſepis receptaculo re
clinatus eſt infans.Dehinc in anguſtiſſimo crucis patibulo redēptionis noſtræ myſteria cōſu/
mauit.exhalataq; aīa anguſti quoq; ſepulchri ſpelūca corp⁹ circiter triduū ſeruauit exanime.
Et inſuper q̄q̄ uniuerſi orbis & factor eſſet:& dñs:Anguſtā Paleſtinæ ꝓuinciæ portiunculā per
tres: & triginta/quos mortalis nobiſcū egit/annos:nunq̄ exceſſit . & in ſumma q̄tenus noſtrā
miſeriā aſſumpſit:infima anguſtiſſimaq; in eo fuere oīa. Cui⁹ magnitudinē/ſublimitatēq;/ ex
diuinitatis portione/ne cæli quidē ipſi capere poſſunt.Propterea de uirgine glorioſa canitur:
ꝙ eum/quem cæli cape nequierāt/ſuo cōtulit gremio.Huius quoq; litteræ formā Chriſt⁹ ipſe
pendēs in cruce ſurſum brachiis extēſis/pedibuſq; in imo clauo uno cōfixis in ſuo corpe ptu/
lit:quēadmodū & ex crucis forma TAV ſignū figuratū prius exꝓſſit. Hebraice autē hui⁹litte
ræ ſignificatio hoc idē exprimit:VAV enim eorū lingua tripliciter accipit: aliquādo ꝓ uerbo
eſt:iterdū ꝓ copula ET:nōnunq̄ pro ꝓnoīe IPSE.Horū ſane quodlibet filio cōuenit. Ipſe ſiq/
dem uerbū eſt:ut diximus. Itē & hoc particulare ſcilicet eſſe illi conuenit. De eo enim dicit:ex
ꝑs.xcii. tūc a ſeculo tu es:& de ſeipſo hoc idē teſtatur ipſe:dū dicit:Ante q̄ Abraam fieret ego ſum. &
Io.viii. in Apocalipſi.Ego ſum Alpha &.O.ꝑncipiū & finis:& dicit dñs qui eſt/q erat/& q uentur⁹eſt.
Apoc.i. Quod quidē & ad totā trinitatem ptinet ſicut & cæteræ oēs uirtutes & actiones:ꝓter eas/quas
&.xi. relationes uocam⁹/& quæ ex his ꝓcedūt opationes:quæ ꝓprie ſunt ſingulaꝝ pſonarū.& in no
bis nō in illis ex tpe uariantur/acciduntq;. Illudq; igit de tota trinitate intelligi poſſe dicim⁹:
qđ dictū eſt:Ego Sum q Sum:ſicut in Exodo legit.& ad ſingulas pſonas referri : ſed ad filiū
Exo.iii. aliquo etiā reſpectu pſonaliter & ꝓprie:uti paulo infra oſtēdemus.Pro copula & icirco recte
ponit:tū ꝙ pr̄i æterno ac ſpūi ſctō inſeparabiliter eſt cōiunctus: tū ꝙ diuinam naturā cum hu/
mana:& ſinagogam cum eccleſia:& homines cum Angelis:& terrena cū cæleſtibus ipſe cōiū/
Adeph. xit.Et in ſumma fecit utraq; unū:& reliqua quæ Apl's ſcribit. Pronomē quoq; demōſtratiuum
ii. IPSE/illi maxime cōpetit:qui de ſe dicit.Videte quia ego ipſe ſum:& demōſtrabilē ſe fecit ho
Lucæ minibus:quibus cū (ut ait Propheta) cōuerſatus eſt.eumq; Ioannes digito demōſtrauit. Nec
xxiiii. abre quidem hoc loco duæ priores uocales cōiunctæ ante ponūtur:quæ patrē & ſpiritum ſan/
Baruch ctum repræſentāt.Tertia uero/qua fili⁹exprimitur/liquida interpoſita poſtponitur. Quāuis
iii. enim in trinitate filii pſona ſit ſecūda/& ꝓinde media:In hoc tamē incarnatiōis myſterio duæ
Io.i. patris & filii pſonæ ſuam in ſemetipſis:atq; in cælo & in terra ſeruarunt maieſtatem. Neutra
ſiquidem carnem humanā aſſumpſit:ſed filius ipſe ſolus:qui & uerbum : patre nihilominus ac
ſpiritu ſancto cooperātib⁹humiliationis huius uicem eſt ſortit⁹:ſiquidē habitu inuētus ut ho/
mo humiliauit ſemetipſum uſq; ad mortē.Neq; tamē dū hoc fecit : patris ſinū deſeruit : quin
cum eodē patre & ſpiritu ſancto æternā retinens maieſtatē:In humano quoq; corpe/qđ aſſum
pſit/eandē q̄uis latentē & abſcōditam ſeruauit:ita ut & in cælo/& in animato corpe:& in ſepa/
ratis humanæ ſpeciei partibus anima ſcilicet & corpore integra eſſet:ſemperq; fuerit ipſi⁹ fi/
ꝑs.xv. lii Deitas.Immo & Trinitas tota q̄uis non incarnata:cū in eius pſona dixerit Propheta: Non
derelinques animā meā in inferno:nec dabis ſanctū tuum uidere corruptionē. Sed quia nomē
hoc Ieſus illi incarnato impoſitū eſt:duæ priores uocales quæ patri & ſpiritui ſancto tribuun
tur/primo cōiunctæ unica ſyllaba poſitæ ſunt:quia carnē nō ſuſceperunt. Deinde tertia/quæ

uerbum figurat/ſubſequif:liquida ſcilicet S inter illas inſerta & in fine repetita:ut hoc (quod
pdiximus)denotet uerbum:ſcilicet ipm in cælo cum patre & ſpiritu ſctō dum incarnaretur:&
in terra poſtq̄ incarnatū fuit/integrā retinuiſſe diuinitatē. Per illā ſiquidē liqdā.S.deitatē expri
mi ea rōne diximꝰ:q̄ cū ſemiuocalis ſit:dū illā pnūciamꝰ:uerbū eſſe ppemodū exprimit/unde
eſſentia deriuaf:quæ & ſi tribꝰpſonis æque conueniat:magis tamē pprie tibi cōuenit trinitati:
quia trium ſimul pſonarū unam dicimus eſſentiā. Eius quoq; figura huic concordat aſſimila/
tioni. Eſt enim circūflexa ac ſinuoſa : unicaq; & continente figura tres oſtendit in hac ſua re/
uolutione lineas æqualibus ſpaciis protenſas:ſuperiorem ſcilicet/ mediam/ & inferiorē:Qua
re quid poteſt in unica figura trinitati perſpici ſimilius:ſed & unicæ lineæ circūflexio/duos ſi/
nus efficit æqualis prorſus & formæ & magnitudinis:quod ſpūm ſanctū duas/reliquas trinita
tis pſonas connectere nobis repræſentat. Hæbraica quoq; lingua Sameth lr̄a/quæ idem qđ S
apud nos officium habet/firmamētū interpretatur:qđ pprie excellētioriq; mō diuinæ cōgruit
maieſtati:& pinde toti trinitati:q̄ eſt reꝝ oium abſq; ulla dubitatione firmamētū.dicēte pphe/ ps. xvii.
ta:Dn̄s firmamentū meū.& alibi:Firmamētū eſt dn̄s oibus timētibꝰeū.uel ſi pro lr̄a S eā acci/ Pſalmo
piamꝰ:quā hebrei uocāt Syn.Illa quoq; adaptari cōcine pōt:duplicē eñ habet ſignificationem xxiiii.
ſcđm primā idē q huc ſignificat.In altera idē q duc te.Prima igif/q̄ locū ſeu terminū/ad quē
eſt puenīedū/oſtēdit:ipſi deo ſoli cōuenit:quippe q terminꝰ eſt ſtadii ad qđ currimꝰ: ad quem i.ad cor.
actio nr̄a oīs/ſpeſq; & cogitatio/uelut ad finē ultimū dirigi debet.ſicut dicit ppheta:Ad te ſūt ix.
oculi nr̄i ne pereamꝰ.& rurſum:Oculi oium in te ſperāt domine.& ille idē ipe eſt:q dicit: Aſcē ps .ciii.
dite huc.ſ.ad me q ſum uita æterna:& de quo dr̄: Vbicūq; fuerit corpꝰ illuc cōgregabuntur & Apo.xi.
aquilæ.Scđa quoq; huius hebraicæ lr̄æ iterpratatio nō minꝰ q̄ hæc deo cōgruit. Ipſe eñ ſolus Lu. xiiii
eſt a quo ducimur oēs.dicēte ppheta:Dux meus & notꝰ meus.Cuiuſq; ductu & nutu reguntur ps.liiii.
uniuerſa.Dicit eñ ſcriptura.Colūnæ cæli cōtremiſcūt & pauēt ad nutū eius.Ipſe uero a nullo Iob.xx/
prorſus regif aut ducitur:ſed quo uult ſe ipſe ducit. non ut loco/aut mutabilitate aliq̄ moueri vi.
poſſit:q ubiq; ſemp eſt idem/ſed uariis effectibꝰſuæ uolūtatis motū ad creaturas oſtēdit:ita ut
ad nos uenire/deſcēdere/recedereq; a nobis & ſeparari atq; diſiūgi ſæpenumero in ſacris lr̄is me
thaphorice referaf:& huic iterpratatiōi illud maxime cōuenit : qđ in Euāgelio legif:ductum Mat.iiii
eſſe Ieſum a ſpū in deſertū.Qui eñ ducebat:ſpūs ſanctꝰerat:& q ducebaf uerbum æternū.Et
pinde uterq; idē per oīa deus:q & ducebat/& a ſeipſo ducebaf/& tota ſimul trinitas unitā ſi/
bi humanitatē per ipſiꝰuerbi incarnationē corpus illud aīatum in deſertū ducebat.Propterea
hæc lr̄æ hebraicæ interptatio Duc te:toti ſimul trinitati eſt accōmodatiſſima. Poſſunt autē &
alio ſenſu per ſyllabaꝝ diſtinctionē hæ lr̄æ id/qđ pdiximꝰſignificare.Diſſyllabū eſt eñ nomē
iſtud:ut denotet duas i ipo Chriſto fuiſſe naturas: diuinā.ſ.& humanā.Humanæ aūt ptes ſunt
duæ/aīa & corpꝰ.Et ppterea pma ſyllaba duabꝰlr̄is cōſtat.In ſcđa aūt ſyllaba lr̄æ tres poſterio
res pſonarū trinitatē in eadē eſſentia nobis demōſtrant.Atq; icirco duæ/q̄ ad humanitatē pti/
nent/pponunf:qa per illā ad diuinitatis cognitionē deuenimꝰ. Prius eñ q̄ humanā carnē dei
filius aſſumeret:nemo hāc trinitatē pfecte cognouit/aut detexit.q̄q̄ in figura & in ſpū per ob
ſcuros/atq; cæteris uix pceptibiles terminos/nōnulli pphetæ illā effinxerint : potius q̄ expſſe/
rint.Propterea dicebat Saluator ipe:q nemo nouit filiū niſi pr̄/& pr̄em nemo niſi filiꝰ: & cui Mat. xi.
uoluerit filiꝰreuelare/& Philippo/q oſtēdi pr̄em poſtulabat/reſpōdit:tāto tpe uobiſcū ſum & Io.xiiii.
nō cognouiſtis me:& q̄ ſequunf.& apud Ioannē ad pr̄em loquēs/filiꝰ dixit:Hæc eſt autem uita Io.xvii.
æterna:ut cognoſcāt te ſolū deū uerum/& quē miſiſti Ieſum Chriſtū: ego te clarificaui ſuper
terrā:& infra/qa uerba q̄ dediſti mihi:dedi eis/& ipi acceperūt:& cognouerūt uere: qa a te exi
ui:& crediderūt qa tu me miſiſti.Huiꝰaūt trinitatis unicā eſſentiā & pſonarū pprietates/nō ſo/
lum doctrina & ſermone oſtēdit Chriſtꝰ:ſed etiā opibꝰ. ppter qđ ipe dicebat:Si hoc q ego in
pr̄e/& pr̄ in me eſt:nō creditis:ſubaudi mihi atteſtāti: alioqn ppter opa credite.Nā & Apl̄s ait: Io.xiiii.
Inuiſibilia dei a creatura mūdi pea/q̄ facta ſunt/itellecta conſpiciunf. Ex duabꝰaūt prioribus Ad ro.i
lr̄is I ſcilicet & E pma corpꝰ/ſcđa ſpūm ſeu aīam repræſentat. atq; eadē/quā pxime diximus/
rōne/corpus pmittif:quia per eius opationes/q̄ humanis pcipiunf ſenſibꝰ/aiæ uirtꝰdignoſci/
tur. I quippe lr̄a inter reliquas & apud græcos/& apud latinos:eſt minima.Propterea cū Salua
tor nihil in lege antiqua ſcriptū fuiſſe/qđ nō impleturꝰeſſet/uellet oſtēdere:dixit:Iota unum
aut unus apex nō præteribit &c.ac ſi diceret ne minimus qdem punctꝰ.Chriſti igif paruitas atq;
humilitas & deiectio in corpe paſſibili & oī opprobrio expoſito oſtēdebatur . Hinc de illo in
carnis humilitate apparēti dixit ppheta Paruulus datus eſt nobis. & alibi hanc eius paruitatē Eſa . ix.
idem ppheta prolixiori explicat ſermone dicēs:Et aſcēdit ſicut uirgultū coram eo/& ſicut ra/ & .l.
dix de terra ſitiēti/non eſt ſpēs ei/neq; decor:& q̄ ſequunf.E uero lr̄a aīam ſeu ſpūm hac rōne

ſignificare

ſignificare poteſt:quia ex ea corpus uires uitáq̧ ſumit:dicente deo: Producat terra animam ui
uentẽ &c.uel ex eo etiã q̧ apud hebreos(ut diximus)oculus/aut fons interpretaẽ : Anima aũt
in corpore uelut oculus eſt inter cætera corporis mẽbra: quia totũ corp⁹illuminat. Propterea
Mat. vi. dicit Saluator:Si oculus tuus/ideſt aia ſeu ſpũs ſimplex fuerit : totũ corpus tuum lucidũ erit.
Similiter & aia fons uitæ noſtræ dicitur:qa uitã nobis effundit.& de⁹ in aia reſidẽs fons quoq̧
Pſalmo eſt uitæ:quia animã uiuificat. ſicut dicit ꝓpheta: Apud te domine eſt fons uitæ. Hæ autem lr̃æ
xxxv. (quib⁹humanitas exprimiẽ)ambæ ſunt uocales:qa ad uocẽ formãdam ambæ ſunt neceſſariæ.
neq̧ abſq̧ illis formari uox põt: q̃uis eñ frequẽtiſſime in ſacris lr̃is De⁹/aut Angelus loquuti
referunẽ:nõ tamẽ p uocis expreſſionẽ niſi per ſubiectã creaturã:aut aſſumpto materiali inſtro
uerba illos ꝓtuliſſe arbitrandũ eſt. ſed aliis modis ad hoies loqui deũ intelligere debem⁹.quos
Ad he/ ſacræ ſcripturæ interꝑtes abunde tradiderunt ſup illud Pauli:Multifariã multiſq̧ modis olim
bre.i. loquẽs deus pr̃ibus in ꝓphetis.nouiſſime in dieb⁹iſtis loquutus eſt nobis in filio. Ex quib⁹ ſane
uerbis illud quoq̧(qđ dicim⁹)manifeſte oſtẽditur:oportuiſſe/ſcilicet Chriſtũ hoiem fieri : ut
nobis humana uoce loq̃reẽ. Propterea ipſe de iudeis dicebat:ſi nõ ueniſſem/& loquut⁹eis non
Io.v. fuiſſem:peccatũ nõ haberẽt. Et ꝓinde ſcđa quæ i hoc noie Ieſu eſt/ſyllaba cũ trib⁹ cõſtet lr̃is:
media tñ/quæ filii pſonã repræſentat/uocalis eſt:qa filius humanã carnem aſſumẽs uocẽ ſo/
Pſalmo lus naturalem inter hoies formauit. De qua in pſal.dr̃: Vox domini ſup aquas: uox domini in
xxviii. uirtute.& quæ ibi ſequũtur. Vel ideo etiã/qa(ut in ſupiorib⁹dixim⁹) dũ de legis ꝓmulgatione
loqueremur:ex quo filius patris eſt uerbũ : cũ deũ loqui legim⁹:per uerbũ ſibi coæternũ hoc
ꝓnũciatum intelligere debem⁹. S. uero liquida ac ſemiuocalis patrẽ & ſpũm ſanctũ repræſen
tat:quib⁹humanæ formæ aſſumptio haud quaq̃ cõuenit:ſed incarnãdo atq̧ humanãdo filio co
opantes diuinitatem abſq̧ ulla(ut prædixim⁹)admixtione ſeruauerũt: mediũ nihilomin⁹ uer
bum inſepabili quoq̧ naturæ unitate intra ſe cõtinentes. Cui tamen uocale nomẽ ex humanæ
formæ aſſumptiõe neutri ipſarũ perſonarũ patris ad paracleti cõuenieus tribuerũt. Neq̧ enim
Pater uel Spũs ſanct⁹Chriſt⁹ uocatur/aut Ieſus/uel Meſſias. Hæc ſane noia illi ſoli/quæ hu/
mana carne ſe induit/ſunt attributa pſonæ. Poſſet aũt & alio ſenſu V littera ſpiritũ ſanctum
tertiam in trinitate pſonã:& S repetita patrẽ ad filium demõſtrare. Spirit⁹quippe paracletus:
Sap.i. ut in Sapiẽtia legitur/Sciẽtiã habet uocis:atq̧ iccirco p uocalem exprimiẽ. Eſtq̧ inter patrem
& filiũ ea rõne media:qa utriuſq̧ nexus eſt/& per Charitatis ardorẽ copulatio. Ex utroq̧ etiã
Ad col. procedẽs. Filius aũt cũ ſit imago patris:ac ſplẽdor gloriæ : & figura ſubſtãtiæ eius:eadẽ lr̃a ex/
i. primi debuit & figurari. Ex his igiẽ haud impertinẽter(ni fallor)eſt oſtẽſum nomẽ hoc Ieſus
Ad he/ Chriſto:tũ ex figura:tũ ex ethimologia:tũ ex litteris:tũ ex ſyllabis eſſe cõuenientiſſimũ. Idq̧
bre.i. ſcđm grãmaticalem latinoꝝ declinationẽ alio iſuper inditio pſuaderi põt. Hoc enim nomẽ in
ꝑmo caſu S lr̃a terminaẽ:in q̃rto littera M:in reliqs uero oib⁹ V:quæ tres ordine caſuum ſimul
iũctæ lr̃e uerbũ SVM efficiũt. Hoc aũt(ut paulo ante dixim⁹) Chriſto maxime cõuenit. Licet
Io.viii. eñ toti Trinitati ſit ꝓpriũ:multis tamẽ modis ſoli filio adaptari põt. Ipſe enim dicit:Ego ſum
Lucæ qui teſtimoniũ phibeo de me ipſo:ſcilicet uerbis humanis.& rurſus:Videte man⁹ meas & pe/
xxiiii. des meos:quia ego ipſe ſum.& iterũ. Ego ſum paſtor bon⁹:qui aiam meã pono ꝓ ouibus.& cæ
Io.x. tera id genus plurima:q̃ neq̧ patri/neq̧ ſpũi ſctõ conueniũt. Itẽ ex ꝑmiſſis S diuinitatẽ/ſeu to
tam diuinã eſſentiam:& V iunctã humanitati diuinitatẽ ſignificare:ſupra eſt oſtẽſum. M uero
quæ ex trib⁹tractib⁹ſimul iuncti cõſtat/exprimere poteſt cõmode tres pſonas:atq̧ eo magis:
quo iuxta hebraicã interpretationem:Mem/quæ idẽ q̧ M apud nos eſt : q̃tuor habet interꝑta
tiones Aliquãdo eñ idem qđ uiſcera ſignificat:nõnunq̃ uero idẽ qđ ex ipſis:interdum idẽ qđ
ex intimis:& plerũq̧ idem qđ ignis:q̃ ſignificatiõe trib⁹his pſonis uix eſſe poſſent accõmoda/
ꝑs.cix. tiores. Viſcera eñ & intima pr̃is pſonæ attribuunẽ:ex qbus fili⁹æterna/perpetuaq̧ ꝓpagatiõe
genit⁹dr̃. ſicut in pſal.legiẽ:Ex utero ante luciferũ genui te:Per ignẽ aũt ſpũm ſctũm ſignifi/
cari manifeſtiſſimũ eſt:& a nobis in ſupiorib⁹ſæpe oſtẽſum. Hæc igiẽ/q̃ de hoc ſacro ſctõ Sal/
uatoris noie in mentẽ uenere/ꝓ tpe ſatis erunt:qđ alios ſanctiſſimos/doctiſſimoſq̧ uiros mul
tis & maximis extuliſſe ꝑconiis/táetſi ea nõ legerim⁹/nõ ignoram⁹. Ad reliqua igiẽ Euãgelii Textus.
uerba ꝓcedam⁹. In tex.n.ſeqtur:QVOD uocatũ ẽ ab Angelo:pri⁹ q̃ in utero conciperet. Hic
autẽ illud notãdũ:q̧ nõ ſemel tñ ab Angelo nomẽ iſtud puero iponi iuſſum eſt:nec uni tñ:ſed
bis/atq̧ duabus diuerſi ſexus pſonis:Mariæ/ſcilicet primũ. Dehinc etiã Ioſeph:a qbus in cir/
cũciſione puero nomẽ ex Angeli iuſſione impoſitũ nõ eſt ambigẽdũ. Hoc aũt in ꝑcurſoris cir
cũciſione alio ordine eſt ſeruatũ. Soli ſiquidem Zachariæ Angelus naſcituri pueri nomẽ indi/
dicaſſe ex Euãgelio phibetur. q̃uis Eliſabeth nato puero prius nomẽ illi indictum ꝓnunciaue/
rit uerboꝝ q̃ Zacharias ſcripto. quod non aliunde eã intellexiſſe putandũ eſt:q̃ a ſpiritu ſancto:

quo per Mariæ uiſitationē repleta: ſecretiora etiam de Saluatoris incarnatione inter Gabrie
lem & illam habita colloquia ipſa reſciuit. Quãto ergo facili⁹ ea quæ de cõi filio uiro proprio
ab eodem angelo fuerãt prænũciata. Poterat aũt & ab uiro ipſo per ſcripturæ adminiculũ ꝓus
hoc didiciſſe. Sed hoc neutiq; ex Euãgelio teſtatũ habemus. Vtrum igitur horũ interuenerit:
diuina reuelatio/ an uiri manifeſtatio, ad hiſtoricum ſenſum parum intereſt. Ad tropologicum
aũt diuerſitas hæc documentũ nobis aliqđ afferre debet. Atq; in primis illud eſt cõſideratione
dignũ: ꝙ Ioſeph/ qui (ut in ſupiorib⁹ ſæpe diximus) inferiorẽ animæ rõnalis partem repræſen
tat/ iuſtus ab Euãgeliſta dicitur: & tamẽ Mariam traducere nolebat: ſed de ea dimittenda cogi
tabat. Hoc autem nõnulli ita ad hiſtoriæ ueritatem ſunt interpraetati: ut Ioſeph non de Mariæ
pudicicia/ uirginitateq; dubitauerit: ſed myſterii magnitudine deterrit⁹ indignũ ſe illius cõta/
ctu cõſortioq; iudicãs: quo pacto ſe ab illa abſq; dei/ illius/ ſuiq; ipſius/ offenſione ſeparet: co/
gitarit. quod a uerbis Euãgeliſtæ/ & cõi intelligentia alienũ prima cõſideratione uidetur: q̃uis
enim iuſtus eſſet: quo pacto prius q̃ edoceretur uirginẽ illã diuina uirtute cõcepiſſe: intellige/
re potuit: quãdo ne Angelis quidem oĩbus tanti myſterii ſecretũ patuiſſe pleriq; affirment: &
ipſa quoq; Maria dixit: Quomodo fiet iſtud: qm̃ uirum non cognoſco. Nam & qđ in Eſaia ſe/ Eſa. vii.
cũdũ græcã & latinã tranſlationẽ legiẽ: Ecce uirgo cõcipiet: nõ tã apte in hebreo eſt expſſum:
uixq; huic nõ legis pito: ſed fabro lignario & tenuioris cẽſus uiro tãti ſacri ſecreta a ſacerdoti/
bus ẽt & legis pitis haud apte intellecta patuiſſe eſt ueriſiſe: cũ de Aplis ipſis/ qbus uiuẽs Chri
ſtus pleraq; legis arcana aperuerat. Et ꝓterea de ſua ipſius reſurrectiõe illos non ſemel ſed plu
ries ꝓmonuerat/ dicat Euãgeliſta: ꝙ nũdũ ſciebãt ſcripturã: qa oportuit eum a mortuis reſurge Io.xx.
re. Sed & ſi ſpõſæ dignitate/ & gr̃æ diuinæ in ea redũdãtis exuberãtia (ut illi aſſeruit) obrueba/
tur: q̃ rõne illũ confortare uolẽs Angelus dixiſſet: Quod em̃ ex ea natũ eſt: de ſpũ ſctõ eſt. Hæc
em̃ una erat timoris cã: quã ſibi cognitã fuiſſe illos (q ita opinanẽ) fateri oportet. Cũ enim eam
ꝑgnãtẽ uideret: & ex ſuo ſemine minime cõcepiſſe cõſci⁹ ſibi eẽt: nõ niſi diuina uirtute eã ſine
crimine cõcepiſſe arbitrari poterat. Quippe ſupra humanã rõnẽ eſt: uirginẽ cõcipe. Nõ igitur
ad hãc ei⁹ piã cogitationẽ ea ptinebãt Angeli uerba: ſed poti⁹ dicendũ illi erat: qđ Mariæ dictũ
fuerat: Ne timeas hãc mulierẽ/ q̃ de ſpũ ſctõ cõcepit/ ducere: qa de⁹ illi te cõiugẽ eligere uoluit:
ut illi ac ꝑli miniſtrares. Timebat igiẽ ne adulterã ſi ſciẽs duceret: adulterii cõſci⁹/ ſtultuſq; ha Prouer.
bereẽ: dicente Sapia: Qui tenet adulterã ſtult⁹ eſt & inſipiens. Et ob id uxorẽ adulterã ex nulla xviii.
alia cã dimittẽdã Saluator cẽſuit q̃ ſi fornicata fuerit: nec ut illi argumẽtanẽ: iniuſt⁹ poterat iu/ Matt.v.
dicari: ſi uirginem a ſe deſpõſatã: neq; tamen cognitam: cum uideret ꝑgnatam adulterã ſuſpi &.x.
cabaẽ. ¶ Verũtamen quicqd ad hiſtoriæ ueritatẽ cæteri ſentiãt: ad ſenſum noſtrũ hoc eo ꝑti/
net: ſupiore animæ rõnalis portione altiora petente: q̃ quæ inferior cape põt: occulte illam di/
mittere cogitat/ ideſt a tali cogitatione diſtrahere: & in mediocrib⁹ cõtinere/ ſicuti Marta quæ Lucæ.x.
a dño petebat: ut iuberet Mariã ſororẽ ſuam/ illi⁹ uerbis intẽtã/ ad miniſteriũ ſecum ꝓperare.
Quod cũ ſine crimine/ ex ignorãtia potius & diffidẽtia: q̃ ex malicia/ cõtemptuue/ ꝓueniat: di
uina cõſolatiõe/ cõfortatiõeq;/ eſt opus. Idq; Saluator ipſe nõ mõ in Mariæ excuſatione/ cõmẽ
dationeq;/ & Martæ obiurgatiõe. Verũ in ſemetipſo oſtẽdit: dum paſſioni proximus humano
ſenſu tam cruentam mortem horrente ex ea parte cæleſtem patrem orauit: uti ſi fieri poſſet: Lu. xxii
tranſiret ab eo calix ille. Aſtitit enim illi Euãgeliſta teſte Angelus de cælo confortans eum: nõ
tam ut illum/ qui & deus erat: & ad hoc in mundũ uenerat: roboraret: q̃ ut nobis & documentũ
ĩplorãdæ in grauibus tẽptationib⁹/ arduiſq; opib⁹: diuinæ opis/ & ſpem obtinẽdæ relinqueret.
Qui igiẽ ſublimioris uitæ difficultatẽ/ aut cõtẽplationis ſolitudinẽ/ humanis uirib⁹ diffiſi non
aſpnanẽ: ſed refugiũt: diuino auxilio digni ſunt: quẽadmodũ & in Mariæ annũciatiõe/ & alio ẽt
loco dixim⁹. Idq; ad eos/ q ex ꝓficiẽtiũ ſtatu ad pfectoꝝ trãſierunt/ maxime ptinet: qm̃ id quidẽ
(ut frequẽter diximus) humanam quodãmodo trãſcendat capacitatẽ. Maria igiẽ/ ideſt cõtem/
platiua/ ſuperiorq; aiæ portio diuina inſpiratiõe iam ad cæleſtia/ ſublimioraq; ꝓuocata/ non fa
cile Ioſeph/ ideſt iferiorẽ actiuãq; in ſuam ſuiam traheret: niſi diuino quoq; hamo ineſcareẽ.
Cũ uero ex pniæ aſpitate per ꝓfectũ ad gr̃æ tendim⁹ augmentũ. Iãq; ad proferendã uitæ auſte
ritatẽ, uterq; ſenſus incipit roborari/ qđ eſt Eliſabeth ex Zacharia Ioãnẽ cõcepiſſe/ Gabrielis/
ideſt fortitudinis ꝓoris/ q̃ eo uſq; uiatorẽ nõ abſq; maxima difficultate ꝑduxerat/ pſuaſio non
ſatis eẽt: niſi & Maria. i. gr̃a illuminas Ieſu. i. Saluatore feta accederet. Eliſabethq;. i. infirmiorẽ
aiæ partẽ ſalutaret/ uiſitaret/ & confortaret. qđ ubi factũ fuerit: ea ſubſequnẽ: quæ in Mariæ
uiſitatione a nobis abũde ſunt dicta. Põt aũt & alio ſenſu hæc Angeli de Ieſu noie ad Ioſeph
admonitio aliud nobis indicare myſteriũ. Sicut em̃ natiuitatẽ Saluatoris/ q utrunq; ſexum ſal
uare ueniebat/ utriq; ſexui manifeſtari par fuit: quẽadmodũ in primo tractatu oſtendimus: ita

& illius

& illius conceptionem. Propterea tã Mariã q̃ Ioſeph de ipſius Saluatoris & ortu/ & nomine/
& officio/ admoneri cõueniens fuit. Signanterq; de utroq; ſexu per Ieſum Saluando diximus:
Neq; enim uiros dumtaxat/ ideſt fortes atq; conſtantes in fide & charitatis operibus hoĩes/ ex
actionum ſuarũ merito: ſed etiã mulieres/ ideſt molliores/ debilioreſq; ex ſuæ ipſius paſſionis/
cæterarũq;/ q̃s ꝓ nobis ꝑtulit/ miſeriarũ apud pr̃em merito ſaluare uenit Chriſtus. Propterea
& cæcos & claudos & debiles cõpellẽdos in domũ ſuã pr̃ familias in parabola iuſſiſſe refertur.
Lu. xiiii & Saluator ipſe phariſeis & ſcribis dicebat: ꝙ meretrices & publicani eos in regno cælorũ præ
Mat. xxi cederent. Per auſteritatem quippe/ aſperitatemq; pœnitentiæ uiri tm̃/ ideſt cõſtantes in fide &
robuſti/ & hi quidẽ pauci ingrediunt̃. Arcta enim eſt & ardua & ꝓinde aſcenſu difficillima. atq;
Mat. vii iccirco Zachariæ dũtaxat/ ideſt fortiori aĩæ uirtuti ꝓmũ eſt nũcianda/ & poſt lõgũ interuallum
ſubacta iam Eliſabeth/ ideſt carnis infirmitate/ ſpũs uirtute cõculcata/ diuina ad infirmitatem
ſubleuandã ſupinfundit̃ gr̃a. Sed & ad huius ſacri noĩs manifeſtationẽ contẽplãdã/ aliã quoq;
ex euangelica hiſtoria cõſpicari poſſumꝰ rõnem. Nõ enim ſemel dũtaxat ſanctũ hoc & ineffa/
bile nomen eſt impoſitum: ſed iterum ac tertio. Primo quidẽ per Angelũ/ prius q̃ in utero uir
ginis cõciperetur. Sc̃do per eundẽ poſtea q̃ cõceptꝰ/ formatuſq; fuit. & eo nato dum circũcide/
retur. Tertio qđ plurima nobis ſignare poteſt myſteria/ ſiue ꝙ eos ſaluare Chriſtus uenerat/
qui ante legem: & eos q ſub lege/ & eos q poſt trãſlatã/ trãſfuſamq; in gr̃am legem: ſiue primo
iudeos qui ante aduẽtũ Chriſti/ & poſt crediderũt. Sc̃do gẽtiles: qui poſt Chriſti paſſionẽ ſunt
cõuerſi. & tertio in extremis tꝑibus utroſq; ſiue qđ per triplicẽ gr̃am ꝓuenientẽ/ ſcilicet cor/
roborantem & ꝑficientem: ſiue ꝙ pœnitentes/ proficientes & perfectos: ſiue ꝙ contẽplatiuæ/
actiuæ & utriuſq; ſimul uitæ hoĩes. ¶ Põt & aliter hoc accipi. Prima quidem uocatio ab Ange
lo facta eſt ante cõceptum: quæ gratiam præuenientem ſignificat. Sc̃da poſt cõceptũ quæ gra/
tiam ſubſequentem. Tertia uero poſt pueri natiuitatẽ ab utroq; ſcilicet Maria & Ioſeph nõ ab
Angelo: ſed ex Angeli iuſſu: quod quidẽ nobis repñtat: cum diuina uocatione atq; inſpiratiõe
ad ſalutem cõſequendã & Maria/ ideſt fide/ q̃ in ſpũ & contemplatione cõſiſtit/ & Ioſeph/ ideſt
charitatis opibꝰ opus eſſe: q̃uis enim (ut ſæpe diximus) Salus nr̃a ex diuina gr̃a: bonitateq; ini
tium cõſumationẽq; ſummat: illiq; uelut ꝓncipaliori cauſæ tota tribuat̃: ad illã tamẽ cõſequen
dã ex noſtri parte Merita ſunt neceſſaria. Hæc aũt oĩa & pleraq; id genus: his tribus huiꝰ ſacri
noĩs impoſitionibus accõmodari facile poſſunt. Atq; ex his/ q̃ in ſupiorib' tractatibꝰ a nobis di
cta ſunt/ cõprobari. Verũ ne aut ſæpe dicta repetendo nauſeam/ faſtidiumq; legẽtibus genere
mus/ aut in hmõi ſacris altius atq; par ſit: ſuſpicientes/ ſplendidiſſimæ atq; incõprehẽſibilis lu
cis nimietate oculoꝝ noſtrorum acies uelut noctuæ ad ſolis proſpectum retundat̃: hæc & alia
his/ qui aquilarũ lumina ſolis radiis minime obnoxia ſortiti ſunt/ ſpeculanda relinquemus: Si
hoc unum prius diſcuſſerimꝰ: qđ ad huius euãgelicæ hiſtoriæ & ſpiritualis intelligẽtiæ cogni
tionem maxime ꝑtinere uidet̃. ¶ Primũ quidẽ hunc/ qui ad Saluãdos hoĩes naſci debebat/ Ie/
ſum uocandũ eſſe/ cum Angelus Mariæ diceret: multa & pene incredibilia de illo nunciauit: q̃
dum myſterii illius ordinem ꝓſequeremur: a nobis abunde ſunt declarata. Cum uero itidẽ ab
ipſo eodem Gabriele Ioſeph nunciatũ fuit. Hoc illi tantũ eſt manifeſtatũ: ꝙ ſcilicet de ſpũ ſan
cto cõceptus erat fœtus: ꝙq; ſaluum faceret populũ ſuum a peccatis eoꝝ. Eſt aũt hoc quidem
maximũ atq; ꝓcipuũ: ſed in eoꝝ/ q̃ de puero hoc Mariæ Angelus ꝓus dixerat/ uidet̃ paruum.
eo aũt nato cũ de noĩe imponẽdo Euãgeliſta loquitur: aliud nihil dicit: ꝑterq̃ ꝙ uocatum eſt no
men eius Ieſus: qđ ab Angelo uocatũ erat/ ꝓus q̃ in utero conciperetur. Item nec de illa Ange
li uocatione/ quæ poſt eius conceptionẽ facta eſt/ ullã facit mentionẽ. Sed & hæ difficultates ex
his/ quæ uariis in locis ſupioribus tractatibꝰ a nobis dicta ſunt: ſolui facile põt. Mariæ ſiquidẽ
eo ꝙ purior/ ſanctior/ & omni ex ꝑte ꝑfectior erat: atq; in diuinis ſacris inueſtigãdis ſeu uetior:
aptius ea manifeſtari par fuit. Ioſeph aũt tãetſi fideli: titubãti tamẽ & tepidiori reſtrictius: par/
ciuſq;. quod & ad moralẽ ſenſum accõmodari põt: quippe ſupior aĩæ portio ſeu cõtemplatiõi
deditus ſpũs ad altiora ſpeculanda: intelligẽdaq;/ longe inferiori atq; actiuæ portioni & aptior
eſt: & dignior/ atq; capacior. Poſtea uero q̃ uterq; ſenſus hæc arcana ſuſcepit myſteria: & ad cæ
leſtia capienda ſe accinxit: dum puer circũciditur/ ideſt dum ex uirtute prioris gr̃æ opera ꝑfe/
ctæ charitatis eduntur: nõ amplius de modo q̃ri oportet: cũ in credendo/: aut ſperãdo difficul/
tas ſupſit nulla. cuius rei argumentũ eſt manifeſtiſſimum: ꝙ cum multis uiuẽs Chriſtus apo/
ſtolos inſtituiſſet: tum doctrinis: tum exemplis: poſt reſurrectionẽ ſuã illos iam cõfirmatos re/
linquẽs & in cælum aſcendẽs paucis admonuit uerbis: qbus nõ iam quid crederent/ aut qd ſpe
rarent: ſed quid facturi eſſent: eos inſtruxit. & Paulus ipſe initio epiſtolarum ſuarum plurima
ad fidem/ deiq;/ & euãgelicæ ueritatis cognitionẽ præmittit. Dehinc ad ea/ quæ ſunt agenda/

illis nõ repetitis ſe conuertit Quo exemplo/qui ad aliorum doctrinã atq; ædificationem ſunt
conſtituti:poſteaq̃ eos in fide ſatis fundatos cognoſcunt:circa moralia uerſari debẽt. Nec prio
ra in diſputationem/dubietatemq; refricare. Propterea ad Romanos ſcribens Apoſtolus:ſciẽ Ad ro.
tibus legem ſe loqui ꝓteſtabat̃:ac ſi diceret:Non opus eſt principia legis uobis reperã. Item & vii.
nominis impoſitio/quæ a Maria & Ioſeph facta eſt/iuſſu dei fiebat. Nõ igitur de illa diſceptã/
dum amplius erat:ſed diuinum mandatum exequendum:quemadmodum Abraã ille patriar/
charum princeps & parens:cum a deo iuberetur filium immolare:tametſi & a naturæ lege:& Ge.xxii
a propria ipſius uoluntate maxime abhorreret: nihil tamẽ cunctatus mandatũ diuinũ exequi
feſtinauit. Propter hoc ut Apoſtolus ait : reputatum eſt illi ad iuſticiam. Idq; aliud nobis præ/ Ad ro.
bet documentum:ut ea quæ a deo/uel eius miniſtris ꝓcepta ſunt/atq; inſtituta abſq; ulterio/ iiii.
ri inueſtigatione faciamus:non ut pleriq; parum fide/charitateq; cõſtantes: qui aut excuſatio
nes afferunt:uelut ille qui uocatus a Chriſto patrem prius ſepeliẽdum cauſabatur : aut de mã
datorum diuinorum:paternarumq;/& eccleſiaſticarum cõſtitutionũ intelligẽtia/ualiditateq;/ Matth.
ambitioſa diſputatione contẽdunt. Quod autem hoc loco de ea uocatione Angeli/quam ante viii.
pueri conceptionem Mariæ fecerat mentionẽ tantũ facit:non autẽ de illa : quæ ab eodẽ ipſo Io
ſeph Mariæ ſpõſo facta fuerat/ad litterã plana eſt ratio:qa nec de illa Lucas ipſe in Euangelio
meminit:ſed a Mattheo dũtaxat eſt traditum. Sed ſi ab eo utraq; eſſet poſita: priori ueluti po/
tiori tribuenda erat. Aliæ inſuper huius noĩs uocationes factæ fuere ꝓter ſupradictas:quarum
ꝑma fuit in mente diuina ab æterno:q̃uis enim ſtatuto tempore nat⁹ ſit Chriſtus/& uerbũ di/
uinum incarnatum/ac deinde nomẽ hoc Ieſus ab Angelo ꝑmũ/deinde ab hoib⁹ impoſitũ:hoc
tamẽ nomen ſicut & cætera oĩa in diuina mente/cui oĩa pñtia ſunt/ab æterno fuerat ꝓordina/
tũ/& noĩatum. ſicut legit̃ : A ſæculo nomẽ tuũ. Quinimmo ꝓprio hoc noie illũ uocandũ eſſe/ Eſa.lxii
ſpũs ſctũs longe ante per os ꝓphetæ ꝓdixerat. Ait enim: Reuelabit̃ filius meus Ieſus cum his iii. Oſee
qui cũ eo ſunt. In figura quoq; Ioſeph patriarcha/q ipſius Chriſti oĩum theologoꝝ ſnĩa typũ viii.
geſſit/uocat⁹ eſt Saluator mũdi. Ieſus aũt Saluator interpr̃tat̃. Et hoc eodem noĩe Angelus Ge. xli.
illum paſtoribus demõſtrauit:ſicut in ꝓcedenti tractatu oſtendimus. Scd̃m aũt alias ꝓprietates
ſeu uirtutes & oꝑationes aliis noĩbus nuncupat̃. Aliqñ enim uocat⁹ eſt uir oriens:qa orta eſt in Zac. vi.
diebus eius uel eo naſcente iuſticia & abũdancia pacis/uel quia ex eo orti ſunt fideles:uel quia Hiere.
ipſe tanq̃ ſol oriens ex utero matris eſt egreſſus. Vocat̃ etiã dñs iuſtus noſter: qa ipſe domina xxiii.
bitur in iuſticia. uocatur rurſus Emanuel : qd̃ interꝑtatur nobiſcum deus: quia carnem noſtrã Eſa. vii.
aſſumendo nobiſcũ eſt uerſatus. Alia quinq; noĩa eius habent̃ quæ his uerbis Propheta expri Eſa. ix.
mit: Paruulus enim natus eſt nobis:& filius datus eſt nobis:& factus eſt principat⁹ ſup humeꝝ
eius:& uocabitur nomẽ eius admirabilis cõſiliarius/deus fortis pr̃ futuri ſeculi/ꝑnceps pacis.
Alia autem plurima ſcd̃m hãc rõnem recipet noĩa:plura etiã q̃ humana lingua exprimere poſ
ſet:qa innumerabiles & incõprehẽſibiles ſunt eius uirtutes:ſed hoc/ qd̃ Angeli iuſſu in circũ/
ciſione accepit/illi magis ꝓpriũ eſt:qa ꝓcipue Saluator dr̃:quẽadmodũ alio loco diximꝰ. De di
uino aũt uel dei noĩe/eiuſq; uirtute infinitæ ſunt in utriuſq; teſtamenti ſcripturis autoritates:
quas enumerare/& ad hũc ſenſũ trahere : tãetſi nõ magnæ difficultatis foret:plus tamen iuſto
tractatũ noſtrũ ꝓduceret:noſtriq; eſt inſtituti his ſolis inniti: quæ huic nomini Ieſus/ſeu uer/
bo diuino incarnato ꝓprie pſonaliterq; cõueniũt. Quib⁹ illud ad extremũ adaptare licet:quod
per prophetã in pſal. dr̃: Scd̃m nomen tuũ/ita & laus tua. De Chriſto enim partem illam pſal ꝑs. xlvii
mi intelligi nemo fidelis negat. In huius itaq; nominis uirtute/ in quo omnia facienda monet
Apoſtolus: his ꝑmiſſis quæ in eius laudẽ & excellentiã:ſteriliter/atq; pro ei⁹ dignitate/magni Ad coſ.
tudineq; ieiune/a nobis dicta ſunt/ad reliquum/qd̃ ſub hoc tractatu incluſimꝰ/purificatiõis/ iii.
ſcilicet Mariæ/& pñtatiõis in tẽplo ipſi⁹ Saluatoris myſteriũ eo duce trãſeamꝰ. ¶ Circũciſio/
nẽ igit̃ Saluatoris cõgruo ordine ſubſequit̃ illi⁹ in tẽplo ex legis antiquæ inſtitutiõe pñtatio/
mr̃isq; purgatio ſeu purificatio:quã Lucas illi cõnectit:tãetſi iuxta hiſtoriæ ueritatẽ inter hæc
duo myſteria Epiphania/ideſt Magoꝝ adoratio interuenerit : quã ſolus tradit Mattheus. De
qua/quantũ ad inſtitutũ noſtrũ attinet/hoc eſt de ipſo apparitionis ſtellæ/& magoꝝ fide atq;
officio in ſuperioribus ea attigimus : quæ ad noſtrũ propoſitum uiſa ſunt ptinere. Neq; enim
tantam aggreſſi ſumus prouinciam:ut cuncta/quæ de Saluatore ab Euangeliſtis ſcripta ſunt/
pari ſtilo proſequi præſumamꝰ. Sed Lucæ/qui nobis primũ a ſpũ oblatus eſt/hiſtoriã eo uſq;
ꝓſequi eſt animꝰ:quo ad duos uiatoꝝ ſtatus ex eius cõtextu abſolutos/& pfectiõis initia abũ/
de tacta iudicemus:qd̃ quidẽ in ꝓcurſoris decollatione cõſequutos nos eſſe arbitramur:q pſe/
uerãtis/ac ꝓinde ꝓficientis (ut ſæpe dixim⁹) typũ gerit. De Zacharia uero & Eliſabeth/p quos
incipiẽtiũ ſtatũ repræſentari uolumꝰ/nulla deinceps fit ab Euãgeliſta cõmemoratio. Poſtea q̃
& Ioannes

& Ioannes nat⁹ eſt & circūciſus/ideſt poſtea q̄ pctōr conuerſus gr̄a præueniente & cooperante
ſubnixus iamiam ſalutis uiā p ſenſuū caſtigationē/& ſalutares pniæ fructus ſic eſt ingreſſus:
ut nō mō uicinis & cognatis:uerūetiā remotiorib⁹ & admirationi ſit & timori. Tūc enim in Ec
cleſiæ militātis opinione & in dei cognitione e ſtatu pœnitentiū/ad pficientes trāſiiſſe cenſet:
q̄uis (ut in pcedētib⁹ eſt oſtenſum) quo pfectiore qſq; gradu cōſiſtit:eo ſe magis erga deū pec/
catorē fateri debeat. ¶ Sed hos ſtat⁹ ex ordine euāgelicæ doctrinæ pro pſonarū cōditiōe diſtin
guim⁹. Itaq; pcurſorem hūc/ideſt pficientē gratia puentū/amplioriſq; & pfectioris plenitudi
nem peuntē cum Saluatore ipſo relictis parētib⁹/domoq; ppria/ideſt pctōrū ſordib⁹ & mundi
illecebris eo uſq; uerſari pcedereq; cōuenit:quouſq; & ſaluator oībus/q̄ ad legis implementū
ptinēt/ex pctōris pſona adimpletis:magiſterii/doctoriſq; & ſaluatoris officiū palam aſſumat/
ideſt ad eū pfectionis gradū proficiēdo uiator puenerit: ut iam ſe ſpū impellēte cæteris ducē/
paſtorē/aurigamq;/& magiſtrū publice exhibere poſſit. Tūc enim pcurſorē capite trūcari cō
uenit:& ad Chriſtū eius diſcipulos cōuolare/ideſt relictis leuiorib⁹ ac mediocribus ſtudiis atq;
pfectib⁹/ad cōtemplatiōis/aut pbatiſſimæ/ feruētiſſimæq; cōuerſatiōis/& opationis apicē puę
nire. cuiuſmodi cūcta/quæ poſt Ioannis interitū Chriſt⁹ egit/abſq; cōtrouerſia ſunt opa. Licet
enim & pdicando/& docēdo/& ſanādo/& orādo/& alia ſalutis noſtræ miſteria opando/multa
fecerit:q̄ & proficientibus cōueniunt:& pctōribus nō mō pœnitētib⁹ & conuerſis:ſed adhuc in
peccato dormientib⁹ cōferāt ad ſalutem:ex pſona tamen perfecti oīa geſſit. Quorū ſane offi/
cium eſt (ut pdiximus) & ſuam infirmitatē coram deo iugiter/ & corā hoībus opportuno tpe
Prouer. xviii. pfiteri. Ait enim Sapientia: Iuſtus prior accuſator ſui eſt:& omni hoīum generi ſalubria cōfer
re remedia:nemineq; aut negligere/aut aſpernari:ſed quēadmodū Apoſtolus dicit: Oībus oīa
i. ad cor. ix. fieri. ¶ Cū igitur ad illū puenetim⁹ locū: In quo de Saluatoris tm̄ pclaris/egregiiſq; geſtis oīs
erit ſermo:aut a tā uaſto pelago uela diuertemus/aut ſi is/quo duce pter ſpem:& ſupra noſtrā
opionē hos uadoſos ſinus ingreſſi ſum⁹/ſuaſerit:quo uentus flabit: eo duce uela laxabimus.
Interim uero/q̄ ad hæc pſentationis/purificationiſq; myſteria pertinent/ſolito more pſeque/
mur. Quāq̄ id plurimū ab ope nos deterret:qđ tanta ad oēs ſenſus a ſacris doctorib⁹/diuina/
rūq; litterarum peritiſſimis interptibus circa hæc ſunt ſcripta:ut pclaris eo℞ ingeniis: diuino
inſuper ſpū illuminatis: ceu torcularibus ingentiſſimis ualidiſſimorū uinitorū manu calcatis
contortiſq; oēm/quæ ex ſacræ ſcripturæ uoluminib⁹ ad hæc myſteria conferre poſſunt/ſuccū
muſtūq; & humorē ita expreſſerint:ut ex cōtuſis tāta ui ipſius uineæ dominicæ uuis excutere
poſſimus amplius nihil. Aliorū autē dicta:aut altiorē ſpū aut accōmodatiore ſtilo cōpoſita re/
ferre uani atq; futilis laboris opus eſſet. Verū nō tam aridā tamq; exhauſtā uindemiā putam⁹:
ut nō cuicūq; cū fide ad torcular manū admouēti:nouos ſit pfuſura liquores: prioribus etiam
interdum & ſuauiores & ſalubriores. Quādoquidem ei/qui una tm̄ hora in hac ipſa uinea la/
borauit:parē his/qui diutius/laborioſiuſq; in ea inſudauerāt/mercedē pater ipſe familiæ ſtti/
tiſſe perhibeatur. Vtpote qui paruo hoc tpe:poſt aliorū diuturnos labores/parem quoq; fru/
ctū retulerint. ¶ Hac igit̄ ſpe/fiduciaq; freti:uaſtū hoc pelagus patentibus uelis/ſtridētibuſq;
remis/ingredientes primū illud inueſtigabimus: Quid eſt q̄ Euāgeliſta cum de pcurſoris cōce Quæſtio ad
ptu/ortu/circūciſioneq; plurima in ſupioribus dixerit:& de eius quoq; profectu paulo poſt nō ad litteram.
pauca:de illius tamē in tēplo præſentatiōe/& matris purificatione nihil retulerit:pſertim cum
& primogenitum illum/ſicut & hūc Saluatorē/fuiſſe cōſtet:& deo inſuper pus etiā q̄ concipe/
retur deuotum/ad eiuſq; obſequia/& miniſteria pſignatum. Neq; enim abſq; myſterio facta
hæc fuiſſe (ut ſæpe diximus) arbitrari debem⁹. Hoc enim dei cōſilium fuiſſe in euāgeliſtarum
enarratione omnes cōueniūt:ut nō eadem ſinguli:neq; oīa ſimul omnes ſcripſerint. Sed ad ua
rios ſenſus/uarioq; ordine/diuerſis etiā ſententiis:prout cuiq; ſuggeſſit ſpūs:ea Saluatoris ge
ſta:quæ ad noſtrā doctrinam atq; inſtructionem/deus ipſe cēſuit ſatis eſſe. Omnia quippe ei⁹
facta/dictaq;/neq; uolumina plurima/neq; mūdū ipſum capere poſſe:eiuſdē Saluatoris & pro
Io. ulti. pinquus/& chariſſim⁹ diſcipulus/& a ſecretis præcipuus proteſtatur. Sed quęcunq; de eo me/
moria ſunt prodita:& ad nos q̄ttuor illo℞ ſanctorum aīalium uoce deprompta certam & eam
quidem maximam habent ſignificationem Neq; enim credibile eſt Chriſtum ipſum tres dū/
taxat mortuos ſuſcitaſſe:ſed per eos/quos legimus/a morte naturali ſuſcitatos / oīs oīno per
peccatū in ſpiritu mortuo℞ myſtico ſenſu nobis ſuſcitatio fit pſpicua. Et pariter qđ de ſana/
tiōe morbo℞ traditū eſt:eo quoq; ptinet. Cū enim quorūdā morbo℞ ſpēs in Euāgeliis expſſas
Matth. xxi. & legam⁹: paſſim atq; incōfuſo de reliqs dr̄: q. ſ. oēs ſanauit: & quotquot eū tāgebāt: q̄uis ægritu
Luc. vi. dine laborantes ſalui fiebāt. Quippe q̄ noīatim exprimunt corpo℞ uicia:eadē in animis iuxta
ſpūalem expmūt intelligētiam. Sed & cætero℞ oīum Chriſti operū quæ ad noſtrā doctrinam

(ut Apl̄s inq̄t) ſcripta ſunt/eadē reddi ratio pōt. Quo argumēto in hac quoq; re probabiliter
itendū putamus:ut conſulto Saluatoris/nō etiā ꝑcurſoris/in tēplo præſentatio : atq; oblatio:
& matris purificatio ſit deſcripta. Cuius & ſi in promptu ad litteralem ſenſum ſeſe offert ra/
tio:q ſcilicet non quēadmodum in Saluatoris/ita & in ꝑcurſoris præſentatione diuinit⁹ ſigna
ſunt oſtenſa:Ad moralē tamen intelligentiā aliud documentum nobis relictum arbitramur.
quod quale ſit coniectura atq; opinione cōſequi dūtaxat poſſumus:& quid quiſq; ſentiat libe/
rum eſt (ſalua fide) proferre. Nobis aūt ad præaſſumptum totius operis argumētū hæc occur/
rit diuerſitatis ratio. Saluatoris quidē:q ꝑfectoꝝ uti princeps/dux/& exēplū eſt:ita & norma
atq; figura:ꝑfecta decuit eſſe oīa:nihilq;/quod ad perfectionis uiam conferre poſſit/illū ꝓter/
mittere:qui Apl̄is etiam ipſis dicebat: Eſtote ꝑfecti ſicut & pater ueſter ꝑfectus eſt. Hanc igi/
tur matris purificationem:& ſuiipſius factam in tēplo oblationem:& in figura/& in re ad ꝑfe Mat.v.
ctorum inſtructionem q̄maxime conducere manifeſtum eſt. Quod enim in primis documen/
tum humilitatis relinquere Saluator mūdi poterat maius:q̄ ut legi ſe:ſubderet: quæ peccatori
bus ad remedium data erat:qui tantum aberat:ut ex eo eſſet numero:ut etiam aliorum pecca/
ta ipſe ſolus dimittere poſſet:quiq; peccatum nō fecit : nec dolus inuentus eſt in ore eius. Idq;
in circunciſione obſeruare nō ſatis illi eſt uiſum:niſi & in hac quoq; ſuiipſius oblatione feciſ/ Eſa.liii
ſet:quin & puriſſimam/atq; ab omni prorſus malicia immunē matrem:tametſi lege non tene
retur:utpote quæ ex uirili ſemine non cōcepiſſet:legis tamen ſubire cenſurā uoluit. Quodq;
pluris etiam faciendum quiſq̄ arbitrari poſſet.cum aliud diuitibus:aliud pauperibus ſacrificiū
lex imperaret:pauperum & indigentium ſortiri cōditionem:q̄ diuitū maluit. Qui enim Agnū
offerre nequiuiſſent:par turturum/aut duos pullos colūbarū dare in ſacrificiū iubebant̄. Hác
ex multis hui⁹ myſterii rationē ſacri doctores afferūt:quæ & ad moralē ſenſum eos admonet/
qui perfectionis ſtatū ſunt ingreſſi/ne ſe uelut a peccato mundos ab uniuerſalib⁹ legis diuinæ
ꝑceptis/q̄ mortalib⁹ in remediū peccatoꝝ data ſunt/īmunes facere ꝓſumāt : quēadmodū illi fa
ciunt/q dicunt:Recede a me/& ne appropinques mihi:qa īmundus es.q orōnis loco in ſui lau Eſa.lxv
dem iactāter dicebat:Grās tibi ago dn̄e:qa nō ſum ſicut cæteri hoīum. Nemo eīn niſi mendax Lucæ
mundū ſe eſſe a pctō dicere pōt/dum uiuit. Apoſtolo teſte : qm̄ neq; cæli neq; ſtellæ/ideſt neq; xviii.
maiores ꝑlati:neq; minores mundæ ſunt in cōſpectu eius:nec quiſq̄ gloriari poteſt:ſe mundū i.Io.i.
hr̄e cor. Propterea & ꝑcepto Eccl̄iæ/quo ſingulo quoq; anno ad cōfeſſionem pctōrū aſtringi/ Iob.xv.
mur/ſanctiſſim⁹ q̄ſq;(ſi qs forſitan inueniri hoc tpe poſſit) obtēperare debet/& ſe dum ſacra & .xxv.
cōficit:pctōrē (ſicut & cæteri) ꝓfiteri. Nā & in lege ueteri ſummi quoq; ſacerdotes nō ſolū pro ꝓuerbi.
populi/ſed ēt ꝓ ſuis ipſoꝝ peccatis hoſtias offerebāt. Admonent̄ inſup in ꝑfectiore ſtatu con xx.
ſtituti:ut cū ea faciūt:quæ dixim⁹ pctōribus indicta eſſe/nō diuitum more/ideſt maiore cum ſo Ad.he/
lēnitate & ſingulari cerimonia id faciūt:ſed pauperū/ideſt humiliū pſonā induant. Idq; & alio bre.v.
exemplo Saluator apertius nos docuit:dū ſe Ioanni baptizandū:eadem qua cæteri humilitate Mat.iii.
obtulit. Quod ſane illos magnope ſugillat:qui ſublimiore gradu cōſtituti cū ſacerdotibus īfe
rioribus peccata ſua ſacramentali confeſſione detegunt:ita ſuā erga illos maieſtatē ſeruāt : ut
uter alteri confiteatur:diſcernere non poſſis/qn & illū/qui audit/maiorē cōfitenti reuerētiam
atq; inclinationem exhibere perſpicies:q̄ confitentē audienti:qđ & a diuina lege/& ab oī rōne
abhorret maxime:ut ei qui dei uicem gerit:& ligādi atq; abſoluendi ptātem in ea parte obti/
net/is/qui reū ſupplicemq; ſe profitetur/maiorem ſe/aut æqualem oſtendat. Sunt etiā/qui dū
ſacra conficiunt:tāto utātur faſtu:ut ad pompā potius atq; humanam iactantiam : q̄ ad dei glo
riam eos talia facere/ex eorum luxu/atq; ornatu/geſtuq;/facile ſit iudicare. Seruanda eſt igi/
tur in hiſce rebus ab pontificib⁹ mediocritas:ita uti neq; dignitatis atq; officii auctoritas/excel
lentiaq; contēnat̄:neq; in nimiā proteruiam/ambitionēq; extollat̄:& potius in humilitate q̄ in
elatione excedatur: Hoc autē in præcurſore ꝑtermiſſum ea rōne dicere poſſumus:qua de eius
& parentū ſuorum erga Cæſarem ꝓfeſſione/quod de Saluatore ſcriptū eſt/tacitum eſſe in pri/
mo huius capitis tractatu dixim⁹:eo.ſ.q de ꝑfectis mar⁹ dubium eſſe poterat:an uſq; adeo ſeſe
humiliare deberent:de ꝓficientib⁹ enim nulla erat dubitatio. Alia quoq; ꝑfectis/ex his/q̄ nūc
proſequimur/miſtice dātur ꝑcepta:quæ dum ſingulas huius Euangelii particulas ꝓſequemur
explicare conabimur/& quæ ꝑfectis q̄ poenitentibus aut ꝓficiētib⁹ ſunt accōmodatiora. Sed il/
lud nō eſt hoc loco ꝑtermittēdū:q de Ioāne Lucas poſtea q̄ illū circūciſum/nomēq; illi īpoſi/
tum retulit:ſtatim de illius ad deſertū tranſitu ſubiungit. quod ꝓficientis ꝑcipuum eſt officiū.
De hoc autē Saluatore/ꝓter Magoꝝ adorationē hoc quoq; interponit̄ myſterium:quo & ipſe
deo in templo a parentibus ꝓſentat̄ & mater purgatur:& pro eo/uel pro utroq; munus ſacer/
doti offert̄ :quæ ſunt ad perfectionem myſtico ſenſu neceſſaria. Neq; ꝓter ea ſupereſt quicq̄;
quod

quod a ꝑfectiſſimo quoqꝫ deſiderari poſſit. Circúciſio quidẽ miſtica/quæ ꝓficientibꝰ ſatis eſt/
ꝑfectionis gradú non attingit. Eſt eñ(ut in ſupiori bꝰ oſtẽdimꝰ)amputatio ſuꝑfluoꝝ in corpe
atqꝫ in aio:tú actuum:tú deſiderioꝝ:ita uti neqꝫ dicat qs/neqꝫ faciat quicquá:quod modum iu/
ſticiæ/modeſtiæqꝫ excedat:nec cogitet quidem. Hic ṗmus eſt pœnitentis ad profectú gradus:
ut ſcilicet a mala opatione/cogitationeqꝫ/abſtineat:qđ eſt Ioánem circúcidi: ṗuſqꝫ q̃ ad illam
perueniatur:ſeptem dies ꝓcedere oportet:qui ſunt ſeptem pœnitentiæ gradus:qui per totidẽ
pœnitẽtiales pſalmos exprimunť:ſeptẽqꝫ mortalibꝰ culpis ſunt antidota. Et ob id ſepties ſan/
Leui. guine uituli aſperſioné fieri deꝰ ꝓcepit in expiationé pctórú. Poſt hanc autẽ circúciſionem in
xvi. deſertú/ſcilicet pniæ cú Ioanne tráſeat conuenit:ibiqꝫ in cultu/& uictu auſterá agere uitam:&
cæteros uerbo & exemplo ad pœnitẽtiá prouocare. Sed múditiá mẽtis/uitæqꝫ innocẽtiá & quæ
ad perfectionis gradú neceſſaria eſt/animi puritatem/hæc non ſtatim ꝓſtát:qn triginta & tres
poſt circúciſioné dies Mariá in ſanguiné purificatióis manere neceſſe eſt/ideſt ꝑfectionis ſtatú Sanguis uer
ꝑs.l. igreſſum oẽm ſenſualitaté ꝑfecte purgare/& múdanas delicias/ imo & ꝓpoꝝ cóſanguineoꝝ bo qđ intelli
curá a ſe abdicare:q̃ oia ſanguinú noie cõtineri ꝓpheta oñdit dicẽs:Libera me de ſáguinibꝰ deꝰ gaꝰ in ſacra
deꝰ ſalutis meæ & exultabit liugua mea iuſticiá tuá:q̃ſi exultare neqꝫ lingua/neqꝫ animꝰ in di/ ſcriptura.
ꝑs.xv. uina iuſticia poſſit manẽtibꝰ in nobis carnalibꝰ affectibꝰ. Eodẽ quoqꝫ ſenſu apud eúdẽ ꝓphetam
Miche. accipiť qđ dicit:Nó cógregabo cõuẽticula eoꝝ de ſanguinibꝰ.& alrꝰ itẽ ꝓpheta:Oia recta per/
iii. uertitis q ædificatis ſyon in ſanguinibus.De hoc etiam ſanguine Ezechi. loquitur:dum dicit:
Ezechi. Et laui te aqua & emúdaui ſanguinem tuum ex te:uel per ſanguinẽ/qui eſt intra nos/& ani/
xvii. mæ noſtræ ſedes/cogitationes intelliguntur. Eſtqꝫ ſenſus : ut non ſolú malas operationes:pur
Eſa.i. gemus:ſed malas etiam cogitationes. Et ita illud Apoſtoli intelligi poteſt. dum dicit : Non
acquieui carni & ſanguini.& hoc eſt quod per Prophetá dicitur : Auferte malum cogitationú
ueſtrarum. Sic igitur per tres illos & triginta dies purgare ſe iu ſanguine ſuo debet ꝑfectioni
Eſaiæ. ꝓpinquás:ut omnia primum intra ſe recogitet:quibus deum offendere potuit:ſicut ille qui di
xxxviii. cebat:Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Item ut omnes ſuas co
ꝑs.liiii. gitatiões ſic in deú referat:ut ꝓter illum cogitet nihil:quẽadmodú ꝓpheta nos inſtruit dicẽs:
Iacta cogitatú tuú in domino/& ipſe te eutriet:nec dabit in æternú fluctuationem iuſto. Vel
aliter in ſanguine purgatióis puerperá ſtare oportet : ṗuſq̃ puer iu tẽplo offerať:ideſt ea etiá
ꝑs.l. peccata purgare:q̃ ab utero tulimꝰ/ideſt ſenſuales appetitꝰ:q nobiſcú naſcunť. De qbꝰ ꝓphe/
Iob.x/ ta dicit:Ecce in inigtatibꝰ cóceptꝰ ſum:& in pctis cócepit me mŕ mea.& alrꝰ itẽ:Quis pót facere
iiii.&.x/ mundum de immundo cóceptum ſemine.& iterú:de utero matris meæ egreſſa eſt mecú miſe
xxi. ratio.& iſta ſunt delicta iuuentutis & ignorátiæ,de qbus dicit ꝓpheta:Delicta iuuentutis meæ:
ꝑs.xxiiii & ignorátias meas ne memineris.Ita ergo debet talis perfectioni inhians/ſenſus/motuſqꝫ ani
i.ad cor. mi oẽs cõprimere atqꝫ mortificare:ut pareat ꝑ oia appetitꝰ róni/Apli exẽplo:qui dicebat: Caſti
ix. go corpus meú/& in ſeruituté redigo.Quod & myſtico ſenſu deus ipſe mádauit:dum ad mu/
Gen.iii. lierem/per quá mollicies & ſenſualis appetitus ſignificať/dixit:Sub Viri poteſtate eris:& ipſe
dominabitur tui:Sed neqꝫ dierum numerus myſtica ſignificatione caret. Ter quidem decimꝰ
qui triginta efficit/triplicem cópoſiti uumeri perfectioné efficit: Quippe denarius numerus
ita perfectus eſt:ut numerádi meta ſit.& quicquid ſupra primú denarium aſcendit:rurſus mu
Exo.xx tatis uocabulis ad illum redeat. Huiuſqꝫ perfectionis argumẽtum eſt/ꝙ decem præceptis om
ii.Num. nem diuina lex iuſticiam pietatemqꝫ concluſit:decimaſqꝫ ſibi offerri deus iuſſit.& regnum cæ
xviii. lorum decem uirginibus cóparauit. Tertii uero numeri ꝑfectioné:cú ex aliis plurimis:tú uero
Matth. ex hoc uno depræhẽdere licet:ꝙ ſumma rerú oium ꝑfectio:ſúmaqꝫ & incóparabilis ꝑfectióis
xxv. deus/trino ſe numine per triú ꝑſonarú diſtinctioné in una tñ ſubſtátia coli uult & nominari:
diſtinctæqꝫ ſunt cuiuſlibet ꝑſonæ proprietates. Hæ igitur tres ſunt decimi numeri perfectiões
quæ triginta efficiunt. Et una inſuper trium unitatum:quibus(ni fallor)admonemur:ad perfe
ctionem uiatoris opus eſſe:ut & iu pluritate & unitate ſit perfectus/ideſt tam ad aliorum ædifi
cationem:In omniumqꝫ oculis quod ad uitá actiuá ptinet:q̃ recta apud deum cóſcientia:quod
ꝓcipue contemplatiuorum eſt:apud alios quidem/doctrina/uita/& operibꝰ relucere debet ꝓla
ti/cæteriqꝫ actiui:que ſingula per denarium numerú diſtingui poſſunt. Doctrina quidẽ decem
Pſalmo legis mádatis cócludiť. & iſtud ẽ pſalteriú decẽ chordaꝝ:in quo ꝓpheta dicit dño eſſe cauẽdú.
xxxii. Vita aút ꝑ decẽ ſenſus exerceť:quoꝝ quinqꝫ ſunt corpales & qnqꝫ ſpúales. & hæc ſunt decẽ ta
Matth. lẽta:quoꝝ qnqꝫ a deo ṗmú danť:& quinqꝫ reliqua/ex illis fenore maximo ſuplucrari nos opor
xxv. tet.Nã qđ quinqꝫ talenta Matthæꝰ dediſſe pŕem familias refert.x. Mnas Lucas interpratatur.
Lu.xix. Opatiões quoqꝫ ad charitatis ꝑfectioné neceſſariæ pari cóſtát numero:q̃s allegorico ſermone
Ec.xxv. Sapientia enumerat:q̃ſi ſummú hoibꝰ bonú:& nomẽ qdẽ inſuſpicabilia cordis noiat:decimum

uero apertis exprimit uerbis. Et iſte etiam per decem argenteos apud Hieremiam ſignificat.
Quibꝰ tres uirtutes theologales: q̄ttuor cardinales: & tria ſpiritualia pietatis opa haud imper
tinēter nōnulli expreſſa putarūt. Hæ deniq; ſunt tres in denario numero pfectiones: In quibꝰ/
qui actiuā agunt uitam: ſi perfecti eſſe cupiunt/ ſe exercere debent. In unitate aūt tres pfectio/
nes reliquæ/ quas per tres/ qui ſupra triginta dies ad purgationē mulieris neceſſario ſupaddi/
tos oſtendimꝰ/ ad cōtemplatiuos: & eos qui monaſticā aut ſolitariā uitam agunt/ referri cōcine
poſſunt. Siue tria in religione uota per ea expmi uolumꝰ/ Obediētiā ſcilicet/ Pauptatē/ & Ca/
ſtitatem: quæ ſunt aduerſus tria pcipua peccata tres oppoſitæ uirtutes: ſiue tres illas theologa
les/ de quibus dicit Apoſtolus: Fidem ſcilicet Spem & Charitatē: Siue tres aīæ potentias: ītelle i.ad cor.
ctum ſcilicet/ memoriā & uoluntatem: Siue tria lumina/ de quibꝰ in ſupiore ꝓximo tractatu lo viii.
quuti ſumus: multaq; alia ad hāc ex tribꝰ unitatibꝰ cōpoſitā trinitatē cōferentia appoſite refer
re poſſemus. Sed ne uaſto in pelago diutiꝰ euagemur: hunc numerū triū & triginta Chriſti Sal
uatoris nr̄i ætas cōſecrauit pfectiſſimūq; eſſe oſtēdit. Cuiꝰ enim pfecta eſſe oīa opera fateri ne
Perfectio numeri.xxxiii. ceſſe eſt: dicente ſcriptura: Et dei perfecta ſunt opera: hūc tali annorum numero uitam ſuam Deuter.
inter mortales concluſiſſe/ nō abſq; maximo eiuſdem numeri perfectionis argumento fidelis xxxii.
qſq; debet extimare. Idq; aptis uerbis oſtēdit Apl̄s. Qui ob id in ea ætate omnes hoīes reſur/ Ad eph.
recturos autūmat dicens: Donec occurramꝰ oēs in unitatē fidei: & agnitiōe filii dei in uirū pfe iiii.
ctū/ in mēſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Cū autē hæ ad pfectionis ſtatū pueniētes uirtutes
atq; opatiōes (quēadmodū ſupius diximꝰ) nō æque pcurſori ac Saluatori cōueniāt: Iccirco de il
liꝰ in tēplo pntatione: tāetſi factā eſſe nō ſit dubitādū: nullā tn̄ ob hanc ipſam cām mētionē ab
Euāgeliſta factā cōiicere poſſumꝰ. ¶ Sed & alia pter hæc cōcurrūt in eādē ſniam adminicula: q̄
ex ſequētibꝰ detegenꝰ. Porro illud ex his/ quæ ꝓxime dicta ſunt/ elici pōt: tres has poſtremas
pfectiones/ quæ ex ſimplici trinario numero unitatū excerpunt/ cæteris/ q̄ ex denariis cōſtāt/
eo eſſe pfectiores: quo actiua uita cōtemplatiuam excellentiorē/ pfectioreq; eſſe ipſius Salua/
toris teſtimonio admonemur. Ipſe enim/ Mariā optimā partē elegiſſe ꝓnunciauit. Idq; in hoc Luc.x.
de quo nunc agimꝰ/ terdenario & trinario numero ex eo fit manifeſtum: q̄ poſt triceſimū an/
num eo trieunio/ qd̄ fuit uitæ Chriſti extremū/ oīa ſalutis noſtræ impleuit myſteria. Seſeq; &
deum & Saluatorem & doctorē hoīum apte demōſtrauit: uirtuteſq; fere oēs eſt opatus: & ſi q̄s
pus feciſſe refertur: nō palam atq; in publico fecit: q̄uis in anno duodecimo excellentiā ſui in/
genii/ quæ deitatē redolebat/ inter doctos immo & doctores detexit: ſed nō apte diuinam oſtē/
dit poteſtatē. Quinimmo (ut ſequēti tractatu oſtēdemus) poſt illud magnæ admiratiōis factū
parentibꝰ ſubditus manſit. Qua in re q̄le nobis exēplum reliquerit/ ibi oſtēdemꝰ. Interea uero
Textus. euangelicæ hiſtoriæ uerba pſeq̄mur. Ait eīn: ET POSTQ VAM impleti ſunt dies purga
tionis eiꝰ ſcd̄m legē Moyſi: & q̄ ſequunt. In qbus tpis obſeruatio primum expmit: dū dicit: Et
poſteaq̄ impleti ſunt dies purgatiōis eiꝰ. Scd̄o Saluatoris ad tēplū delatio. Tertio illiꝰ pntatio/
& oblatio deo facta. & quarto oblatio animalium ſeu alitum pro eo facta: quæ ſingula proſe/
quemur. ¶ Et in primis circa tēporis plenitudinē atq; dierū implementū & cōſumationem nō
alia occurrūt: q̄ quæ in pcedenti huius tractatus particula a nobis fuere dicta. Quare aūt a deo
ad purgationē q̄dragenarius hic numerus eſt pfixus & in femina duplicatus: ad lr̄alē ſenſum
ſacri doctores uarias afferūt rōnes: quarū illa ad noſtrā intelligētiā pcipue ptinet: q̄ quāto tpe
in mulieris utero ſemē uirile pus q̄ formet foetus: manet īforme: tāto debet mulier enixa: pus
q̄ purificet/ ſe purgare. Et iccirco dū feminā parit: tp̄s duplicat: qa ad formā in utero ſuſcipiē/
dā duplo q̄ maſculus eſt tardior. Hæc eīn ad moralē ſenſum dupl̄r intelligi pn̄t. Primo q̄dē: ut
per partū mulieris ex uiro cōceptū bona opa/ q̄ aīa fidelis Chriſto p m̄rimoniū fidei copulata
facit/ itelligat. Nō eīn cōfeſtim illa deo accepta iudicare debet: ſed quoad bn̄ purgatā ſe oī cō/
ſciæ ſcrupulo ſentiat: peccatricem ſe exiſtimare: & cū Iob dicere: Verebar oīa opa mea/ ſciēs q̄ Iob.ix.
nō parceres delinquēti. & infra ſi latꝰ fuero q̄ſi aqs nimis/ & fluxerint uelut mūdiſſimæ manus
meæ: tn̄ ſordibꝰ intinges me. Quē ſenſum nōnulli ſcriptores hoc loco poſuerunt. & aptiſſime
q̄dē: cui q̄ paulo an̄ a nobis dicta ſunt/ cōuenire pſpicuū eſt: Sed aliū quoq; ſenſum afferre poſ/
ſumꝰ. Cū eīn (ſicut pdiximꝰ) in peccatis naſcamur oēs: neq; mundū ſe qſq̄ gloriari poſſit ante ps.l.
deū/ & pſertim in cōceptu a traduce libido ſenſibꝰ corpis titilata maculā originalē ſecū trahat:
rōnabile diuina iuſticia iudicauit: ut p id tp̄s/ quo ſemē illud inaiatū in muliebri uaſculo māſit:
ipſa quoq; immūda partu edito cēſeat: inde uero cū aīam infundit deus: q̄uis maculā ex infecti
ſeminis cōtagione recipiat: qa tamen ad imaginē dei/ eiuſq; gr̄æ & gloriæ capax facta eſt aliq̄
ex pte purificari ſeminis cōtaminationē dicimꝰ: Subſequuta. ſ. ea/ quā deꝰ ipſe cōſtituit/ expia/
tiōe. Ita quoq; trāſacto p ptū eodē tpis curriculo/ quo abſq; aīæ cōſortio dānatū in puaricatiōe
primorū

ꝑmoꝝ parentũ ſemen manſit:mulieri enixæ purificationis expiatio eſt conſtituta:quia ex lege
ſuſcepta munda fit penitus:& ingreſſu templi digna. Hoc autem illud nobis oſtendere uide/
tur:eum qui in peccati actualis ceno per tempus aliquod iacuit/poſt deletam cõtritione/ſacer
dotiſq; relaxatione culpam/tãdiu ſe immundum/& diuina gratia indignum iudicare debere:
Ad Ro. quoad tanto tẽpore:quanto in ſenſuali uolutabro ſe cõmaculauit/digna pœnitẽtiæ opera edi
vi. derit. Idq; Apl'i ſentẽtiæ cõſonũ eſt qui dicit:Sicut enim (inquit) exhibuiſtis mẽbra ueſtra ſerui
re immũdiciæ & iniquitati ad iniquitatẽ:ita nunc illa exhibete ſeruire iuſticiæ in ſanctificatiõẽ.
quinimmo in diuinæ iuſticiæ rigore pro ſingulis diebus culpæ uix ſinguli ſufficerent anni.ob
murmurationem enim & incredulitatem/qua diebus.xl.Iſraeliticus populus deum exacerba
uit/quadraginta annis illum in deſerto uagari permiſit:Sed in grãæ lege nos conſtituti:& leuiori
iugo ſubacti mitiorẽ habemus deũ/atq; utinã paria pœnitentiæ ipa impẽderemus:quæ impẽ/
dimus culpæ.Et inſuper q̃uis ad delendam culpã & fortaſſis pœnã remittẽdam/tãti temporis
recte acta pœnitentia ſatis eſſe poſſit:ad gratiæ tñ plenitudinem cõſequendam multo maiore
atq; ꝓlixiore opus eſt & caſtigatione & tempore:ſicuti ex his quæ de Anna in ſequenti capite
dicentur.apparere poterit:uel aliter per illos quadraginta ſexagintaue dies/q̃bus in utero ſe/
men coagulatur & organizatur:atq; in humanã formã effigiatur corpus/tempus illud/quo in
operibus pœnitẽtiæ uerſatur peccator/intelligere poſſumus. Quæ ſane opera per ſupfuſum
animæ ſpũm/ideſt diuinæ grãæ rediuiuum uigorem aĩata:& in radice charitatis ſolidata dein/
Lu. viii. ceps in utero matris/ideſt in uolũtate/menteq; noſtra coaleſcunt. Ea enim eſt noſtrarum ope
rationum/ſiue bonarũ/ſiue iniquarum mater:dicente de bonis operibus Saluatore:ꝙ hi/q bo
Mat.xv no corde & perfecto uerbum dei recipiunt/fructum referunt uberrimũ.De malis quoq; ope/
ribus:ꝙ de corde exeunt:ipſe aperti⁹ teſtatur dicens:De corde enim exeũt cogitationes malæ/
adulteria/ſtupra &c.Et ſicuti in ꝓcurſoris conceptu a nobis eſt dictum: debet mater ipſa bona
mente feta exemplo Eliſabeth ad tempus latere: deinde adueniente Maria Saluatorem in ute
ro geſtante exultare:ſeſeq; aliquãtiſper in publicũ exhibere:partu uero in lucẽ edito/ideſt di/
uina gratia & uirtute ex bonis operibus iam ſeſe prodentibus:tametſi cum uicinis & cognatis
lætari debeat:domo tamen exire illiuſq; ad purificationis tempus nõ licet. Verum ſeptẽdie/
bus arctius: cæteris uero uſq; ad quadrageſimum paulo remiſſius uelut ĩmunda ab hoium cõ
ſortio ſe debet continere:quæ per ſingula proſequi haud difficile foret. Verum ad noſtrã in/
telligentiam hoc ſatis erit:admoneri his legis antiquæ figuris ad brauium ſalutis currẽtes: ut
alternatim & uirtutem ac gratiam in ſe diuinam ad aliorum ſalutem oſtendant atq; manife/
ſtent:& ſuam ipſorum fragilitatem/atq; imperfectionem agnoſcentes intra cordis penetralia
infirmitatem ſuam & culpas defleant:& a ſacramentis ob illorum reuerentiam nonnunq̃ ab/
ſtineant:partiuſq; & timoratius ſacra contractent.& dum id facturi ſunt arctiorem uitã agãt/
ac orationibus/ieiuniis. cæteriſq; piaculis deum ſibi propiciare procurent.Hoc enim lex uet⁹
Exod iubebat:quæ ſummo ſacerdoti ſancta ſanctorum ingredi/non niſi ſemel in anno/& maxima
xxx.& cum reuerẽtia/cerimoniaq; permittebat. & Agnus pariter paſchalis ſemel tñ in anno:cũ ma
ad heb. gnaq; temporum & cerimoniarum obſeruantia ĩmolabatur.Moyſes quoq; cum deo loquutu/
ix. rus/& legem accepturus/myſtice multa nos obſeruare docuit: cum ad ſacrificium ſalutis ac/
Exo. xii ceſſuri ſumus.quæ/qui frequentius id faciunt/ſeruare uix poſſunt: quando & raro utentibus
haud ſit facile.Admonentur quoq; his cerimonialibus præceptis/qui uoluptatis ſtimulis agi/
tati ſunt:& qui carni etiã abſq; culpa indulgent:utpote matrimoniali lege dantes liberis ope/
ram:ut cum ad altaris ſacramentum ſunt acceſſuri: ab omnibus his alioqui licitis per tempus
Exodi congruum abſtineant:ſicut ꝓcepit Moyſes populo/dum in montem domini eſſet aſcenſurus:
xix. ut ab uxoribus ꝓpriis continerent: Idq; ſacris eſt canonibus inſtitutum. Quod etſi neceſſita/
xxxiii. tem non paſſim ingerat:præbet tamen conſilium ſalutare. Et huic conuenit:quod mulieri ex
q.iiii. uir partu feminæ tempus duplo maius:q̃ in maſculi partu eſt præfixum. Illud enim nobis aperte
cũ ꝓpria ſignificat:ꝙ eos/qui muliebri molicie atq; lubricitatis illecebris ſunt dediti/cum tardius ac dif
& de cõ ficilius a ſenſuali hac culpa reſurgant:fructumq; bonæ & caſtæ conuerſationis ægre cõcipiãt/
ſe. di.ii. & pariant:carnis uinculis arctius eos conſtringentibus/maiore etiam abſtinentia uti debere/
ois hõ. diutiuſq; in pœnitentiæ atq; expiationis operibus immorari.Sicuti etiam in præcedentibus ex
Matth. Saluatoris ſententia oſtendimus:qui dæmonium illud/per quod carnalis incontinentia ſigni
xvii. ficatur docuit non poſſe niſi in oratione & ieiunio eici. Alio quoq; ſenſu ex prædictis admonẽ
tur:qui in charitatis operibus ſunt frigidiores/atq; tepidiores: ꝓlixiore ad fœtũ/bonorũ/ſci
licet operũ formandũ indigere tp̃e: quẽadmodum & ſemen uirile/quod ob caloris defectum
maſculũ generare nequit duplicato tp̃e feminã facit. Hi quippe fœtu hoc frigidioris & com/

plexionis & uirtutis in lucem edito/maiore ad pfectionis opa edenda indigent & præparatiōe
& tempore. Poſſet aūt non imptinenter hoc loco q̄ri: quã ob cauſam ſolis mulieribus ex uirili
complexu cōcipientibus/non etiã uiris/a lege purgatio ſit indicta: qđ pſertim in gñatione/ex
qua oīs procedit ſiue culpa/ ſiue macula/potiſſimã formalemq; cām ab eo puenire oēs conſen
tiant. Ad qđ iuxta litteralem ſenſum reſponderi facile pōt: q ex quo uiri act⁹ ad generationē
concurrens eſt momētaneus: nec intra ſe quicq̄ recipit infectum: ſed in mulieris genitale mē/
brum potius immittit: illa uero utroq; uirili ſcilicet/& pprio ſemine cōmaculata/lōgo etiã tē/
poris ſpacio infectū quoq; fœtū & cōcipit & natura adiuuãte format & nutrit. Propterea purifi
catione ſola indiget: utpote q̄ ſola & ſeminali & mēſtruo humore eſt polluta: q̄ etiã ex ſolo mē
ſtrui ſanguinis profluuio erat imunda. Sed & alia efficacior ratio reddi pōt: Illa enim a diabolo Leuiti.
perſuaſa: & prior de uetito ligno comedit: & uirū ad diuinæ legis trãſgreſſionē induxit. Pro/ xviii. &
pterea cum utriq; deus ipſe iuſtiſſimus pro culpæ merito penã infligeret: mulieri circa conce/ xx.
ptum & partū maledixit: uirū aūt aliis ærūnis addixit. Ad moralem autem/quē ſequimur/ſen
ſum: mulier (ut ſæpe diximus) carnē ſeu ſenſualem motū: aut inferiorem rōnalis aīæ portionē
ſignificat. Hæc aūt utpote infirmior/& ad omnes bonas operationes ſegnior/atq; tepidior/lō
ge q̄ ſuperior ſpūaliſq; aīæ ſenſus maiore indiget caſtigatione/purgationeq;: quinimo cum in
parte ſenſuali fere tota pœnitentiæ diſciplina/ſeueritaſq; ſit exercenda: illi ſoli hæc purgatio
tribuitur. Nã & Apoſtolus ipſe (ut paulo ante diximus) cū in cæteris oībus perfect⁹ eſſet: ſtimu
lo tamē carnis afflict⁹/corpus ſuū caſtigabat/& in ſeruitutē redigebat. Quid enim aliud ſunt
ieiunia/uigiliæ/peregrinationes/flagellationes/& cætera id genus/quib⁹ peccata expiant ho/
mines/q̄ carnalium ſenſuum purgatio ſeu purificatio. Et ob id/cum hæc mulier/ſenſualis ſci/
licet & carnalis portio/fructū bonoꝝ operū parit: illi nō/uiro uicinos cōgratulari in pcurſoris
natiuitate oſtendimus. q ſi Mariã hoc loco/put ante hac ſemp/ pro aīa ſeu ſuperiori uirtute
animali/& Ioſeph pro corpe/ſeu pro inferiori accipiendū qs contendat. & hãc Saluatoris a cæ
teroꝝ purgatione ſe iungere uelit: nō deeſt ad hūc quoq; intellectū optimus ſenſus. Cū enim
de pfectionis opibus hic tractem⁹: aīam & ſupiorē ipſius arcē purificari oportet. Hæc nēpe ad
illã pprie ptinet: emūdatio uero ad corp⁹/uel inferiorē rōnalis aīæ partē: aut ad opa exteriora
refert: dicēte Apſo: Emundate man⁹ pctōres: & purificate corda duplices aīo. & in Sapia legit. Iac.iiii.
Quis pōt dicere/mūdū eſt cor meū: & purus ſum a peccato: q̄ſi purū plus ſit q̄ mundū eſſe. Et pucrbi.
ppterea Saluator ipſe arborem/q̄ fert fructū/purgãdã eſſe dicit: ut fructū plus afferat. Et Pro xx.
pheta filios Leui: eadē rōne dicit eſſe purgãdos. Hæc igit purgatio ſeu purificatio: cū perfectã Io.xv.
uiatoris emūdationē ſignificet: pfectiori quoq; hoīs portiōi abſq; dubio eſt tribuēda. ⁋ Sed iã Mal. iii.
reliqua pſequamur: & qđ factū fuerit: & a quib⁹ poſt hui⁹ tpis legalis implemētū uideam⁹. In
quo ex Euãgeliſtæ uerbis pmo ponit ipſius pueri in hierlm delatio. Scđo ipſi⁹ delatiōis cauſæ
Textus. duæ: pma/ſcilicet ut ſiſterēt eū corã dño. ſcđa ut darēt hoſtiam &c. Ad pmum igit accedamus.
TVLERVNT (inqt) eū in Hierlm &c. in qbus ſane uerbis tria ponūt. Hi/ſcilicet q tulerūt: is
q delat⁹/ſeu portat⁹ eſt: & locus ad quē eſt delatus. Et pmū quidē: q̄uis text⁹ hoc loco nō expri/
mat: exprimit tñ paulo infra manifeſte: dū dicit. Et cū introducerent eū parentes eius &c. Hanc
aūt filii in templū delationē documēto nobis eſſe morali ſenſu ſacri doctores hic tradūt parē/
tib⁹ oīb⁹: ut pmo quoq; tpe filios ſuos deo offerãt: atq; deuoueãt: & q̄ pñt: diligētia/atq; ſollici
tudine/in dei mãdatis inſtruãt atq; exerceãt. qđ cū ſit ab aliis tactū: nō trãſcribem⁹: Sed alti⁹ ad
nřam intelligētiã ſpeculãtes: p Mariã & Ioſeph: rōnalē/& ſenſualē aīæ nřæ uirtutē accipiētes:
aut ſupiorē atq; inferiorē rōnalis aīæ portionē: aliud cuicūq; fideli in fide & charitate pficiēti/
& ad pfectionis metã cōtendēti: dat ex hac Euãgelii pticula documētū: ut natū Ieſum/ideſt ſa/
lutis opa p utrūq; ſenſum/atq; utrãq; aīæ potētiã in Hieruſalē/q̄ eſt pacis uiſio/deferat & deo
ſiſtat/ducat/offerat/ideſt ad dei gloriã. pmū: deinde ad ppriæ mētis pacē/quietēq;: nō ad huma
nã laudē/iactantiamue cūcta referat: hic mētē aīum ſenſuſq; oēs flectat/dirigatq;: ſicuti Chri/
ſtus ipſe/ut cætera ſcripturæ teſtimonia ptercam/& uerbo docuit & exemplo: q non ppriam
gloriam ſed eius/a quo miſſus erat: patris/ſe quærere frequēter eſt pteſtatus: cuius doctrinam Ioã. vii.
imitatus Apoſtolus/in lucem & doctrinam gentiū ab eo electus dicebat: Siue ergo mãducatis/ & viii.
ſiue bibitis/ſiue aliud quicq̄ facitis/omnia in gloriam dei facite. Quibus plane uerbis oſten/ i. ad co/
dit: nō animæ dumtaxat: ſed & corporis opationes ad dei gloriã eſſe reiciēdas: quod quid aliud rin.x.
eſt: q̄ Ioſeph/ideſt corporales ſenſus: & Mariam/ideſt animales/ Ieſum/ideſt ſalutis opera in Ad eph.
Hieruſalem/ideſt in deū/qui eſt pax nřa/deferre. uel in Hieruſalē/ideſt dilectionē pximi. iux ii.
ta doctrinã Apli: Cū oīb⁹ hoībus pacē habentes: & ſiſtere dño/ideſt in charitate dei: & ad eius Ad Ro.
(ut diximus) gloriã: ac ppter eū oīa facere. In his eñ duob⁹ mandatis plenitudo conſiſtit legis. xii.

Et ppterea

Mat.x. Et propterea præmittit̃ q tulerunt filiũ in Hieruſalẽ:& deinde ſequit̃:Vt ſiſterẽt eũ domino:
Lu.xii. ac ſi apte diceret:nõ ſatis eſt pacẽ q̃rere: niſi & in deo q̃rat̃.Chriſt⁹enim non pacem:ſed bellũ. Textus.
& gladiũ in terrã ſe ueniſſe mittere palã eſt ꝓfeſſus.Quæ enim ad dei offenſionẽ hoies con ſo/
ciat nõ eſt pax uera:quã deus Apl̃is reliquit:ſed ueluti ꝓdonum ad malũ turpis flagitioſaq; cõ
ſenſio.Hoc aũt officium/qđ Chriſto infanti Ioſeph & Maria/aſina & pullus ei⁹/in poſtremis
præſtiterũt. Vtriq; enim in Hieruſalẽ illũ detulerũt.Per aſinã quippe domitã aiam/& per pul
lum/indomitũ corpus:uel per aſinã/aiam rõnalẽ/& per pullũ ſenſualẽ motũ/uirtutẽq; ſignifi
cari ſacri doctores cõueniunt.Eo enim actus nr̃os & ab initio cũ naſcũtur:& in fine cum conſu
manda ſunt:dirigere nos oportet.Ex his etenim extremis media cẽſent̃:q̃ alioqu & ſi nõ ipoſ/
ſibile/ualde tñ difficile & ſupra humanã uirtutẽ eſt:deo ſemp eſſe intẽta. Propterea q in ipſo
rerũ gerẽdaꝝ initio deũ ſpectat/eiuſq; cõſpectui op⁹ offert:& de hinc re pfecta illi gloriã/ gra
tiaſq; reddit: tãetſi nõ perpetuo obtutu (dũ media pagit) in deũ figat oculos: ſed ꝓ humana fra
gilitate aut ad caduca deflectat/aut diuina cõuincat:nõ ob id fructũ boni opis amittet. Ita eñ
illud dictũ Apl̃i intelligit̃:Continuã in uobis charitatẽ hñtes:& illud:Sine intermiſſione ora/
i.pe.iiii. te:& cætera id genus plurima.Nã & ille/q eſt in oib⁹:oia:cũ dixit:Ego ſum Alpha & O:ꝑnci/
i.ad the piũ & finis:de medus quoq; intelligẽdũ ex his putauit:Fini th atq; cõſumatiõi cũ laus debeat̃:
ſa.v. illã oportet eſſe pfectiorẽ atq; excellẽtiorẽ:dicẽte Sapia:Melior eſt finis orõnis:q̃ ꝑncipiũ:& il
Apoca. lud bñ dixit dñs nouiſſimis Iob magis q̃ ꝑncipio.Propterea cũ ſup aſinã & pullũ elat⁹ eſt Sal/
xxi. uator in hierl̃m:ſexto poſtmodũ die oia/q̃ de illo ſcripta erãt/cõſumatur⁹/i ei⁹occurſum uni/
Eccleſia uerſa ciuitas eſt effuſa:ipſeq; palã & ſpectãte/applaudẽteq; populo:& pueris in eius laudes uo
ſtes. vii. ces laxãtib⁹ eſt ingreſſus. Aliis aũt modis atq; tpibus:& ad alia loca Saluator ipſe uiuens porta
Iob. xlii tus legitur.Ex quibus ad moralem ſenſum pleraq; hoc loco ſacri doctores eliciũt documẽta:
que ne in alienos labores introiſſe uideamur/ꝓſequẽda non putamus:ſumma eorũ auctorita
te cõtenti.Hũc ergo puerũ ut ſiſterẽt/ideſt offerrẽt & deuouerẽt domino in tẽplũ tulerũt pa/
rentes eius.Natura quidẽ alter/ſcilicet Maria. & obſequio atq; officio & hoium opione alter.
qđ (quẽadmodũ alio quoq; loco oſtẽdim⁹) hoc uobis ſignificat opa perfectionis:& ſi hominũ
opione inferiori aiæ ſenſui:& ipſi etiã ſenſitiuæ pti tribuãtur:qa ex opibus exterioribus iuxta
Saluatoris doctrinã/iudicare hoies oportet:cum interiora iudicet ſolus deus.Re tamẽ uera ex
Io.viii. ipſo interioris animi ſenſu (ut paulo ante diximus) meritũ radicatur/ aut demeritũ. Exterior
&.ix. autem ad miniſteriũ & obſequium dũtaxat aſſumitur. Et iccirco nullũ opus ſine charitate/q̃ in
aio cõſiſtit/bonũ eſſe Apl̃s teſtatur.qđ & Saluator ipſe de elemoſina & orõne loquens prædi/ Perſeueran/
i.adcor. xerat.Siſtere aũt domino qui ex lege tenet̃:nõ ſatis obligationi facit:niſi ad finem uſq; perſi tia in ſctõ ꝓ/
xiii. ſtat.Hoc enim eſt ſanctũ eſſe domino:quẽadmodũ in Saluatoris cõceptione dixim⁹:dum uer/ poſito neceſ
Mat.vi. ba illa explanarem⁹:Quod enim ex te naſcet̃ ſanctũ:nec ꝓpterea qđ pecunia redimi poterat: ſaria.
ſanctus eſſe deſinebat:tãetſi a templi ſeruitio eſſet immunis:ut infra oſtẽdim⁹. Hinc qui ſacris
initiaut̃/aut religionẽ ingrediunt̃: alioue quouis mõ deo ſe deuouẽt/admonẽtur:ut in ſancto
Ge.xix. hoc ꝓpoſito in finẽ uſq; pſiſtãt,nec retro quẽadmodũ uxor Loth ſe cõuertãt.Qui enim hoc fa
Luc.ix. ciunt:regno dei indignos ſe Saluatoris teſtimonio reddũt:nec ſeſe deo utcũq; offerre ſatis ẽ.
niſi ꝓut Euangeliſta dicit:ſcđm qđ ſcriptũ eſt in lege domini fiat:ideſt ſeruato ordine legis/iu
xta uerbũ Apl̃i inquientis:Oia aũt honeſte & ſcđm ordinẽ fiãt in uobis. Actiones quippe no/
i.ad cor. ſtras diuinæ cenſuræ ſubiectas nemo niſi amẽs it inficias.Propterea nõ parua ſunt repꝛhẽſione
xiiii. digni:q ſuo arbitrio/contẽpto legis ordine/aut ſupioris decreto/uiuere/opariq;/uolunt.Hoc
enim Sapia diuina per os ꝓphetæ uetuit dicẽs:Ne innitaris prudẽtiæ tuæ:& ne ſis ſapiẽs apud
ꝓuer.iii temetipm.& alius itẽ ꝓpheta:Væ qui ſapiẽtes eſtis in oculis ueſtris:& corã uobis metipſis pru
Eſa.v. dentes.& Apoſtolus:Nolite prudentes eſſe apud uoſmetipſos.De Thobia quoq; legit̃:hæc &
Ad ro. his ſilia ſcđm legẽ dei puerulus obſeruabat. & in Eſdræ cõmendatione ſcribit̃:q magnam di
xii. ſciplinã obtinebat:ne ꝑtermitteret qcq̃ eoꝝ q̃ eſſent ex lege domini & ꝑceptis.& Saluator ipſe
Thob.i eum/qui unum ex mãdatis minimis ſoluerit/minimũ iudicari dicit in regno cæloꝝ. Ne autẽ
iii.Eſd. de qua lege/ſeu de quo legis capite loqueretur ambigi poſſet: ipſius legis uerba ſubiungit:
viii. uel fortaſſis ut quam legis partem in Chriſto ſeruari deus uoluerit: oſtenderet.Conſtat enim
Mat.v. ex Exodi & Numeri libris legẽ ipſam/quæ de offerendis deo primogenitis maſculis/lata eſt/
Exo.xiii multo plura uerba continere:quæ Lucas hic inſerenda non putauit:ſed tãtum illa poſuit:quæ
&.xxx/ ad rẽ ꝑtinebãt: QVIA (inquit) omne maſculinũ adaperiens uuluã ſanctũ domino uocabit̃:
iiii.& atq; inter cætera illud ꝑtermittit qđ de ipſo maſculo quinq; ſiclis argenti redimendo in ea ipſa Textus.
Io. xix. cit Lucas omnia:ne quid oĩno ſuſpiceť omiſſum. Iota quippe unũ/aut apex unus(ut ipſemet
Matt. v. Chriſtus teſtatꝰ eſt poſtea)ꝓtermittendus non erat:qn oĩa fierent. ¶ Et ad moralem ſenſum
& Lucæ (quemadmodũ iam ſæpe dictũ eſt)admonemur:pfectoꝝ perfecta debere eſſe opa : ita ut neq;
xvi. in re/&ꝓinde in materia:neq; in opa/neq; in tpe/ neq; in mõ/cæteris ue circũſtantiis/omiſſum
aut uariatum quicq̃ argui poſſit. ¶ His aũt omnibꝰ rite pactis ipſius Chriſti/& parentũ eius C
(ut uerbis Euangeliſtæ utar)in patriã poniť reditus:quod inter uitam actiuã & contẽplatiuam
uiciſitudinem moraliter ꝓlatis repñtat.De qua cũ iam ſæpenumero conſimili oblata occaſio/
ne multa dixerimus:nihil hoc loco repetemus.Põt enim per tẽplũ/ad qđ aſcẽdendũ erat:& in
quo deus maxime colebatur/contẽplatio accipi:& per Galileã & Nazareth actio:huicq; inter/
pretationi res geſtæ cõueniunt:cum in templo ſacramẽta legis diuinæ fuerint adimpleta:& le
gis nouæ myſteria Spũ Sctõ reuelãte detecta.In Nazareth uero puer a parentibus cõi naturæ
lege altus/educatuſq; eſt. ¶ Poſſet aũt & econuerſo in domũ ſuã reditꝰ cõtẽplationi attribui:
& ad tẽplũ pro implẽdis legis mãdatis acceſſus actioni:huicq; nomẽ Galileæ:& Nazareth accõ
modari põt:ſed cũ ſit idẽ utroq; mõ ſenſus atq;(ut ꝓdictũ eſt) hæc ſæpius iã a nobis fuerint re
petita:& ab aliis quoq; ſcriptoribꝰ hoc loco abũde tacta/ꝓtermittẽda cẽſemꝰ: cũ ꝓſertim huiꝰ
tractatus cõpendiũ luxuriante calamo in maius longe uolumẽ excreuerit:q̃ ab initio aut inſti
tuiſſemus/aut ſperaremꝰ.Atq; utinã/quæ ſcripta ſunt/ipſi uni ſint accepta:quẽ tum huic opi:
tũ cæteris actionibꝰ nr̃is finẽ/terminũq; conſtituimꝰ/pia uirgine adiuuãte:quæ & initium opi
dedit & adeſſe in hũc uſq; diẽ uiſa eſt:qñ id qdem nõ ſtudio aliquo nr̃o : ſed fortuito ſeu diuina
(ut ex fide loquar)ꝑmiſſione cõtigerit:ut oẽs tractatꝰ ꝑores in celebritate aliqua eiuſdem uir/
ginis glorioſæ:aut intra illius octauas abſoluerimus.Et huic quoq; hoc ſacro die:quem in me/
moriam ꝓſentationis eius in templo a parentibus factam ſancta conſecrauit Eccleſia/ultimã
manum appoſuimus:eo ipſo ꝓſtante:qui in trinitate pfecta uiuit & regnat in ſecula ſeculoꝝ.

EXPLICIT TRACTATVS QVARTVS.

INCIPIT TRACTATVS QVINTVS.

D IAM SATIS ABVNDE (ni fallor) atq; appoſitæ ſupioribꝰ tractatibꝰ enar
rauimus Præcurſoris primũ initia: q̃ paucis ſunt myſteriis abſoluta. Nihil eñ
de illius infantia ſcriptũ inuenit̃ ꝑter ꝓnunciationẽ conceptus eius: & deinde
natiuitatem/ & circũciſionem cũ nominis impoſitiõe: quæ ad infantiã ꝑtinẽt:
De pueritia uero aliud nihil: q̃ q; creſcebat & cõfortabat̃ ſpiritu: & erat in de
ſertis uſq; ad diem oſtenſionis ſuæ ad Iſrael. Eadem ferme de Saluatoris in/
fantia ſunt uiſa: ſed eo ampliore narratione/ altioreq; ſtilo quo fuere maiora/ atq; mirabiliora:
ſicuti & rei/ pſoniſq; cõueniebat. & figuræ. Hæc ſane oïa in ſupioribꝰ huiꝰ capitis tractatibꝰ ex
ordine: ſi non pro magnitudine myſteriorum: pro noſtræ tñ fragilitatis/ atq; imbecillitatis/ ca
pacitate diſcutienda curauimus. ¶ Nunc reliq̃ explicanda ſupſunt: quæ ꝑtinent ad ipſius Sal/
uatoris infantiã. e quibꝰ Euangeliſta noſter ad grauiora ꝓperãs/ duo haud cõtemnenda myſte/
ſteria ꝑtermiſit Magoꝝ. ſ. adorationem: & ipſius Saluatoris: ſuorũ ue parẽtũ (Ita enim noiare
inter hæc initia iuuat) in Aegyptũ fugã atq; inde reditũ. Quorũ/ qđ & tpe & ordine anteceſ/
ſit/ q̃tum ad ꝓaſſumptum a nobis moralem ſenſum attinere uiſum eſt/ in ꝓcedentibꝰ huius ca/
pitis tractatibus uti ſeſe occaſio obtulit: ſummatim examinauimus: nõ qdẽ ſingula Euãgelicæ
hiſtoriæ uerba/ quæ ex Mattheo ſũpta ſunt/ ꝑenſiculãtes: ſicuti in hoc Lucæ textu fecimus: ſed
ſenſum: tũ lr̃alem q̃tenus res expoſtulabat: tum myſticũ: tum uero moralem ꝓ inſtituto noſtro
ꝓſequentes. Quem ſane ordinẽ in altero quoq; ſeruare decreuimus: ita ut neq; hiſtoriæ ueri/
E tas prætermittatur: uti q; ex ea ſuccus iuxta intentum noſtrũ exprimat̃. ¶ Quippe apud oẽs
tum hiſtoriæ chriſtianæ ſcriptores/ tum ſacrarum litterarũ expoſitores cõſtat: poſt pſtatiõnẽ
Saluatoris in templo factã: & Mariæ matris purificationem nõ confeſtim eos in Nazareth de/
migraſſe: ſed ſicuti Mattheus tradit: in Aegyptũ prius metu Herodianæ pſecutionis fugiſſe.
Indeq; poſt annos aliquot in Nazareth rediiſſe. Et ꝓinde qđ Lucas dicit: eos poſtea q̃ oïa ex le
ge pfecerunt/ in Nazareth reuerſos eſſe: nõ uſq; adeo ſtricte eſt intelligẽdum: ut cõfeſtim id fa
ctum arbitremur: niſi ea uerba ſic interꝓtari uelimus: ut hunc quoq; in Aegyptũ trãſitum/ &
inde reditum/ uerba etiã ipſa cõplectantur. Quid enim ꝓhibet dicere: hoc totum ſcđm legem
Legis appel dñi factum. qđ a dño per ꝓphetas/ ut fieret/ erat ꝓnũciatũ: ſicuti & Mattheus ipſe teſtat̃. Quæ
latione quid enim in ꝓphetarum uaticiniis ſcripta inueniuntur: latiore uocabulo legis appellatione conti/
continetur. nentur: idq; ex Saluatoris ipſius uerbis fit manifeſtũ: cum enim dicit: Iotã unũ/ aut unus apex/ Mat. v.
non ꝑteribit ex lege: donec oïa fiant: qs per legem oïa/ quæ de eo ſcripta erant/ intelligi nega
F bit: niſi legis ipſius & ſcripturarũ ignarus. ¶ Quocũq; igitur in ſenſu accipiamus: nihil Mat
theo Lucæ uerba cõtradicunt. Neq; id quidẽ mirum cuiquã uideri debet: aut ex hoc infidelibꝰ
cauillandi ulla ſubeſt occaſio. Quod apud hiſtoricos oẽs eſt uſitatiſſimum. Ex his enim/ qui
De concor/ Herculis/ aut ex priſcis illis/ quos gentilitas colit/ cuiuſpiã uetuſtioris/ uitã/ geſtaq;/ cõſcripſe
dia Euange/ runt. Et exinde Syri/ Xerxis/ Darii/ Alexãdri/ Pyrrhi: aut ex illa græcoꝝ turba plurimoꝝ: uel
liſtarum. etiam Romuli: Numæ: Brutorũ: Scipionũ/ Cæſaris ue/ & ex Romana gente principum cætero
rũ: & deniq; alioꝝ regũ & ꝓncipũ: tum uetuſtioꝝ: tum recẽtiorũ: Nũ oẽs in ſcribendo eũdem
ſeruarunt ſtilum. Nõne ab ortu nõnulli: & (ut eorũ uerbis utar) ab ouo initiũ ſcribẽdi faciunt.
Alii a pueritia: qdam a matura ætate: pleriq; a rebus geſtis: atq; in his nõ eodẽ oẽs ordine hiſto
riam texunt. Quidã enim ætatem in ptes diuidunt: & ſingulis ſua geſta tribuunt. Alii annales
ſcribunt: & qd quoq; anno ſit geſtum per ſingula tpa ꝓſequunt̃: alii per loca ꝓuinciaſq;: ut qd
quaq; in ꝓuincia ab uno/ altero ue ſit geſtum: facilius inuentu fiat. Alii uero eoꝝ (quorum ge
ſta referunt) uitia uirtutes ue diſtinguunt: & qcquid ad earum ſingulas ꝑtinens ab his geſtum
eſt: ex ordine diſſerũt: & demum uti diuerſa ſunt hoïum ſtudia: uariæq; imaginationes: ita ſua
quẽq; uoluptas trahit. ¶ Non igit̃ in hac Euangeliſtarum hiſtoria redarguendum exiſtima/
re debent: qđ in ſuis ipſorum ꝓbare cogunt̃. Atq; multo id qdem minus in his: q̃ in cæteris ar/
gui põt. Illorum nãq; ſtudiũ ad hiſtoriæ ordinem: ſeriemq; & ueritatẽ debet eſſe ꝓcipuũ: quoꝝ
hoc primũ immo unicũ eſt inſtitutũ: ut quæ facta/ dicta ue fuere/ ex fide/ quãtum omñi diligen
tia fieri põt: ab his tradant̃: tametſi ad poſteriorũ eruditionem ea quoq; ꝑtinere poſſint: ut ex
aliorum exẽplis fiant prudẽtiores/ fortiores/ meliores/ cautiores. Verũ hoc ex conſequenti ac
cidit: & maiore attẽtione indiget: q̃ quæ in legenda cur ſim hiſtoria adhiberi poſſit: rei aũt ue/
ritas/ ſerieſq;/ ad eorum ꝓcipue curam ꝑtinet: uti ne quid ab his ſcriptũ ex alioꝝ teſtimoniis/
ſcriptis ue/ coargui poſſit/ ab ueritate/ ſerieq; rei geſtæ deuiare. Noſtris aũt euangeliſtis nõ ea
fuit cura: neq; id inſtitutum: ut oïa Christi opa ex ordine cõſcriberent: quæ/ ut Ioannes ueriſſi/
mus fideliſſimus

mus fideliſſimuſq; & teſtis & ſcriptor ꝓteſtatur maiorã ſunt:q̃ ut tot⁹orbis capere poſſit. Ve/
rum ex his nõnulla ad nřam (ut ipſe idem dicit) doctrinã & ſalutẽ ſcripturæ ſunt demandata:
quæ q ſcripſere nõ ordinẽ rei geſtæ ſeruare ſtuduerunt:ſed prout in rem/cui intẽti erãt/ fore
Spũs Sanct⁹ ſuadebat:ita ipſi⁹ Saluatoris geſta tradidere Sicq; fit:ut diuerſa uniuſcuiuſq; ſcri
bendæ huius hiſtoriæ initia conſpiciãtur. Alius quippe a diuini uerbi æterna gñatione exordi/
tur. Alius ab Abraham carnalẽ ipſius duxit genealogiã. Alius a ꝓcurſoris cõceptu orſus: & ab
eius ꝓdicatione alius. De his uero quæ in pueritia Saluator geſſit/ꝓter Lucã nullus quicq̃ ſcri
pſit. Et ne is quidẽ ꝓmaturæ indolis facin⁹ recẽſuit:& ſic per ſingula:ita ut in his odioſum atq;
erroneum ſit hiſtoriæ ordinẽ reqrere:quẽ ipſi non ſeruaſſe ſe ꝓfitẽtur:ſatiſq; eſt/q in enarrã/
dis Chriſti geſtis/nulla inter eos inuenit̃ diſſonãtia : qn iuxta eoꝝ ſenſum ad cõſonãtiam redi
gi poſſit:idq; ueritatem geſtæ rei manifeſtat:fidẽq; ſcriptoribus maiorẽ tribuit. Facile quippe
priſcis illis fidei religioniſq; noſtræ aſſertorib⁹ fuerat:ſi ex cõpoſito (ut impii uolunt) hæc euã
gelia fabricaſſent:nõ q̃ttuor quinq; ue:ſed multo plura diuerſis autorib⁹ uolumina aſcribere:
quæ eodẽ ordine:pariq; ſtilo Chriſti geſta continerẽt. Verum ne id ſuſpicari quiſq̃/aut obiice/
re/nobis poſſet:diuino cõſilio factum eſt:ut quẽadmodũ diuerſo tpe/diuerſiſq; in locis/ab di
uerſis quoq; autorib⁹/hæc ſunt ſcripta::ita diuerſum quoq; haberẽt ordinẽ & ſtilũ:neq; tamẽ
in rei ſubſtantia diſcreparent. ¶ Proinde ut ad id (unde hic ꝓceſſit ſermo) redeamus: Lucas A
noſter poſt narratam Mariæ purificationem/in qua tot tãtaq; ꝓfunda latebant myſteria/cæ/
tera/quæ in oĩ infantia Chriſtus egit/unico ſermone concluſit:q puer proficiebat ætate:ut ad
aliud/qđ in pueritia fecit/& inde quoq; ad maiora ꝓperaret : nulli quippe ambiguum eſt:qn is
qui (ut iſte dicit) plenus erat ſapiẽtia & in quo deus ipſe latebat/plurima inter hæc infantiæ &
pueritiæ tpa fecerit:quæ niſi maiora de eo dicẽda eſſent:integram hiſtoriã exigerent. Et ob id
ſi quid deo eo aꝓbato quopiam autore ſcriptum inueniatur per id tempus geſtũ: nunqd huic
repugnare dicẽdus erit:quẽ nihil horum ſcribere uoluiſſe perſpicuum eſt. ¶ Ad hanc igitur
Mat.ii. Saluatoris in Aegyptum fugã accedam⁹: In qua recẽſenda/explanãdaq; Matthei de illa loquẽ B
tis uerba tanta diligẽtia diſcuſſere plurimi:ut nihil poſteris intactũ reliquiſſe uideant̃: qđ ad
ſenſum aliquẽ addi poſſit. Idq; nobis ad hunc extremum huius ſecũdi capitis tractatum ꝑſtrin
gendum maximo erit adiumento:dũ aliorum dicta atq; inuenta curſim ꝓtereuntes. In his ſo/
lis immorabimur:quæ neq; a cæteris tacta inuenimus:neq; a noſtro inſtituto uidebũtur alie/
na:aut legẽtibus oneroſa. ¶ Et in primis ut alioꝝ dicta ad noſtrũ ſenſum ꝑtinẽtia ꝓcurram⁹:
hanc Saluatoris fugam in Aegyptũ multa nobis documenta ꝓbuiſſe ſacri doctores tradidere.
Mat.x. Primũ quidem:ut ꝑſecutiones fugiamus:ſicut ꝓcipit dñs Apoſtolis. Si uos (inquit) ꝑſecuti fue
rint in una ciuitate:fugite in aliam. Scđo q mixta contingũt bonis atq; ꝑfectis luctu & amari/
tudine gaudia. Quẽ enim paulo ante Angeli cecinerant/Magi adorauerãt:Paſtores coluerãt:
Symeon & Anna ꝓdicauerãt:celeri fuga in alienam ꝓuinciam cuna efferri oportet. Eoq; pacto
ab impii perſecutoris eripe ſæuicia/infantẽ ſane:hyeme aſpera per deuia/in longinquam re/
gionem/genti inimicã/a parentib⁹ egenis. Inde humilitatis/patientiæq; exẽpla nobis in Sal/
uatore ſunt relicta:quæ imitari fideles quiq; in humanis ꝑſecutionibus oporteat. In Aegyptũ
autem iccirco confugiſſe:ut plagã a deo ægyptiis per man⁹ Moyſi illatã:dũ inde fugeret : hic
a moyſe ꝓfigurat⁹ eo fugiens cũ multiplici fenore reſarciret:oſtẽderetq; a iudeis (apud quos
natus erat) initiũ ſalutis factũ:ſed ad gentes poſtmodum tranſiuiſſe. Ad extremũ uero ad eos
Io.i. ſaluandos Meſſiam/eius ue duces/rediturum. Item ut Aegyptũ (quæ tenebræ interpretãtur)
ipſe/q eſt lux uera q̃ illuminat oẽm hoiem uenientẽ in hũc mundũ/aduentu illuminaret ſuo.
Neq; id ſua ſpõte feciſſe:ſed Angeli iuſſu/ ut oſtendatur:nõ temere a grege metu ꝑſecutionis
diſcedendum. Hæc ſunt ferme:q̃ ad moralẽ/myſticum ue ſenſum a ſacris ſcriptorib⁹ hoc loco
tradi ſolent:q̃ ſane ſunt utiliſſima/atq; ꝑtinentiſſima:lõgeq; altiore ſtilo:& accõmodatioribus
uerbis grauioribuſq; ſentẽtiis ab his tradita. & ob id a nobis nõ latius referẽda:q, maieſtati tã/
torum uiroꝝ : & tam limati ſermonis : tãq; librataꝝ ſniaꝝ derogatum iri ex noſtra tranſcri/
ptione iudicamus:longeq; maiorem ex eorum lectione (qui ea noſce uolent) q̃ ex noſtris nu/
gis ꝑcipient uoluptatẽ. ¶ Ad reliqua igit̃/quæ noſtræ intentioni conferunt:neq; tamẽ ab his
diſcrepant/tranſeam⁹. Inter quæ nõnulla ex ꝓmiſſis occurrent latius fortaſſis examinanda &
cribranda ſubtilius. ¶ Quæri nãq; haud incõgrue põt:cur ꝓcurſor nullã referatur perſecu/ C
tionem in infantia ꝑtuliſſe:ſicuti & Saluator. Cum enim iuxta ſenſum nřm ꝓcurſor ꝓficiẽtiũ
& Saluator ꝑfectorum typum gerat:quis negabit:ꝓficiẽtibus æq; ac perfectis/imo uero mul
ii.ad thi to fortaſſis magis imminere perſecutiones:cum dicat Apoſtolus:q oẽs/qui pie uiuere uolũt/
mo.iii. perſecutionem patiunt̃: Ecce etenim dicit uiuere uolũt:qđ ad proficientes potius:q̃ ad ꝑfectos

pertinere uidetur:qui nō modo bene uiuere uolūt:ſed iā ita uiuunt : ut male uiuere ꝓpemodū
D uelle nequeant. ¶ Sed ſi tp̄s & modus cæteraq; in his circūſtantiæ/conſiderent̄:maxima cō/
ſtabit diuerſitatis ratio:quæ & ad litteralē ſenſum manifeſta quidem eſt. Cæterum & ad mora
lem accōmoda. Chriſti enim natiuitas uniuerſam iudeam cōmouit:ſed ꝓcipue atq; in p̄mis He
rodem tyrannū:qui prim⁹ ex alienigena gente regnū occupauerat. Hic nimirū(queādmodum
id genus tyrannoꝝ ſolet)formidoloſus:atq; ſollicit⁹ de regni amiſſione/ad oia timebat:quæ
quocūq; modo ſuſpitionē afferre poſſent amittendi regni. Is a Magis audierat:natū eſſe in iu/
dea regem Iudeoꝝ:qui & ſtellam nati regis indicem uidiſſe ſe teſtabantur. Audierat & a pha/
riſeis cæteriſq; legis peritis/in Bethleem regē iudeorū naſciturū:neq; exiſtimari oportet:eum
latuiſſe:quæ ab paſtorib⁹ de puero uulgata erant: Quippe tyrānis noua oia referri/& plerūq;
etiā ſupra ueri fidem confingi ab paraſitis & adulatorib⁹ ſolēt. Quanto ergo magis ea:q̄ & ue
ra ſunt:& inter multos diſſeminata:& quæ intelligere ipſorum tyrannorum intereſt maxime.
Quid igitur mirari oportet:ſi impius tyrannus huic puero tetēdit inſidias:qui alioqui tāta re/
gni amittendi ſuſpitione uexabatur:ut ꝓpriis quoq; filiis ob eam ipſam cauſam nō pepercerit:
q̄n crudeli cūplures ꝓeoꝝ morte mulctauerit:ſicuti Ioſephi ꝓbatiſſimi autoris tradit hiſtoria.
Hunc igitur nulla pietate:nullaq; religione tyrannū/& inſolita miracula/& gentiliū ſuorum
legis peritoꝝ teſtimonia/& externorū denunciationes/adeo exterruerūt:ut facin⁹ longe cru/
delius fuerit admiſſurus:q̄ ut hunc puerū necaret:& illo nō inuento coetaneos eius plurimos.
E ¶ Hæc uero ad moralē intelligētiā oſtendunt:q̄to maiora in ſanctis ꝓbatiſq; uiris apparēt uir/
tutis doctrinæ atq; integritatis argumēta:tanto in eos maiores inuidias conflari : ꝑſecutiōeſq;
ſuſcitari ab his ꝓſertim/qui ſuorū ipſi ſcælerum infamiſq; uitæ cōſcii/ab ipſis ſanctis ꝓbatiſq;
uiris(quorū a cūctis gentib⁹ uita ꝓbatur)ſacerdotiis:aut dignitate aliqua pelli metuūt:aut om
nino uitia ſua manifeſtari:& ꝓinde res ſuas & fortunas piclitari. Hæc fuit Caiphæ cæterorūq;
pharīſeorum/ſacerdotū/& ſcribarū ſollicitudo:hic timor/hæc inuidia. Totus (inquiūt) mun/ Io.xi.
dus currit poſt eū:ſi dimittim⁹ eum ſic/uenient Romani:& tollēt locū noſtrum & gentē. Hæc
Sauli ꝑſequendi Dauid occaſio fuit:hæc aduerſus Iacob cōmouit Eſau: hæc Ioſeph in Aegy/
ptum deduxit ſeruum:quæ pōt hui⁹ Chriſti fugæ figura fuiſſe : & deniq; ocioſum eſſet:ex ue
teri aut nouo teſtō exempla q̄rere:quæ nr̄a quoq; ætate/noſtraq; memoria/extant plurima.

Quāto q̄ſq; melior tanto maiorē a malis patit̄ ꝑſecutionem.

¶ Tanta eſt enim uirtutis uis:tamq; ingens ꝓpriæ iniquitatis conſcientia:ut nullius cenſus/nul
lius dignitatis/nullius nobilitatis/aut potentiæ hoies uirtus ipſa/immo & uirtutis opinio/re/
gib⁹/ſapientib⁹/ſummaq; dignitate aut ſcientia humana uel potētia ꝓditis:terrori eſſe faciat.
Quid enim Ieſu in Bethleem nato ſcd̄m humanā exiſtimationem abiectius:qd paupius:qdq;
ad ullam rem grandē gerendā imbecilius. Hūc tamen recēs natum Herodes rex tā potēs : tāq;
animo ex Auguſti ꝓſertim amicitia elatus ita ptimuit : ut ſi ille uiueret regnum ſibi cōſta:e nō
ſperaret poſſe. Num & alius Herodes tetrarcha Ioannē Baptiſtā oīa humana:terrenaq; contē
nentem metuebat:num & Helyam Manaſſes. Hi quippe ſunt de q̄bus ꝓpheta dicit:Deum nō
inuocauerūt:illic trepidauerūt timore:ubi nō erat timor. Item & de his dr̄: Terrebit eos ſtrepi ꝓs. xiii.
tus folii uolantis:& ita fugient q̄ſi gladium. & in Iob. Sonitus terrens ſemp in aurib⁹ eius. & cū &.lii.
pax ſit:ille ſemp inſidias ſuſpicat̄. Qui igitur ꝓficere cœperūt:illi needū tantū incutere terro Leuiti.
rem poſſunt:donec ꝑfectionis gradui fiant proximi:aut illum cōſcendere incipiāt. Et ob id nō xxvi.
prius inceſtu atq; adulterio infamis mulier Ioannē ꝑſequi cœpit: q̄ ille paſſim uitia coarguēs/ Iob.xv.
pniæq; ꝓdicās uiam/concubinū quoq; eius Herodē redarguere palā eſt auſus. Ieſum uero etiā
infantē/ideſt ꝑfectionis initia oſtendentē tyrannis formidabilē ſigna/ſupnæq; uirtūtis rumor
crebetrimus/faciebāt. Has aūt hoium ꝑſecutiones: & ſi ꝑfecti ꝓſertim uitæ actiuæ incūbētes/
maiorē in modū patiantur:quia ut in ꝓcedēti tractatu de Chriſto dictū eſt/in ſignū poſiti ſūt/
cui contradicitur:interiorib⁹ tamē ꝓficientes urgentur acrius:ſicuti in initio hui⁹ opis a nobis
eſt oſtenſum. ¶ Alia quoq; rō eſt ad lr̄am manifeſtior:de Chriſto quippe dixerāt Magi: Vbi
F eſt qui nat⁹ eſt rex Iudeorū:qd ſane regis nomē regnū occupāti nō poterat nō eſſe odioſum per
ſeſe. Adiecto aūt teſtimonio legis/& miraculo formidoloſum:ab ꝓcurſore aūt nihil tale me/
tuebatur:qui a nullo rex dicebatur:ſed a nōnullis ꝓpheta credebat̄:a q̄buſdam uero an Chri/
ſtus ſeu Meſſias eſſe dubitabat̄:quam dubitationem propria ipſe cōfeſſione illico amputauit.
G ¶ Ex quo illud quoq; documentū morale ſumi pōt:eos/q q̄cūq; ex cā uel ſolo noie ꝓcipari uo
lunt/& ſi recto fine ducant̄:magno ſe exponere piculo:multoq; id magis:ubi ad terrenā glo/
riam:potētiā ue ſub obtentu ſanctitatis ꝑuenire moliūtur. Hi eīn & diuinā/& humanā ſibi cō/
parant indignationē atq; inuidiā. Propterea cauendū eſt maxime ne humana cupiditate id fiat
neu dei ſpū urgente fieri oportere quiſq̄ ſibi facile perſuadeat. qd̄ ubi cōtingit: obediendū eſt
proculdubio

Dignitates eccliaſticæ ſūt fugiendæ.

proculdubio diuinæ iuſſioni:ſed attẽtius explorãdum:ne ſub ſpecie diuinæ uolũtatis ſurrepat
Hiere.i. Sathanæ ſuggeſtio. Nã neq; is/cui dictũ é: Ecce cõſtitui te ſup gẽtes/& ſup regna &c. cõfeſtim
Exo. iii. diuinæ acqeuit iuſſiõi:nec Moyſes ſumm⁹ ille dei amicus & miniſter:ſed opis magnitudine de
territi:ſuiſq; ipſi uirib⁹ diffiſi/onus detractarũt:quoad ſcdæ eos diuinæ iuſſionis interpellatio
roborauit. ¶ Quib⁹/aliiſq; exemplis plurimis/admonẽtur: q Chriſti uice alioꝝ correptiõi/ A
atq; inſtructiõi incumbũt:ne a uitioꝝ increpatiõe/extirpationeq;/q̃ ꝑcipua illis eſſe debet cu/ Inuectiua cõ
ra/ad ſecularium reꝝ/& publicoꝝ/priuatorũ ue negociorũ curam deflectant:ſeſeq; illis plus tra religio/
debito implicẽt atq; inuoluãt:ſicuti plurimi diuerſarũ ſectarũ/religionũq; autores/fautoreſq; ſos humanũ
ſæpenumero faciũt: q popularem aurã/fauoremq; uariis figmẽtis/nouiſq; adinuẽtionib⁹ au/ fauorem am
cupantes:dũ miracula ꝑdicãt:& ꝓphetas/aut dei cõſiliarios ſeſe metiunt:potentiã & ſummam bientes.
Act. vi. in ciuitatib⁹ atq; apud principes autoritatẽ qbuſcũq; poſſunt/artib⁹ ambiũt. Horũ quippe exi/
tus triſtis atq; ignominioſus eſſe ſolet:ſicuti de Theoda & Iuda galileo in actib⁹ apoſtolorum
legitur. & recẽtia exẽpla docuerũt. ¶ Hoc aũt in Saluatore ſuſpicari/a fide eſt alieniſſimum:
Io. vi. atq; ex euãgelica hiſtoria lõge illum ab hac ſuſpitiõe fuiſſe fit ꝑſpicuum. Quippe ſatiata pau
cis panib⁹/atq; piſciculis ingẽti turba:cũ eos cõſpirare uidit:ut ipm ſibi regẽ uel inuitũ conſti/
tuerent:ab eis fuga ſe ꝓripuit. Sed neq; unq̃ ſe regẽ noiauit:aut a ſuis paſſus eſt noiari. Tãetſi Chriſtus re/
Lu. xx/ hoc illi falſo ſacerdotũ ꝑncipes impoſuerint crimẽ:ut eũ ueluti Cæſari aduerſantẽ ꝑſidi reum giũ nomẽ
iii. & Io. capitis facerent. Quinimo iterrogãti illi an iudeoꝝ rex eſſet:tãetſi nõ negauerit:confeſtim tñ abhorruit.
xix. adiecit regnũ ſuum hinc. i. in mũdo hoc nõ eſſe. Regiũ igitur nomẽ ſemel atq; iterum deuita
uit. Nũc ꝑmũ cum ob id Herodi ſuſpitionẽ iniectã cognoſcẽs in Aegyptũ fugit:& cũ poſtmo/
dum a plebe in regẽ erigẽdũ acclamãdumq; ſe ꝓuidit: non qdẽ ut ab hoc abhorreret noie:quo
eũ per ora ꝓphetarũ Spũs Sanct⁹ frequẽtiſſime appellaſſet:ſed ut terreno regno nõ aſcribere/
tur:qđ erat deſtinatũ æterno:uti q; ſe eum regẽ oſtẽderet:quẽ ꝓphetæ ꝑdixerãt:quẽ uero uul/
gus expectabat:non eſſe. De hoc eñ plurima ſub Regis noie dicta ſunt humillima:ad primũ
eius aduẽtum ſpectãtia:inter quæ & illud: Ecce rex tuus uenit tibi mãſuet⁹:ſedẽs ſup Aſinam
& pullũ ei⁹. Secũdus aũt aduẽt⁹ eũ uere cæleſtiũ terreſtriũ & infernorum regem oſtẽdet: oiaq;
ſummi regis impium denotãtia eũ & ꝓcedẽt/& comitabunť/& ſubſequenť. Propterea quicqd
de illi⁹ apparatu/faſtuq;/& potẽtatu regio ſcriptũ reperiť aut ad ſcđm eius aduẽtũ referri de/
bet:aut ad ſpiritalẽ ſenſum redigi:ut in ſpũ imperet:nõ in carne/& occulta mortalib⁹ uirtute
ſuam in eis exerceat autoritatẽ. ¶ Diuino igitur cõſilio factũ fuiſſe non eſt dubitandũ:ut ab B
his impitis legis magis Iudeorũ rex noiareť:quo. ſ. tyrãni animũ ab occupati ui/maliſq; arti/
bus regni/de tẽtatione diuerteret/atq; deterreret:cũ a deo legitimũ regẽ datũ intelligeret:cui
(niſi bellua erat) ſcire debuit:humanas uires atq; cõſilia nõ poſſe reſiſtere:utq; populũ illũ &
ſacerdotes/ꝑncipeſq; & ſapientes ſollicitos redderet inqrendæ ueritatis:quã ſi recta fide dili/
genter inueſtigaſſent:hũc uerũ Meſſiam ex eoꝝ ſcripturis:ex ſanctorũ uirorũ/ac mulierũ te/
ſtimoniis/ex ſignis atq; miraculis inueniſſent. Verũ ille Pharaonis exemplo quãto maiora au
diebat diuinæ uirtutis atq; uolũtatis ſigna (qbus ad dimittẽdũ regnũ admonebať) tãto fiebat
ad retinẽdũ obſtinatior:uſq; adeo qdem ut & a deo cõſtitutũ regẽ e medio tollendũ curaret:q̃ſi
ſuis cõſiliis diuinã anteuertere uolũtatẽ poſſet:nec impune qdẽ. Nam & infœlicẽ uitam miſe/
rabili fine cõcluſit:& inferni cruciatib⁹ perpetuis acerrimiſq; eſt deputat⁹. Iudeorũ uero ꝑnci/
pes & duces/humanæ cupiditatis nimietate excæcati/terreno q̃ cæleſti regi parere atq; obſeq
maluerũt. Propterea cũ eis Pilat⁹ dixiſſet: Ecce rex ueſter. rñderunt: Nõ habem⁹ regẽ niſi Cæ/
ſarem. & rurſus cũ titulo ſup crucẽ appoſito/illũ regẽ Iudeorũ inſcripſiſſet:apud eũ q̃ſti ſunt:
Io. xix. q eũ eo noie uocaſſet. Noli (inqt) ſcribere rex Iudeorũ:ſed qa ipſe dixit/Rex ſum Iudeorum.
Matth. qui ob cãm haud imerito iuxta ipſi⁹ Saluatoris uerbũ: Et regno & ſacerdotio & pr̃ia tã terre/
xx. na q̃ cæleſti ſunt priuati:oĩaq; in gentẽ fructũ facientẽ trãſlata. ¶ Oportebat inſup ꝓphetarũ C
ꝑs. ii. impleri uaticinia:q aduerſus Chriſtũ aſtituros & in unũ cõſenſuros ꝑncipes:& ex Aegypto il/
Oſe. xi. lũ uocãdũ:atq; ab infantia ꝑſecutionib⁹ regũ exagitãdũ ꝑdixerãt/aut præmõſtrarant. Moyſes
Exo. ii. quippe in ea ætate piclitat⁹ legitur:in quo Chriſtũ repñtari oẽs conueniunt. Oportebat quoq;
innocẽtiũ puerorũ ſanguinẽ ei⁹ innocentiæ cõſecrari atq; parẽtari:quæ niſi ex hac/uel alia ſili
occaſione/ad hãc ꝑſecutionẽ cõmotus Herodes fuiſſet:nõ poterãt ordine naturæ contingere:
quẽadmodũ nec Iudæ auaritia ad tantũ facin⁹ prorũpere: ut dei filiũ magiſtrũ & optime de ſe
meritũ dñm/iudeis pecunia ꝓderet:niſi unguẽtũ eſſet effuſum. Neceſſe eſt quippe ut ueniant
Matt. x/ ſcãdala:ex qbus fruct⁹ ſubſequať:q cẽtuplo iacturã compenſet. Ob idq; Saluator ipſe apoſto
viii. & lo Iudæ ꝓditionẽ & Iudeorũ ſcelus impedire conanti rñdit: Quõ ergo implebunť ſcripturæ:
Lu. xvii q̃s ne temere qdem & abſq; ſumma rõne futura ꝓnunciaſſe credendũ eſt. Non eñ hæc & alia p

per os ꝓphetarũ pronũciata: Iccirco cõtigere: ꝙ ꝑdicta erãt: ſed ob id prædicta: qa fieri oporte/
bat: neceſſitatẽq; non ſcriptura facit: ſed indicat: quã ea rõne impleri oportere credendũ eſt: ꝙ
eo autore ſit ædita: q mẽdax eſſe nõ põt. Et ꝓinde (ut rem ꝑſtringam⁹) futura hæc ꝓphetæ ꝑdi
xerãt inſtinctu diuino afflati: quæ deus ipſe: tũ ad nr̃am inſtructionẽ/ tum ad alios effect⁹ æter/
na diſpõne ſibi ꝑcognitos ante oĩa ſæcula deſtinauerat. In qbus allucinãtes qcquid uſa cogni/
D tione dignũ cẽſet: uti cuiq; reuelare dignat᷑ ita opinamur atq; cõiicim⁹. ¶ Hæc igit᷑ de ꝑſecu/
Alia q̃ſtio. tiõis cauſis dicta ſunt ſatis q̃uis & alia excogitari poſſint. De fuga uero ipſa q̃ri põt: q̃le nobis
ex ea ſignũ dare uoluerit: quoq; mõ conſon⁹ ſit fugiendæ hui⁹ pſecutionis actus/ ſermoni: quẽ
Saluator ipſe alio loco dixit/ fugere a grege nõ boni paſtoris officium eſſe/ ſed mercenarii.
¶ Cũq; in hac re uaria & quæ inuicẽ repugnare uidẽtur/ eiuſdem Saluatoris extẽt/ tum moni
ta/ tũ exẽpla: qd in his ſeruare infirmiores oporteat: maxima circũſpectiõe eſt inqrẽdũ. Sicq;
ipſius ueritatis & ſapiẽtiæ autoris geſta/ dictaq; trutinãda: ut nõ mõ in his nulla contrarietas/
Quõ & qñ repugnãtia ue deprahẽdat᷑: Verũ ex ſingulis moralis ſalutariſq; doctrina eliciat᷑: qua quo tpe/
perſecutiões quoq; mõ pſecutio uitãda ſit/ atq; fugiẽda: & quo appetẽda: aut nõ ſuſtinẽda/ ulciſcenda ue/ diſ
ſunt uitãdæ. cernere ualeamus. ¶ Q d̓ ſane unico abſolui uerbo põt. In hiſce reb⁹ diuinã uoluntatẽ ſequi
oportere: ut quoties ad maius bonũ cedendũ deus inſpirauerit: nõ timore/ ſed charitate urgẽte Mat. x.
cedamus. & illud ſeq̃mur: qd̓ ipſe iuſſit: dũ ad Ap̃los loquens dixit: Cum uos pſecuti fuerint in
una ciuitate: fugite in aliã. Cũ uero eſt reſiſtendũ: fortiter pſiſtamus: ſicuti Stephan⁹ fecit ipel/
lente ſpũ. & ipſe idem Saluator faciendũ mãdauit: dũ dixit: Cum ſteteritis ante reges & pſides Marci
nolite terreri &c. Et ap̃loꝝ princeps: Sed & ſi qd patiamini ꝓpter iuſtitiam beati: timorem aũt xiii.
eoꝝ ne timueritis: ut nõ cõturbemini. ¶ Verũtamẽ nõ tam eſt de diuina ope cõfidendum: ut i. Pe. iii.
ꝓpriã uirtutem ab eo ipſo ad id tributã nõ exerceam⁹: ſed (ut poeta ille ait) ducenda eſt cũ Mi
nerua man⁹: quippe cũ per os ꝓphetæ dixiſſet deus: Expecta dñm: ꝓtinus adiecit: uiriliter age. ꝑs. xxvi
Et Moyſes q̃uis deũ populo ducẽ fore ꝓnunciaret: inſtit tamẽ uiriliter agere. Idq; uti in agen/ &. xxx.
dis reb⁹: ita & in intelligẽdis ſcripturis ſeruari oportet. Ipſe ſiqdẽ Chriſt⁹ ait: Scrutamini ſcri/ Deuter.
pturas: ac ſi apte diceret: nolite expectare: ut de cælo uobis reuelatio fiat. Et ꝓpheta ipſe: intel xxx.
lectũ tñ ſibi dari petebat: quo ſuopte ingenio (duce deo) ſcrutari ſcripturas poſſet. In hac igit᷑ Io. v.
re quæ ex ſcripturarũ atq; exemploꝝ diuerſitate perplexitatem habere uidet᷑/ diligẽter ſunt Pſalmo
oĩa librãda: & quid: quoq; mõ: ordine/ ac tpe/ facere nos oporteat: inueſtigandũ. ¶ Qua in re cxviii.
tametſi nõnullorũ ſacræ ſcripturæ expoſitorũ ſacroſanctæq; Eccleſiæ doctoꝝ ſentẽtia nobis
perſpecta ſit: alti⁹ tñ exordiendũ/ & latius excurrendũ ſuadet rei difficultas atq; magnitudo.
E ¶ Igitur quo magis: an & quãdo perſecutioni cedendũ: reſiſtendum ue ſit/ intelligamus: ipſa/
Quotuplex rum perſecutionum genera: cauſaſq; diſtinguere neceſſe eſt: qñ ex hoc ipo ad id quod q̃rim⁹/
ſit pſecutio. nõ parum inſtrui poſſum⁹. Eſſe enim põt pſecutio: aut iuſta: atq; legitima aut iniqua & iniuſta
rurſus legitima: aut re: atq; hoĩum opinione: aut altero tñ modo. Primũ quidem tũ contingit:
cum iuſtitiæ zelo ꝓnceps: aut alius/ ad quẽ ea res ꝑtinet/ crimen ad publicã uindictam aduerſus
delinquẽtes pſequit᷑: qd̓ ubi acciderit: non eſt dubitandũ ab eo/ qui iuſte patitur/ cum humili
tate ſuſtinendũ eſſe. Eodẽq; mõ/ cum agẽtis intentio rem illicitã facit: quã qui patiunt᷑: iuſte ſe
pati intelligit: utpote cũ dei uindictã in nos exigẽtib⁹ culpis exerceri cognoſcimus. Tãetſi (qui ii. Reg.
illius ſunt miniſtri) iniqua id agãt mente. Sic fecit: faciendũq; docuit Dauid: cũ ab ſemen ra/ xvi.
F niſſimis afficeret᷑ contumeliis. ¶ Fieri quoq; põt: ut ex opinione agentis iuſta ſit aut tolera/ Geneſis
bilis pſecutio: re tamen ipſa iniuſta: q̃lis ea fuit: qua Eſau aduerſus Iacob inſurrexit: eo ꝙ illi & xxviii.
ꝓmogenita primũ & deinde paternam quoq; benedictionẽ fraudulẽter ꝓripuiſſet. Itidem ad/ &. xxxi.
uerſus eundẽ pari ꝓpemodũ occaſione fecit Labã: quæ enim illis aduerſus Iacob pſecutiõis oc
caſionem ꝓbuerant: tametſi diuina uoluntate diſpoſitioneq; cõtigiſſent: erãt tamen illis/ q ia/
cturã paſſi erãt: & ipſi fortaſſis facienti ignota. His ſane caſibus ſuſtinenda eſt cum humilitate
pſecutio patiẽter: neq; pri⁹ reſiſtẽdum: q̃ abũde uolũtati diuinæ/ aut aduerſarii idẽnitati: q̃tum
iuſtitia exigit/ factũ ſit ſatis. Quod qdem (ut ſuſtineam⁹) ita nobis incũbit: ut ſuperogationis
gr̃am nullam ex hoc ꝓmereamur: qñ id qdem iuſtitia exigẽte patimur. teſte Ap̃lo. Quæ enim i. Pet. ii.
G (inquit) eſt gr̃a: ſi peccantes & colaphizati ſuffertis. ¶ Tertiũ autem pſecutionis genus illud
qdem eſt: de quo nunc loqui euangelicæ hiſtoriæ ratio ſuadet: cũ ſcilicet oĩ ex parte eſt iniqua:
quia & qui infert: praua mẽte facit: & qui ſuſtinet iniuriam patit᷑. Eſtq; res ipſa impia per ſeſe.
Hæc quippe illa eſt/ de qua Saluator ait: Beati qui pſecutionẽ patiunt᷑ ꝓpter iuſtitiã. & rurſus:
Beati eritis cum uos oderint homines & perſecuti uos fuerint propter nomen meum. Mat. v.
H ¶ Huius autẽ pſecutione imediata cauſa eſſe ſolet inuidia: aut cupiditas. Et ex primo qdẽ gñe
plurima extãt in ſacris litteris exẽpla. Ea quippe initiũ hoĩum ruinæ dedit: dũ diabolus trãſgre
diendum

Sap.ii. diendum primis parētib⁹ diuinū mandatū pſuaſit:eoꝝ inuidēs fœlicitati:qua ſe ſua culpa pri
Matth. uatū dolebat.Hæc Cayn ad fratricidiū incitauit:hæc (ut cætera ꝓtereā) pōtifices & phariſeos/
xxvii.& cæteroſq; principes in Chriſti necem faſcinauit.Cupiditate uero potius ꝗ̄ inuidia inſidiat⁹ eſt
Mar. xv Achab rex Naboth.& iudas Chriſto.& falſi fratres paulo ex ſimulata religiōe q̄ſtū facere/illo
iii.Reg. e medio ſublato ſperātes.Item & Pilatus dū Cæſaris indignationem timuit in Chriſti necem
xxi. ſniam nephariā ꝓtulit.Et (quos ꝓdiximus) ſacerdotes & phariſeos cū inuidia cupiditas quoq;
Lu.xvi. excæcauit:dū dixerūt:Si dimittim⁹ eū ſic:oēs credēt in eū:& ueniēt Romani & tollent locū no
Io.xi. ſtrum & gentē:ꝗ ſane cupiditas nō circa res dūtaxat uerſaſ:ſed plerunq; circa uoluptates.Hac
in Ioānis Baptiſtæ interitū Herodias eſt agitata:atq; in ſumma/ubi ex q̄cūq; cā odiū in quēpiā
eſt cōflatū:inde perſecutio oriri ſolet.Eaq; tū eſt execranda:cū aduerſus pietatē pugnat impie
tas:aduerſus religionem ſupſtitio/aduerſus iuſtitiā iniuria:q̄lis illa erat:ꝗ Iezabel Heliā inſe/
ctabaſ:& iudei atq; gētiles Apl'os/cæteroſq; chriſtianos. ¶ Porro oīs pſecutio plerūq; ex ma A
lignitate ꝓcedit:dū ueritas a nō ignaris oppugnaſ:aut ignorātiā ſic uincit malicia:ut a ueritatis
Ad Phi notitia ulceratū auertat aīum Nōnunꝗ̄ uero ab errore atq; ignorantia:ſicuti de ſeipſo Paulus
lipē.iii. teſtaſ:& ad pleroſq; Iudeos dicit Petrus.Scio ꝙ per ignorātiā feciſtis.Quo qdem in caſu ab er
Act.iii. rore ad ueritatem oī ſtudio ſunt errantes reuocādi:uti Petrus fecit:& pro eis quoq; orādum:
Act.vii. ut Stephanus:cuius meritis ꝓcibuſq;/Paulū a deo uocatū nōnulli opinātur.Hoc aūt tāet ſi cir/
ca eos/q:ꝓpria malicia peccāt/ſit tētandū:eo tamē in alioꝝ cōuerſione magis laborandū ratio
ſuadet:quo & in his culpa eſt leuior:& ſpes ꝓbabilior.De qb⁹ illud Apl'i intelligi pōt:quod ad
ii.ad thi Thymoteū his uerbis ſcribit:Cum modeſtia corripies eos q reſiſtunt ueritati:q̄ꝗ̄ ad oēs æque
mo.ii. ꝑtinere poſſit:ſicuti & pro oīb⁹ (ut cōuertātur):Apl's ipſe docet orādū:ſed ſeruato bñ inſtitutæ
i.ad thi. charitatis ordine:Nā et pri⁹ uocādos Iudeos cēſuit ꝗ̄ gentiles:ad eoſq; ꝓcipue atq; in primis ſe
ii. miſſum ꝓfeſſus eſt:utroq; tñ caſu æque ueritas eſt defendēda. ¶ Sed an:qua ue ex cā:quo item B
tpe:qbuſq; modis/cedendū ſit:autum cōtendēd/uel reſiſtēdū: hoc opus hic labor eſt.Neq; eñ
ex amuſim hæc determinare/eſt facile:legemq; ſeruare:ꝗ̄ dare multo difficili⁹.Quātum tamē
attingere ſūmo fas eſt:ſingulos quoſq; caſus pſtringem⁹. ¶ Atq; illud in ꝓmis aīaduertēdū ē:
ꝙ & ſi Chriſt⁹ dixerit:Beati q pſecutionem patiuntur ꝓpter iuſtitiā:nō ita tñ late hoc patet:ut
oēm humanam iuſtitiam cōpræhēdat.Si qs enim ab alio rē iniuſte uult auferre:illeq; reſiſtat:&
ob id iniuriā inferēs inſidieſ:aut alio pſequaſ mō: nō eſt hic ex hac pſecutiōe beat⁹:ꝗn potius
Mat.x. ſi rem penit⁹ illi relinquat:cū in Euangelio ſcriptū ſit: Si qs uult tecum in iudicio cōtēdere:&
tunicam tollere:ꝓbe ei & palium.Idq; pro regula daſ:ut & ſi pro rerū defenſione abſq; pctō li
i.ad co/ ceat iudicio cōtendere:ſuaq; ſeruare:cōſilii tñ eſt (qd̄ pfectis dūtaxat cōuenit) rei poti⁹ cedere:
tin.vi. & ꝓinde pſequēti nō reſiſtere:Sicuti & Apl's ad Corin.ſcribēs oñdit:niſi officii ratio aliud ſua/
deat:utpote ſi nō ſua ſint:ſed Eccl'iæ uel alteri⁹ quæ iniuſte auferunſ/bona. Quæq; nō tā ſuo
iure qs defendit:ꝗ̄ alieno:ſcādalūq; in illoꝝ defenſione nō imminet manifeſtū.Et ob id fortaſ/
ſis cedēdum Herodi Saluator putauit:ꝙ ille nō pro religiōe:ſed pro regno tpali erat ſollicit⁹:
fugiēdo quippe ut a ſuſpitiōe uacaret:effecit.& exemplo nos itidem facere docuit:quoties pro
reꝝ tpaliū cupiditate patimur pſecutionē. ¶ At ubi de iuſtitia pietateq; diuina/ideſt ad reli/ C
gionem fidēq; ꝑtinente cōtendiſ (ꝗ eſt q̄ſtio nr̄a) maxima eſt habēda ratio:nō pſonarū modo:
Iob.vii. uerū & temporū/& cauſarū/& locoꝝ:cæterarumq; circūſtantiarū:exemplo terrrenæ militiæ:
ii.ad thi cui uita quoq; nr̄a cōparaſ:dicēte ſcriptura:Militia eſt uita hoīs ſup currū. & Apl's ad Thymo.
mo.ii. ſcribēs ait:Labora ſicut bonus miles.Ex ꝓdictis enim conditionib⁹ in militib⁹ ducibus ue fuga
aut laudabilis eſt:aut excuſatiōe digna:aut turpis:aut certe inexpiabilis atq; capitalis. Ita pror
ſus eſt cū de fide agiſ.ubi eñ contendendo nihil cōmodi:ſed iacturæ plurimū ſequi pōt. Quis
nō etiam fugiendū ſati⁹ putet:ꝗ̄ ut maior ſequaſ ſtrages:Nū diſſipata acie paucos/q pugnā in/
ſtaurare poſſint/fuga ſalutē petere præſtat:ꝗ̄ ubi de alioꝝ ſalute deſpatur:ne quicꝗ̄ occūbere
morti:ꝗ̄ ſubſecuta regni uel ciuitatis exitiū cerniſ.Rurſus/nōne Duci/aut Centurioni/uel Si/
gnifero/fuga eſt turpior:ꝗ̄ aut tyroni/aut gregario militi:& dum pugnæ maxime incumbere
oportet:ꝗ̄ ante ꝑiculū ſe ſubtrahere:lōgeq; deſertoris ac fugitiui:ꝗ̄ timidi & ſecordis grauius
eſt delictum.Nōne rurſus ſi odio ducis pax exercitui negaſ:quo cedēte parcereſ cæteris:ꝓcla
rius eſt/atq; cōſultius/ſeceſſione uel etiā fuga ſaluti exercit⁹ conſulere:ꝗ̄ obſtinata cōtentione
rem in extremū diſcrimē adducere.Contra uero ubi morte ducis acqri pōt patriæ ſalus:glorio
ſum eſt pro pr̄ia imolādū ꝓbere ſeſe.Quod nō mō Saluator ipſe fecit:faciendūq; mādauit:Ve
rum & ex gētilib⁹ pleroſq; humanæ gl'iæ cupiditate/aut pr̄iæ charitate/feciſſe memoriæ ꝓdi/
tū eſt.Nec ex antiqua hæbreorū militia plurima deſunt exēpla. Quib⁹ ad eam (de ꝗ tractam⁹)
pugnā uti licet. ¶ Cū igiſ pſona tñ q̄riſ:nec fidei agiſ cā:cedendū eſt oīno pſequentiū furori D

hac de cã Moyſes Pharaõis poſt occiſum ægyptiũ:& Helias athaliæ:& Thobias ſennacherib/ Exo.ii.
ſeuitiã fuga deuitarũt.Hæc potuit etiã ipſiꝰ Saluatoris fugæ in Aegyptũ fuiſſe cã. Nec dũ eñ iii.Reg.
de legis defenſione agebaẽ:nec pariter cũ in mõtis ſupciliũ ab cõcinibꝰ ſuis ꝑcipitandus eſt du xix
ctus.ꝙ ſi ex hac quoqꝫ fuga alios pari ꝑiculo exponere nos intelligimꝰ:ſiqdem nr̃a pñtia nul/ Thob.i
lũ illis auxiliũ eſſet allatura/& ex interitu nr̃o iactura fieret non leuis ex his(ꝙ ſtatim dicẽtur) Luc.iiii.
expedita eſt qſtio.Sinuero maxima cũ reipublicæ iactura ꝑiculo nr̃o aliorum malo occurrere
poſſumus/an perire nobis reiqꝫ publicæ ꝑſtet:ꝙ ut ex noſtra fuga cæteri pereãt innoxii:noſtra
ꝑſertim inuidia nõ leuis eſt qſtio:quæ tñ ex Euãgelio hoc noſtro ſoluta uideẽ. Quis enim ne/
ſciat Saluatorẽ ſi ſe a Magis Herodi manifeſtãdum ꝑmiſiſſet:& nõ in Aegyptũ fugiſſet:inno/
cẽtium infantiũ necẽ/& impium nephãdũqꝫ Herodis ſcelus nõ fuiſſe ſecuturũ. Verum cum ex
eo ſalus æterna:imo & gloria ꝑcipua/infantibꝰ pararẽ:quæ ſi ſupuixiſſent:ſcd̃m humanam
A rõnem erat ambigua:multũ illis fuga ſua ꝓfuit:& cõſuluit inſup uniuerſo orbi. Quoties igiẽ
id ea cã fieret:ſanctũ piumqꝫ eſt ſtudiũ. Alioqui qui alios ad martyriũ aĩauerunt:cum ipſi non
ſint ſupplicio affecti:ꝙꝙ aliis maxime ꝓfuiſſent/rei tñ ſanguinis alioꝝ eſſent cenſendi:qđ tãtũ
abeſt ut credamꝰ:ut magnũ inde meritũ illos aſſecutos nõ dubitemꝰ.Hoc eñ ut Paulus abſens
litteris:& ꝑſens amplioribꝰ uerbis curabat:ut oẽs Chriſtũ ubi res exegiſſet/capitis/uitæqꝫ pe/
B riculo ſectarẽtur:qđ & Chriſtꝰ ipſe priꝰ fecerat. ¶ Cũ aũt de illorũ uirtute dubitari ueriſimi
li cõiectura põt:& eorum uitæ ex nr̃a fuga ꝑiculũ impẽdere nõ ignoramus:qđ uitare poſſemꝰ
morte ꝓpria:ſiqdem & aĩæ in illis quoqꝫ ꝑiculum uerſaẽ:nõ eſt dubitãdum nr̃o ſanguine ſalu
tẽ illoꝝ adiuuari oportere. Id enim charitatis ordo exigit:ut ꝓximi aĩam corpi anteponamus
noſtro.Sin uero de ſola utrinqꝫ uita carnali eſt periculũ:magnæ ꝑfectiõis eſt alienã ꝑferre no/
ſtræ:niſi ex nr̃a/ſalus quoqꝫ pẽdeat plurimoꝝ.Eo enim caſu inprudẽs eſſet cõſiliũ pro aliena
ſalute mori:neceſſitate aũt aſtringi ad hoc putamꝰ neminẽ:ut uitæ periculũ ſubeat:quo alius
euadat:etiã ſi ex nr̃a inuidia:dum abſqꝫ noſtra culpa ꝑiclitẽ:nec ſi rei quoqꝫ publicæ uel mul/
torũ ſaluti tꝑali noſtro interitu cõſulere poſſumus:ubi nullũ in religione:uel in ꝓximi æterna
F ſalute uerſaẽ periculum.Nihil enim ꝑter deum ſupra nos diligere lege diuina coartamur.
¶ Vbi uero ꝑſonali odio fidei quoqꝫ cã eſt cõiuncta:ſiquidem cædendo extingui ꝑſecutio põt:
nec his/q deſerunẽ/tãtum imminet ꝑiculũ:ut non fructꝰ ex fuga ſperẽ maior fore:utpote cũ
alii in urbe/uel fideli populo ſupſunt duces atqꝫ paſtores:qui & ſi nõ tãta fortaſſis ſint uirtute
ꝑditi:ad rem tamẽ bene gerẽdã idonei uidenẽ:& is/in cuiꝰ odiũ ꝑſecutio ſuſcitaẽ/alibi uberio
res ſua ꝑdicatione/doctrina/ac cõuerſatione edere fructꝰ ſperaẽ:cædere nõ tam cõſiliũ uideẽ:
ꝙ ꝑcepti.Hac rõne e Damaſco ſe ꝓripuit Paulus:quo ſe ad multo maiora/quæ diuina reuela/ ii.ad co/
tione illa agẽda reſtabãt/reſtauraret:eadẽ quoqꝫ fortaſſis rõne Saluator in Aegyptum infans rin.xi.
aufugit:& maior factꝰ cũ audiſſet ab Herode tẽtum Ioãnem:& in uincula cõiectũ:relicta Iudea Mat.iiii
& Nazareth ciuitate(in ꝙ & cõceptꝰ/& altus fuerat)in Galileam trãſiuit:domiciliumqꝫ in Ca/ Luc.iiii.
G pharnaum trãſtulit.Et rurſus ab ipſoꝝ Capharneorũ inſidiis/dũ in ſupciliũ mõtis ductꝰ eſſet:
ut ꝑcipitaretis:ſeſe ꝓripuit. ¶ Alia inſup iuſta atqꝫ honeſta eſt ſeceſſiõis cã:cũ ſcilicet tumul
tuaria ſeditio exoriẽ:pugnaqꝫ inſignis toto cũ exercitu paulo poſt eſt ſubſecutura. Non enim
temere ſe ꝑiculo exponere dux debet:ut leui in certamine uincat:ſed ad illuſtriorẽ/clarioreqꝫ
uictoriã ſe ſeruare. Ita & Paulus ſeditiõe populari appetitꝰ:& arte/&(qbꝰ potuit)modis euade Actuũ
re curauit:quo legitimo certamine/cõſumato militiæ curſu in urbe mũdi dñã poſt inſignes ui xxiii.
ctorias triũpharet.Ob hãc quoqꝫ(ut res ipſa teſtaẽ):cãm/cũ lapides aduerſus Chriſtũ Iudei tu Io.x.
liſſent:abſcõdit ſe/& exiuit de tẽplo.Nondũ enim(ſicut alio loco dixit)uenerat hora eius:qua Io.ii.&
ſcilicet cõſumatis oĩbꝰ/quæ de ipſo ſcripta erãt/nõ in templo per popularem tumultũ:ſed in x.
Caluaria ꝑcio appreciato:ab diſcipulo ꝓditꝰ:a principibꝰ accuſatꝰ:acclamatiõe uniuerſi popu/
li mortis reus iudicatꝰ:atqꝫ ad ſuppliciũ petitꝰ/& demũ a ꝑſide uniuerſi populi ſeditiõe exor/
ta/dãnatꝰ:inter latrones per mediã urbem crucẽ baiulãs ꝑtractus/uariis ſuppliciis/atqꝫ oppro
briis affectꝰ/poſt plurima deniqꝫ myſteria/ligno affixus aĩam tandem patri redderet.Eoqꝫ pa
cto & uirtꝰ eius/& ꝑſequẽtium iniqtas atqꝫ impietas/fieret teſtatior:Simul ut ad certã/uolun
tariãqꝫ mortẽ ſemetipſm pro nr̃a ſalute ſua ſpõte obtuliſſe liqueret. Quæ ſane oĩa ſi lapidibꝰ
oppreſſus in tẽplo fuiſſet:infecta mãſiſſent:paucorumqꝫ ſeditioſoꝝ crimini tãta memoria di/
gnũ facinꝰ tribuereẽ.Itidem & in Aplis eſt iudicãdũ:q ſi ab initio poſt Chriſti aſcẽſionẽ oĩ cũ
rigiditate atqꝫ audacia/inter Iudeos Chriſti Euãgeliũ ꝑdicare uoluiſſent:ꝑriaſqꝫ leges(uti pau
lo poſt factũ eſt)in multis trãſgredi.Quo pacto in oẽs orbis ꝑtes ſonꝰ eoꝝ ꝑdicationis exiiſſet:
oẽs ꝓfecto a iudeis oppreſſi breui tꝑe fuiſſent.Quod ne cõtingeret/diſcedens ab his Saluator
H monuit:ut cũ in una ciuitate ꝑſecutio in eos fieret:ad aliã trãſirẽt. ¶ Pari quoqꝫ rõne idẽ eſt
faciendũ

faciẽdum:ubi ex fuga ſperari poteſt ipſorũ etiam perſequẽtiũ emẽdatio atq; pnĩa:utpote quos
cæcus furor paucorũ fortaſſis diaboli miniſtrorũ cõſpiratiõe excitat⁹/ad repẽtinum faciu⁹ ipu
lit:quo ſedato ad ſanam mẽtem redituros:q̃ in eo furore ꝑſtituros/uero eſt ſimilius: quæ po/
Actuũ xviii. tuit eſſe Pauli ex Corintho diſceſſus cauſa & Saluatoris in Galileã ex Iudea redit⁹/ cũ diſcipu
loꝝ eius baptiſmo diſcipuli quoq; Ioãnis eſſent ſcãdalizati. ¶ Vbi uero nõ tãtum imminet ex A
pſecutiõe piculũ:quin ex tolleratia plurimarũ etiam ærumnarũ & iniuriarũ fruct⁹ ſperari po
teſt uberior:nõ eſt metu periculi populus deſerẽdus:ſed appetẽda ſunt poti⁹ pro illius conſola
tione ſupplicia. Qua rõne adduct⁹ (ni fallor) Paulus ipſe diſſuadẽtib⁹ cũctis/ & piculi futuri fa
Mat. xvi ctus certior Hieroſolimã ad diẽ feſtũ aſcẽdit. Et Chriſt⁹ ipſe cũ pro oĩum ſalute ad paſſionẽ itu
Marci rum ſe Aplis prædixiſſet:& Petrus naturali pietate mot⁹/ne id faceret/diſſuadere conaret̃:illũ
viii. grauiter adiecta etiam uerborũ cõtumelia increpuit. ¶ Multoq; id magis eſt cauendũ:ubi ex
diſceſſiõe uniuerſo gregi inſtãs ĩminet piculũ:ne.ſ. paſtore fugiẽte:nulloq; defendẽte/pauidus
Act. viii grex a lupo rapace lanietur:aut malis pſuaſionib⁹ in errorẽ ſeducat̃. Eam obcãm manere Pau
lũ Corinthi annũ & dimidium deus iuſſit. ¶ Quæ ſane oĩa cum nõ perſonæ:ſed cauſæ odio
pſecutionẽ fieri cõſtat:maiorem in modũ ſunt cuſtodiẽda:multoq; adnitẽdũ forti⁹ atq; conſtã/
tius ne indefenſa maneat dei cã:neu prodat̃ hoſtib⁹ grex fidelis. Hos enim q lupũ ueniẽtem ui
Ioan. x. dẽtes gregem deſerũt:Chriſti iudicio damnatos nemo ignorat:mãdatũq; paſtorib⁹ ut pro oui/
Ad heb. bus ſuis ſanguinẽ uitãq; effundãt. Propterea ignauiæ arguẽs hæbreos Apls dicebat: Nõdũ enĩ
xii. uſq; ad ſanguinem reſtitiſtis. ¶ Sed & in his aliæ ſũt circũſpiciẽdæ cõditiõis locus.ſ. & tpſ:ut B
ex Saluatoris facto/qđ paulo ante retulim⁹, depræhẽdi põt:dũ lapidationẽ i tẽplo uitauit. Ma A diſtinctu a
gnæ ſiqdem pſecutiõis tpe atq; ubi in pcipiti fidei uerſat̃ cã/nullius periculi habẽda eſt ratio. circũſtantiis.
Eccleſia aũt pace trãquilla fruẽte/ ſiqđ emergit ſcãdali:nõ eſt tam ſtrenua pugna atq; cõtentiõe
Eccleſia opus. Propterea in Sapiẽtia legit̃: In tpe tribulationis pmane aĩo fidelis/a facie illius nõ te ab
ſti. xxii. ſcõdas:& ſi mala tibi obuenerint:ꝓpter illũ ſuſtine. Hinc Saluator diſcipulos ſuos ex eo maxi
Lu. xxii. me cõmẽdabat:q cum eo in tribulatiõib⁹ ſuis pmãſiſſent. ¶ Habẽda eſt quoq; in hac re pſona C
rum diſtinctio:qbus enim aliorũ cura eſt cõmiſſa:hi maiorib⁹ exponere ſe periculis debẽt:mi/ Alia pſona/
nuſq; ꝓpriæ uitæ parcere. Ad hos enim Saluator pcipue loquitur:quos paſtores uocat: atq; in rũ cõditione
Apoſtolorũ perſona ad oẽs oĩno prælatos. Q đ enim aliis crimini nõ daret̃:ſi timidatæ pſecu
tionis incẽdium uitarẽt:his ſcelus eſſet maximum:pariq; rõne q doctrina/auctoritate/exẽplo/
cõfirmare cæteros poſſunt:lõge plus (ſi eos deſerãt) delinquũt:q̃ qui harũ rerum præſtare pſt
Act. viii nihil. Et ob id cũ ob ſeuam perſecutionem cæteri diſcipuli magna ex parte Iudeã deſeruiſſent:
Io. xviii Apoſtoli tamẽ manẽdum ſibi iudicarũt:& fugiẽtib⁹ Aplis Chriſtus mãſit ſolus:Iudeiſq; dixit:
Si ergo me quæritis:ſinite hos abire. Sed & imbeciles:quiq; parũ uirtute atq; aĩo cõſtãt:melius
ſibi fugiẽdo cõſuluerint:q̃ ſi inſuetæ pugnæ inermes/debileſq; ſeſe temere ingerant:pſertim
cũ eoꝝ caſu piclitari poti⁹ cæteri poſſint:q̃ cõſtãtia uirtuteq; adiuuari. Et ob id quoq; in Aegy/
ptum infantẽ Chriſtũ fugiſſe haud abſurde cõiicere poſſum⁹. Quippe q in ea ætate nullũ præ
bere cõgrue poterat uirtutis exẽplum:& nõ ſatis adhuc in fide roboratis Aplis pcepit Ieſus:ut
ſi in una ciuitate pſecutionem paterẽtur:fugerẽt in aliam. ¶ Secũdum has & his ſimiles cir D
cũſtantias qđ perſecutione ingruẽte faciẽdũ ſit/ exiſtimare qſq; haud difficulter poterit:ſuæq;
cõſciẽtiæ iudex eſſe:dũ nõ rectũ iudicium/diuinamq; inſpirationẽ timor aut alia humana per/
uertat paſſio Et hoc in primis obſeruare:ut cum manẽdũ cẽſuerit:magna (queadmodũ in ſu/ Alia a modo
periorib⁹ diximus) utat̃ modeſtia:neu temeritate meritũ uirtutis amittat. Exemplo Pauli/qui
Act. xxvi. & xxvii. q̃ nõ ex equo a Iudeis accuſaret̃:pſpiciẽs blãdis atq; humilib⁹ uerbis feſtum cõſulem/& Agrip
pam regẽ cõciliãdos curauit:dehinc plebis furorẽ ſanctis pſuaſionib⁹ reſtinguere. In Sapien/
tia enim legit̃:q uerbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos. Arte quoq; aliqua quo
Eccl'iaſtici. vi. ſeditio ſedet̃:& pſecutio ceſſet/uti nõ ꝓhibemur. Hoc enĩ & Paulus fecit:q cum pſuaſionib⁹ ni
hil ſe ꝓficere apud agitatos furore aduerſum ſe Iudeos uidit:inter eos ſchiſmatis materiã ſu/
ſcitauit:quo & ab eius ſanguine man⁹ eoꝝ ſeruarent̃ innoxiæ:& ipſe apoſtolatus ſui mun⁹ in
reliquum maximo cũ Eccliæ ꝓuẽtu cõſeruaret. Apli quoq; ne Iudei in eoꝝ cõuerſatiõe ſupra
ac par eſſet:tpiſq; ratio ſuaderet:ſcãdalizarentur:multa legis pcepta cerimonialia dũ apud eos
Act. xvi mãſerit:ſeruauere/q̃ poſteris ſeruãda uetuere. Et Paulus ipſe Thymoteum circũcidit:q circũ
Ad gal. v. ciſionẽ poſtmodũ plus cæteris dãnauit. Hoc aũt ita eſt tolerabile uti:ne id tanta timiditate fiat:
ut a uera diſciplina diſcedat̃:quã nulla ex cã uiolare fas eſt. In quo cũ Cephas errare uideret̃:
Ad gal. ii. a Paulo eſt reprehẽſus. Vbi uero nihil modeſtia ꝓficere poſſe. fidelis qſq;:ſed platus pſertim/
pſpicit:magna uirtute defendere ueritatẽ oportet: nec timide/trepideq; uacillare/ aut parũ ex
dignitate loqui. Et ob id cũ ab diſcipulis admoneret̃ Chriſtus/ex eius ſermonib⁹ aſperioribus

iudeos fuiſſe cõturbatos/reſpondit:Sinite illos/cæci ſunt & duces cæcorum. Et Petrus magna Mat. xv
auctoritate rñdit:Oportet nos obedire deo magis q̃ hoibus. Pulchrũq; eſt ꝓclaro aliquo faci/ Actu.v.
E nore ædito/pro ueritate mori:Stephanũq; ſequi:qui ꝓmus oium pro Chriſti confeſſione ſan/
guiné ſuum imortalitati cõſecrauit. ¶ At ubi cedendũ ꝑſecutioni ratio ſuadet : cõſtare uirtus
debet:idq; non animi cõſternatione:ſed meliori cõſilio fieri/ꝑſuadendum eſt cæteris:ne & ipſi
terreãtur. Et in paſtore/fratre ue ſecordiam arguant. Illudq; maxime curare/ ut qui ex fuga
ſperatur fructus ſubſequat᷑. Hoc aũt Saluator fecit:q poſt oẽs ſiue fugas/ſiue ſeceſſiões ſuas/
multa/& priorib⁹ maiora atq; utiliora ſalutis noſtræ edidit opa. Hoc & Paulus/& cæteri Apl̃i
abunde fecere. Ceſſante quoq; fugæ cã:primo quoq; tpe ad ſuſceptũ munus redire : qđ & pñs
Chriſti actio nos admonet:cum enim Ioſeph nutriciũ eius ut fugeret/cũ puero Angelus ad/
monuit: hoc adiecit: Vſq; dũ dixero tibi. Idẽq; defuncto Herode:ut rurſus iu Iudeam rediret/
impauit:atq; interim a deo ꝓcibus implorare fugitiuus debet ut gregi conſulat:ſicut in actib⁹
Apoſtolorum factũ legimus/dũ Petrus ab Herode capt⁹ eſt. Oratio enim fiebat ab Eccleſia ad Act. xii.
deũ pro eo. Propheta quoq; pro Eccleſiæ tribulatiõe rogabat dicẽs: Libera deus Iſrael ex om
nib⁹ tribulationibus ſuis. & Apl̃s ad Theſal. ſcribẽs dicebat: Orate pro nobis/ut ſermo dei cur ii.ad the
rat & clarificet᷑:ſicut & apud uos:& ut liberemur ab iportunis & malis hoibus . & ad Hæbreos ſalo.iii.
ſic ait: Orate pro nobis: amplius aũt deprecor uos id facere:quo celeri⁹ reſtituar uobis. In qui/ Ad heb.
bus ſane uerbis non ſua tm̃/ſed magis illoꝝ cauſa ſuffragiũ orõnũ ſe petere oſtẽdit. Idq; ſiue xiii.
maneat paſtor:ſiue cædat eſt faciendũ:ut.ſ. nõ uincamur a tentatione:ſed liberemur a malo:ſi/ Mat. vi.
cut Chriſtus nos orare docuit. Quæ oia Paulus ipſe tanta cũ rõne/moderatiõeq; ſeruauit:ut
hic ſolus ad oia nobis & doctrina ſufficiat/& exemplo. Sed & Saluatoris geſta eo ꝑtinent fere
oia:q; ſi timore uincimur:dũ non apte ſubditos fratres ue/ꝑdamus/excuſationẽ humanæ fra
gilitatis cõditio plerunq; tribuit:his ꝑſertim qui ꝑfectionis ſtatũ non ꝓfitent᷑. Nã & Helyas/q
tanta uirtute atq; conſtãtia tã egregia ꝑus facinora ædiderat/unius mulieris cõminatiõe deter iii.Reg.
F ritus (quam ſæpe deſiderauerat) mortẽ fuga deuitauit. ¶ Ex ꝓmiſſis itaq; (ut rẽ ꝑſtringam⁹) xix.
Epilogus & reſolutio ꝓdictorum. hæc documẽta cape poſſumus. ſequẽdam in hiſce reb⁹ diuinã primũ uolũtatem:quãtũ reuela/
tione aut cõiectura aliqua ꝓbabili perſpici põt. In hocq; ꝓpriam cõſcientiã iudicem eſſe. Quã
tamẽ ex ꝓmiſſis informare licet : hacq; duce meliora atq; utiliora non uobis dũtaxat ipſis:ſed
& ꝓximis noſtris forti aio cõplecti:ꝓut ꝑſonarũ/cauſarum/tẽporũ/& locorũ/cæterarũq; circũ
ſtantiarũ ratio ſuadet. Cauereq; in primis ne puſillanimitate quicq̃ a nobis fiat/omittatur ue/
quo deus offendat᷑. Idq; in duob⁹ mea quidẽ ſentẽtia cõſiſtit maxime. Primũ ut qui alioꝝ curã
Prælati gre/gem ſuũ deſerere nõ debẽt etiã pro alioꝝ ſalute ſuſceperũt:neceſſario tpe illos non deſerãt:qđ ne aliorũ qdem ſalutis cã faciendũ cenſeo : & ſi
maior fortaſſis inde ſperari utilitas poſſit. Nã & ſi Moyſi/ut eius erga ſibi creditũ populũ cha
ritatem ꝓbaret deus ꝓpoſuiſſet eũ in multo maiorẽ ac meliorẽ populũ ducẽ conſtituere uelle:
dum illũ impiũ & rebellem deſereret:aſſentiri nequaq̃ uoluit:ſed cũ illo perire:q̃ in alio ꝑfice/
re ꝓelegit:eoq; illud ꝑtinere põt:qđ Saluatot alio loco dixit: Nolite trãſire de domo in domũ: Exodi
niſi ad id ſupiorum iuſſio cõpelleret:ſicuti in ſupioribus dũ de paſtoribus ad ꝓſepe dñi uenien xxxii.
tibus loqueremur:nõ nihil attigim⁹:qua in re ꝓlatoꝝ ab cæteris ſecreta atq; diſiũcta eſt ratio. Lucæ.x.
Pariq; iure cenſendos iudico cæteros ꝑfectioris uitæ hoies:qui ad alioꝝ:& ſi nõ regimen/ædi/
ficationẽ tñ & eruditionẽ ſunt poſiti. Cũ enim ex eorũ ignauia ſcãdalum cæteri ſunt ꝑpeſſuri:
nullus eos mortis metus excuſaret a peccato. Hæc eñ eſt Chriſti ſñia:ut qui cæteris ſua culpa
ſcandali hoc eſt peccati materiã ꝓbent:pari ſint obnoxii penæ : aĩamq; pro amicorũ ſalute ex/ Matth.
G ponẽdã eſſe. Secundũ uero huic proximũ eſt:ut tum timori indulgẽdũ impune putemus : dum xviii.
res eſt integra:ita ut ꝓter fugam nihil admittamus grauius:utpote cũ ꝑſecutio inſtat:nec dum Mar.ix.
tamẽ ad conflictũ eſt deuentũ. Nã cũ eo res proceſſit:ut iam de cõfeſſiõe fidei cõtendere opor/
teat:nullo pacto cedendũ eſt/aut taciturnitate/uel diſſimulatione ueritas deſerenda. His enim Ioã.xi.
duobus (ni fallor) caſib⁹ ad mortalem culpam ignauia/timiditaſq; accedit. In reliqs aũt uenia/
le eſt peccatum/aut nullũ prorſus:ſed cõſilii maioriſq; erogationis ſunt quæ ſupra neceſſita/
tem ſalutis forti cõſtãtiq; aio fiunt:atq; interdũ cædere ꝓbabilius eſt: q̃ aut fruſtra contendẽdo
maiorem iacturã facere:aut ſe temere periculo obiicere. Sicq; fit:ut qui ꝑſecutiones uitant/in/
terdũ grauem culpã incurrãt:plerũq; leuem:ſæpe nullã:& nõnunq̃ etiã maius meritũ cedendo
q̃ perſtãdo cõſequat᷑. Et hæc de fuga Saluatoris in Aegyptũ iuxta hũc ſenſum dicta ſint :ſatis:
quæ neq; aliena ab hoc loco uiſa ſunt:neq; fortaſſis infructuoſa:quippe quæ cæteris apti⁹ atq;
H utilius ſcribendi materiã ꝓſtabunt. ¶ Neq; tamẽ ignoramus alio in ſenſu a ſacris doctoribus
Moraliter. moraliter hanc Saluatoris fugã accipi:quo.ſ. infirmioribus hoc ſit documẽto : etiã qui ꝑfectio
nis gradũ ſunt ingreſſi:ut cũ ab Herode, ideſt a dæmõe/uel a cõcupiſcẽtia carnis/aut ſupbiæ/
ꝑſecutionem

perſecutionē/nobis imminere cernimus/in Aegyptum/ideſt in tenebras pœnitētiæ fugiam⁹.
Hæ ſiquidē ſunt ſalubres tenebræ/quib⁹abſcondimur:ne ab hoſte compræhendamur. De qui
ꝑs. xvii. bus in pſalmo dicitur:Poſuit tenebras latibulum ſuum:& alibi:Contexerunt me tenebræ.
&.liiii. ¶ Quo in ſenſu illud quoq; conſideratione dignum eſt:ꝙ necdū cœpto certamine ubi perſecu A
tionis inditia percipiuntur:fugiendū eſt:& cauendū ſibi.Neq; em̄ dixit Angelus:Herodes,pue/ Fugiēdū eſt
rum inſectatᷣ:aut milites ad eum ꝑdendū deſtinauit:ſed quid ait:Futurum eſt(inquit) ut Hero a facie pecca
des quærat puerū ad perdendū eum.E longinquo igitᷣ uitādus eſt hoſtis:uiaq; illi quātum fieri ti.
Ec.xxx. pōt:ꝓcidenda/& eius conſilia aīuertenda:dicente,ꝓpheta: Triſtitiā longe expelle a te:per tri/
Prouer. ſtitiam peccati materiam denotans:quæ triſtitiam parit:de qua alibi dicitur:Spiritus triſtis de/
xvii. ſicat oſſa.Hoc quoq; Iob/afflicto corde poſtulabat/dicens: Conſiliū impiorum lōge fac a me.
Iob. xxi & per Eſaiam dicit dn̄s:Repellant procul fornicationes ſuas. Et iterum Sapientia:Quaſi a fa/
Ezechi. cie colubris fuge peccata:quod de peccato carnis maxime eſt intelligēdum:dicēte Aplo:Fugi/
xxxv. te fornicationem.& ob id ad Loth dum fugere a Sodoma iuberetᷣ:dixit dn̄s: Salua animā tuā:
Ec.xxi. noli reſpicere poſt tergum tuum:nec ſtes iu omni circa regionem : ſed in mōte ſaluum te fac.
i.ad cor. ¶ Eadem nobis ex uerbis Saluatoris datᷣ doctrina:Dum enim a facie Antichriſti fugiendū ad/
vi. monet:accelerare iubet:ita ut ne tunicā quidē aut aliud ad uſum corpis neceſſariū tollere e uici
Ge.xix. no permittat:ſed quo nulla prætendatᷣ more,cauſa ſubiūgit:Orate ne fuga ueſtra fiat hieme/
Math. uel ſabbato:eo ꝙ tali tempore eſt difficilior.& rurſus:Væ ꝑgnantibus & nutrientibus illis die
xxiiii. bus:quæ ſcilicet ob uteri grauitatem:uel prolis charitatē ſerius/ſecordiuſq; fugere poterunt.
Hæc enim omnia myſtico ſenſu ad eos pertinet: qui prius q̄ fuga ſibi conſulere poſſint/a pra/
uis cogitationibus ſunt præuenti:quas ægerrime relinquere poſtmodum poſſunt : & cum his
grauantur:eos etiam corpore fugientes peccatum/facile ſequuntur.Et propterea Ioſeph/per
quem(ut prædiximus ſenſualis motus:uel inferior intellectualis animæ portio ſignificatᷣ/ab
Angelo admonetur:ut puerū/ſcilicet Ieſum(quæ eſt diuina gratia ſalutem nobis tribuens)&
matrem eius.ſ. gratiam illuminātem ſecū ducat.Cum his enim fuga tutiſſimum erit aduerſus
omnes inimicorum inſidias refugium:ubi.ſ.omnes animæ & corporis ſenſus a peccato fugiēt:
& gratia quoq; diuina gratum faciens atq; illuminās fugientes comitabitur. Tunc enim cum
ꝓpheta dicere poterit:Dn̄s illuminatio mea & ſalus mea/quē timebo.Eaq; ratione nō Mariæ/
ꝑs. xxvi ſed Ioſeph facta eſt reuelatio:ꝙ ſenſualē partem labor & fatigatio pœnæ totā affligit:neq; cla
ra luce diuinū intueri lumen pōt.Quāobrem in ſomnis noctu:nō interdiu uigilāti apparuiſſe
Angelū ſæpenumero legimus:quēadmodum alio loco a nobis iam eſt oſtēſum. ¶ Neq; illud B
myſterio carere credendū eſt:ꝙ in ſomnis & nocte dormientē de fuga Angelus admonuit:il/
leq; etiā nocte in Aegyptum iter cœpit.Rurſus noctu atq; per ſomniū de reditu eſt cōmonefa
ctus:non tn̄ nocte rediiſſe ſcribitᷣ.Aegyptus quoq; tenebras ſignificat. Ex his itaq; fit ꝑſpicuū
ꝑfectionis initia in tenebris maxima ex parte conſumari:eſſeq; tria in his tenebrarū gn̄a:no Tenebrarū
Ioan.i. ctē:ſōnū/& Aegyptū:in qb⁹ eos/q ad extremū ꝑfectiōis gradū cōſcēdere uolūt/q̄diu Herodis/ tria gn̄a.
i.Io.ii. ideſt diaboli ꝑſecutio īminet:uerſari neceſſe eſt.Primū qdē tenebraꝝ gen⁹ ignorantia eſt:de q̄
Adeph. illud Ioannis intelligitᷣ:Et lux in tenebris lucet:& tenebræ eū nō cōprætēderūt.& illud:Tene
v. bræ trāſierūt/& uerū lumē iā lucet.& qđ dicit Apl's:Eratis aliqn̄ tenebræ:nūc aūt lux in dn̄o.&
Pſalmo apti⁹ ꝓpheta:Neſcierūt neq; intellexerūt:in tenebris āmbulāt. Quæ qdem tenebræ ad noctem
lxxxi. proprie pertinent.Propter quod dicit Saluator : ꝙ:q ambulat in nocte:offendi:& alio loco di
Io.xi.& cit:Qui ambulat in tenebris:neſcit quo uadat: quaſi nox & tenebræ idem ſunt. ¶ Secundum C
xii. uero genus tenebrarū eſt culpa:de qua dicit Ioānes: Qui odit fratrem ſuum:in tenebris eſt.&
i.Io.ii. Apl's:Abiiciamus ergo opa tenebrarū.& hæ quidē per ſomnū recte ſignificanᷣ:quia qui in pec
Ad Ro. cato manet:dormire dicunᷣ:ſicut Apl's docet/dū dicit:Surge q dormis:& exurge a mortuis.&
xiii. rurſus:Et dormiūt multi.Tertiū uero genus tenebraꝝ tribulatiōes ſunt & miſeriæ:q̄s aut cul
Adeph. pis noſtris exigētibus aut ad ꝓbationē noſtram:uel maius meritū patimur.De qbus Iob dicit:
v. In tenebris ſtraui lectū meum.& Eſaias:Aſpiciemus terrā & ecce tenebræ tribulationis:& has
i.ad cor. peropportune Aegypt⁹ ſignificat. ¶ Ea enī in ꝓuincia hæbreoꝝ gens frequētes & ꝓpe conti/
xi. nuas miſerias & perſecutiones eſt perpeſſa.Et ideo cum ex Aegypto redierunt : ex captiuitate
Iob. & miſeria rediiſſe ſe dicebant:& qui miſerias illis reddituras dicere uolebant: Aegyptum illis
xvii. proponebant.In Deutero.enim legitᷣ:Memento ꝙ ſeruieris in Aegypto:& eruerit te dn̄s deus
Eſa.v. tuus inde.& rurſum:Niſi,cuſtodieris omnia uerba legis:conuertet in te oēs afflictiones Aegy
Deuter. pti:q̄s rimuiſti. ¶ Et hæ quoq; tres illæ ſunt tenebræ:de qbus in Sapiētia legitᷣ:In obſcuro ad/
xxiiii.& ueſperante die in noctis tenebris/& in caligine:quas ne perfecti quidem uitare facile poſſunt:
xxviii. præſertim dum incipiunt.Eam ob rem clamat Propheta:Saluum me fac domine:quoniā defe/

cit ſanctus/& diminutæ ſunt ueritates a filiis hominum.Et alibi.Omnes declinauerũt.non eſt ps.xiii.
qui faciat bonum:nõ eſt uſq; ad unum.Quiu tum maxime:cũ perfectoꝝ ſeſe gregi ĩmiſcent:
infirmiores & oĩs culpæ reos ſe profiteri debent:& lumẽ ſupnæ a dño petere ac ſperare:Pro/
phetæ exẽplo:qui a domino petebat dicẽs:Domine deus illumina teuebras meas.& iterũ. Illu ps.xvii.
mina oculos meos ne unq̃ obdormiam in morte.& rurſus cum de ſeipſo dixiſſet:Exquiſiui do ps.xii.
minum:& exaudiuit me:& ex omnibus tribulationibus meis eripuit me:Exhortãdo alios ſub/ Pſalmo
iungit:Accedite ad eum & illuminamini:ac ſi aperte diceret ipſe:Dominus eſt lux uera quæ il/ xxxiii.
Triplex lu/ luminat omnem hominem ad ſe uenientem:lumine ſcilicet doctrinæ aduerſus tenebras igno
men. rantiæ/lumine cognitionis aduerſus tenebras peccati/& lumine gratiæ & miſericordiæ aduer
ſus tenebras tribulationum.Hoc ego ſum expertus:quippe ex his omnibus dum ad eum con/
fugiſſem:me liberauit. Accedite igitur ad eum confidenter hac ſpe certiſſima:ut & uos illu/
D minet atq; emundet. ¶Notanduſq; eſt:harum tenebrarum ordo.Primo ſiquidem nox adue/
nit:quæ ſomnum prouocat/ita ut uel cunctis in multa nocte torpẽtibus mẽbris ſurrepat. Hoc
modo Petrus/per quem (ut alio loco diximus) peccator ſignificatur/in nocte dormiens inter
duos milites uinctus cathenis duabꝰ deſcribit̃:& pariter uirgines media nocte ueniente ſpõſo Act. xiii
dormientes aliæ:aliæ dormitantes ſunt reperte.& in Sapientia legitur : Somnus noctis inuitat Mat. xv
ſcientiam eius.Qui enim perfectionis gradum conſcendunt:ignorantia plerunq; laborant:ex Ecc .iiii.
qua poſtmodum in tenebras peccati prolabuntur:dum aut plus æquo de ſua ipſorum doctri/
na & eruditione/uirtuteq; præſumuut/aut ex opinione ſcientiæ in errorem aliquem labũtur:
uel gloriam humauam inde appetunt/alia ue cupiditate deprauantur. Hi certe ſuut piſcato/
res:qui tota nocte piſcati nihil prẽdiderant:feſſiq; ac uacui rediiſſent:niſi in eorum nauiculam Mat.iiii
Chriſtus aſcendiſſet:in eiuſq; uerbo laxaſſent retia.Et de his in Eſaia legit̃:Speculatores cæci Eſa. lvii
oẽs neſcierunt uniuerſi:Canes muti/non ualentes latrare:uidentes uana/dormientes & aman
tes ſomnia:& canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem:ipſi paſtores ignorauerunt intelli
B gentiam. ¶Ad hos ita dormientes præſertim cum ex ignorãtia plus q̃ ex malitia labuntur:
mittitur in ſomnis Angelus:diuina/ſcilicet inſpiratio:quæ illos admonet Ieſum infantem ac/
cipere/ideſt ſalutis monita & opera cum uitæ innocentia ſuſcipere. Hoc enim eſt Chriſtum
uel deum aut Spiritum ſanctum accipere/tota mente in eius amorem conuerti:& ſe illius gra/ Act.xix
tia dignum efficere.Propterea Corinthios interrogauit Paulus:ſi Spũm Sanctum accepiſſent Io.v.
credentes.& Chriſtus dicebat Iudeis:Ego ueni ad uos iu noĩe patris mei/& non accepiſtis me.
Sed nec Ieſum ſolum per fidem accipere ſat eſt:niſi & matrẽ eius Mariã/ideſt lumen doctrinæ
ac charitatis accipiamus:& cũ eo in Aegyptum:ſcilicet laboris & pœnitẽtiæ cõfugiamus:ibiq;
tamdiu moremur:quoad ipſo eodem Angelo reuelante Herodis perſecutoris/ideſt diabolicæ
ſuggeſtionis mors ſeu extinctio reueletur.Tũ enim nobis nec dum plaue uigilãtibus/ſed dor/
mientibus rurſus in tenebris apparet idem Angelus/& inimicorum mortem denuntiat:exur/
gẽdũq; a ſomno tãdẽ hortat̃:relicta Aegypto & pœnitẽtiæ auſteritate in terrã Iſrael/ideſt ui/
ſionis dei/& proinde ad contemplationem tranſeundum:cuius dicto ſi audientes ſimus:confe
ſtim Ieſum & Mariã accipimus:& ab Aegypto exeũtes eo(quo moniti ſumus)modo nõ iã per
noctis tenebras:ſed plena luce proficiſcimur. Quod & Petrus in carcere uinctus & dormiens
G excitãte iterq; præbẽte Angelo feciſſe refertur. ¶Illudq; ſilentio prætereundũ non putamꝰ:
Ioſeph aban q; quater huic Ioſeph Augelum in ſomnis apparuiſſe Mattheus commemorat. Primum qui/
gelo q̃ter mo dem dum de Mariæ pudicitia titubaret:aut myſterii admiratione exterritus/de illa dimittẽda
nitꝰ in ſõnis. cogitaret.Deinde cum iu Aegyptum fugere illum iuſſit Augelus:poſtmodum cũ inde rurſus
illi redeundum iu terram Iſrael nũtiauit.Et poſtremo dũ illũ ut in Galileam diuerteret:admo
Quadru/ nuit.Quæ ſunt quatuor ad hominẽ peccatorem dei uocatiões ſeu iuſpiratiões & gr̃æ:uel qua
plex lucerna tuor ad tenebras pellendas lucernæ.Prima quidẽ/quæ tenebras ignorãtiæ pellit/eſt lux ſciẽ/ Pſalmo
ſeu lux. tiæ/qua Ioſeph/ideſt peccator perfectionis gradũ aſſumẽs de Mariæ puritate & myſterio diui cxviii.
næ incarnationis:humanæq; redemptionis admonet̃.Et hæc illa quidẽ eſt de qua ꝓpheta dicit: Prouer.
Lucerna pedibus meis uerbum tuum.& Sapientia:Lucerna domini ſpiraculũ hoĩs : que inue/ xx.
ſtigat omnia ſecreta uẽtris & illa rurſus/quã dñs ſuper cãdelabrũ/nõ ſub modium ponẽdam Matt.v.
docet.Scd̃a uero eſt lucerna timoris/quæ nimia ſecuritate dormiẽti Ioſeph ĩminẽs herodianæ Mar. iiii
i deſt diabolicæ ꝑſecutiõis indicat ꝑiculũ:fugaq; dat cõſiliũ:& ſalutis oſtẽdit locum. Et hæc eſt Lu. viii.
illa:quã idem Propheta eodẽ quoq; pſalmo poſtulabat dicens : Confige timore carnes meas: ꝓuer. vi
a iudiciis enim tuis timui.& de qua in Sapientia legit̃ : qa mãdatũ lucerna eſt & lux:& uia uitæ ꝓuer . i.
increpatio diſciplinæ.Primum enim mandatũ legis & ſapiẽtiæ/eſt timor dñi:ꝓpter quod alibi &. ix. &
dicitur:In tota anima tua time deum. Tertia lucerna eſt ſpei:qua Ioſeph.perſecutoris morte ps.ex.
nunciata

nunciata in ſpem reuertendi in terram Iſrael/ideſt æternæ uiſioñis patriam/erigitur. Iſte quip
Apoca. pe eſt agnus qui in patria lucet beatis per fruitionem: nobis autem per ſpem: de qua in Apoca
xxi.&.x lipſi legitur:ꝙ lucerna eius eſt agnus:& de qua in pſalmo legitur: Exortum eſt in tenebris lu/
xii. men rectis corde. Quarta uero lucerna eſt charitatis per quam ad dei unctionem accedimus:
ꝑs cxi. ſicut Magdalena:uel unctionem ab eo recepimus.de qua dicitur: Vnxit te deus tuus oleo læti/
ꝑs.xliiii. tiæ &c. ¶ Porro hoc eſt in Nazareth habitare:quæ unctio interpretatur uel mũdicia. Vtrũq; A
enim ad uitæ perfectionem eſt neceſſarium:mundicia/ſcilicet uitæ:& in piis operibus exerci/
Matth. tatio continua. Lucerna quippe lumen reddit:& oleum lumini alimoniam præbet. Propterea
xxv. decem uirginibus:ut a ſponſo recipiantur:utrunq; eſt neceſſarium. Cuſtodiẽs inſuper alio ſen
Pſalmo ſu Nazareth interpretatur:quia in cuſtodiendis præceptis (ut ait Propheta) eſt retributio mul
cxviii. ta. Hæc autem ex duobus charitatis operibus cõſtare palam eſt:quæ in dei & proximi dilectio/
Matth. ne concluduntur. Igitur hæc illa ipſa eſt lucerna:de qua in Euangelio dicit Saluator: Sint lum
xxii. bi ueſtri præcincti:& lucernæ ardentes in manibus ueſtris. Et recte quidem uitæ mundiciæ/
Luc.xii. que per lumborum reſtrictionem exprimitur coniungitur feruor charitatis. Ad tenebras igi
tur ignorãtiæ/nimiæ confidentiæ/uani timoris & remiſſioris charitatis/pellendas quatuor an
gelicæ apparitiones ſunt deſtinatæ. Angelus quippe lux eſt:ſed in tenebris ſtanti & præſertim
dormienti nõ poteſt in tota ſua claritate fieri perſpicuus.& ob id in ſomnis apparet occulta ui
ſione. Et hæc quidem eſt (ut diximus) diuina inſpiratio:quæ mentes dormientiũ in peccato pri
mum excitat:& ad Ieſum accipiendum incitat. Quibus ſi cõfeſtim acquieſcamꝰ/ſicuti Ioſeph
feciſſe uidemus/Chriſtum illico per gratiam corroborantem cum Maria/ideſt eius gratia illu
minante accipimꝰ illum in Aegyptum/ideſt in ſqualorẽ pniæ nobiſcum deducimus:& Aegy/
pto peragrato in terrã Iſrael/ideſt uiſionis dei & contemplationis reuertimur:ac poſtremo cũ Gradus qua/
eo Nazareth habitamus/ideſt opera pietatis eo duce exercemꝰ:& ꝑinde a gratia ꝑueniẽte ex/ tuor qbus ad
citamur/a corroborãte confortamur/& illuminamur:inde ad contẽplationem primũ uenimꝰ: ꝑfectiõis ſta/
& poſtremo ad actiuã uitã declinamus Hic enim eſt (ut ſæpe in ꝓcedentibꝰ quoq; eſt oſtẽſum) tum ꝑuenitꝰ.
ad ꝑfectionis gradũ ultimũ ꝑueniendi modus:hæc ratio:hic ordo. ¶ Et inſup ex hac Ioſeph
in obediẽdo promptitudine admonemur:ut quẽadmodũ carnis infirmitate facile cadimus: ita
ſpũs promptitudine ad reſurgendũ ĩpigri:ſolerteſq; ſimus. ¶ Aliudq; myſtico ſenſu hic Salua
toris in Aegyptũ tranſitus/& rurſus inde in iudeam reditꝰ nobis ſignificat: Apoſtoloꝝ.ſ. & le
gis euangelicæ ad gentes poſt Chriſti aſcenſionem tranſitum:& Iudeoꝝ in fine ſeculorum ad
Ioan.i. Chriſti fidẽ conuerſionem. Quocũq; enim ille conceſſit tenebras inuenit:lucemq; attulit:quia
ipſe eſt lux uera quæ in tenebris lucet. ¶ Qđ aũt poſt admonitionem Angeli Ioſeph ipſe in B
Iudeam ire timuit de pueri ſalute ſollicitus:nec incredulitati tribuendũ eſt/nec errori:ꝗuis eñ Timor natu
ſatis ſuperq; intelligeret:puerũ ipſum in dei tutela eſſe:quippe quẽ & ipſe deũ quoq; eſſe non ralis uacat a
ignorabat:infirmitatibus tamen humanis ſciebat obnoxiũ:ſuæq; curæ illius humanitatis ptes culpa.
donec adoleuiſſet:eſſe cõmiſſas. Propterea ne ſuo erga eũ ulla in pte officio defuiſſe argui poſ
ſet:in Archelai/qui Herodis & filius/& in regni pte potiori ſucceſſor erat/ptãtem uenire/nõ
Mat.vii ab re formidabat. Solet enim filiꝰ ſilis eſſe patri:cum dicat Saluator: Nõ põt arbor mala fructꝰ
& Lucæ bonos facere:neq; ecõtra.& alio loco: Nõ põt filius facere:niſi qđ patrẽ uiderit facientẽ. Hic igi
vi. tur timor piæ ſollicitudinis & charitatis plenus:nõ modo repræhẽſione caret:uerũetiam com
Io.xi. mẽdatione dignus habetꝛ:ꝓſertim cũ Angeli uerbis nullus ꝑiculatim exꝓſſus eſſet locus. Ter/
ra enim Iſrael/& Iudeã & Galileã:& nõnullas finitimas regiones complectebatꝛ:quæ datæ fue
rant filiis Iſrael a dño poſſidendæ. Sicut ergo cũ uxorẽ ꝑgnãtẽ uideret:de illa dimittenda cogi
tans nihil offendit:nec ipſa eadẽ Maria:cũ poſt Gabrielis denũciationẽ interrogauit: Quõ fiet
iſtud:ita neq; hac naturali piaq; ſollicitudine metuẽs:qđ metuendum ratio ſuadebat humana.
Alioqui & cũ illũ ambo dolentes reqrebant apud notos & uicinos:pari quoq; ratione culpa nõ
caruiſſent:neq; Apoſtoli cum illi ne in Iudeam rediret:perſuadere nitebantur:principũ & pha
riſeorũ inſidias illi ꝓponẽtes Sed neq; mater ipſa cũ eius paſſioni/mortiq; cõdoleret. Hæc eñ
pietatis officia:dum nõ a diuina uolũtate/humanum prorſus affectũ auertant: nõnunꝗ uirtuti
Matth. & pietati:interdũ naturæ tribuuntꝛ/culpæ uero nunꝗ:cum & Chriſtꝰ ipſe transferri a ſe calicẽ:
xxvi. ſi poſſibile foret/ad noſtræ fragilitatis conſolationẽ patrem rogauerit:& ſuper ſacrilegam fle
Marci uerit ciuitatem. ¶ Moralia autem hinc quoq; elici poſſunt documenta non parua. Eorum in C
xxiiii. primis conſortium & timendum & deuitandum eſſe:quorum de uita atq; doctrina ex alioꝝ cõ Moraliter.
Lu. xix. tagione dubitari uериſimiliter põt:utpote qui hæreticoꝝ aut impiorum hoĩum conſuetudine
ſunt infames:& pariter qui diaboli inſidias euaſit:filiorum eius qui ſunt homines impii me/
tuere laqueos debet. Propterea deuitandos hæreticos/de quorum ſalute conuerſioneq; non

ſperat᷑/Paulus admonet. Et de his dicit Sapientia: Filii abhominationum ſunt filii peccatorum Ad titū
& qui cōuerſauerit ſec⁹ domos impioꝝ/& quæ ſequunt᷑. Admonent᷑ inſup/ q actiuā uitā agūt: iii.
ut cū poſt pſecutiones dæmonū ſupatas ad mētis quietudinē redierint: & a tenebris malaꝝ co/ Prouer.
gitationū ad lucē ueræ cognitiōis puenerint: nō ſtatim qdē ad opa ſæcularia etiā ſancta & ꝓba/ xli.
ta reuertant᷑: cū adhuc Archelaū.i. reliqas diabolicæ temptationis illoꝝ fragilitati īminere co/
gnoſcūt: ſed ad cōtemplationis ſecreta cōfugiāt: ibiq; tādiu ſeſe exerceāt: quoad roboratā uir
tutē: & ab oī tēptatiōis piculo immunē eſſe cognoſcat. Ex his quippe/q ꝓpriæ uirtuti plurimū
D tribuere noluerunt/pleriq; cecidere. Nōnulli uero tā ancipiti Marte pugnauere: ut ꝓpius picu/
Quare deus lo fuerint: q̃ quos uicere. ¶ Aliud itē documentū dat᷑: adeſſe.ſ. deū pie dubitantib⁹: & reuelare
nō aptis uer paratū quæ agēda ſunt: quæq; cauēda. Et ob id nobis ambigua ꝓponere: ut certiora inquirendo
bis ſacramē plus mereamur. Nā quēadmodū Mariæ ab initio oīa explicare Gabriel potuiſſet: ita & hic eius
tum legis ꝓ ſpōſo. Et dñs quoq; oīum pſcius plurima diſcipulis quoq; ipſis in pabolis & ænygmaticis uer
ponit. bis eſt locut⁹: q poſtmodū illis interrogātib⁹/ aut interrogare uolentibus/ explanauit. quod &
pdicatores/cæteriq; hoīum doctores facere debēt. Pulſari enim uult iubetq; deus: ut apiat᷑: nō
patere paſſim oīb⁹ paradiſi fores: qd̕ qa alio loco/aliis cōprobauim⁹ auctoritatib⁹/& argumen Lu.xi.
E tis/ulteri⁹ non ꝓſequemur: pſertim ut ad Lucæ nři Euangelium redeam⁹: cui⁹ hiſtoriæ pticula
Figuræ occi/ hec ad nřm quoq; ſenſum neceſſario erat inſerēda. ¶ Quod aūt de infantiū nece Matthe⁹ ſcri
ſionis inno/ bit: nō ualde ad Chriſti geſta: nihil uero ad nřam intētionē attinet: abūdeq; a ſacris doctoribus
centium. in oēs ſenſus eſt digeſtū. Illud tñ ocurrit dicēdū: hanc pſecutionē puerorū ab Herode factā in
alia fuiſſe figuratā: quā Athalia in ſtirpem regis Iorā: ut omne ſemē Dauid extingueret/exer/
cuit: cuius tñ impietatem dei uolūtate fraudauit Ioſabeth: quæ Ocoziā furtim ab illi⁹ interni/ iiii. reg.
tione ſubtraxit: nomēq; cōuenit. Nam Ocozias retinēs dñm: uel appræhēſio dñi interpræta᷑t. xi.& .ii.
Chriſt⁹ aūt hic eſt: qui licet formā ſerui accepit: retinuit tñ formā dñi. Athalia uero interpræ/ paralip.
tat᷑ peccās domino/ſeu declinās dñm: qlis Herodes fuit plenus iniqtatis & maliciæ. ¶ Figurari xxii.
quoq; pōt in Moyſe q pus per mřem fluminis bñficio diræ legis/nephādiq; edicti regii cenſu/
F ram euaſit: & deinde maior fact⁹ fuga quoq; ab eiuſdem regis furore ſe ꝓripuit: eoq; defuncto Exo.ii.
Moraliter cō in přiam rediit. ¶ Sed & ad moralē ſenſum nō incōgrue perſecutio hæc ad aliud gen⁹ hoīum
tra ꝑlatos hi trahi poteſt. Hi plane ſunt ꝑlati hypocritæ maleq; uiuētes: qui nō ſpūaliter in populo p bona
pocritas. documēta & exēpla dñantur: ſed ſæcularē potius ptātem exercentes/reges q̃ ſacerdotes uideri
malunt. Et ꝓinde Herodis nomē aſſumunt: q gloriās in pellib⁹ interꝓtatur: qa in exterioribus
ſæculi hui⁹ non in aīæ bonis interiorib⁹ gloriam quærūt. hi cū alicui⁹ ſancti/religioſiq; uiri fa
mā audiūt. Et ob uitæ mūditiā/& miraculoꝝ ſplēdorē/ac doctrinæ ſeu pdicatiōis uerbiq; effica
ciā/ab hoīb⁹ ſumma in ueneratiōe haberi intelligūt: ad eūq; Magos.i. ſapiētes & doctos/poten
teſq; in Eccleſia uiros/uelut ad uerū dei ſeruū cōſulēdū accedere/palāq; illi⁹ ſanctitatē etiā co
rā ipſis maiorib⁹ ꝑlatis ꝓfiteri: zelo inuidiæ exardeſcūt: in eiuſq; pniciē ſtatim aīo ferunt᷑: cum
tñ ab talis uiri uita/miraculis/doctrina cōuinci ſe ita pſpiciūt: ut palam illū abſq; periculo ac
ſcandalo nequeāt īſectari: aduerſus eū phariſeos & principes ſacerdotū ſibi ſimiles conuocant
ideſt uiros in ſacris ſcripturis/ & humanis diſciplinis eruditos: quoꝝ uita moreſq; a ꝓfeſſione
abhorrēt maxime: ut ſi quo pacto poſſint/talis ſancti uiri ſermones/geſtaq; repræhēdāt. Cūq;
nullā ab his occaſionē inueniri poſſe intelligūt: quippe quos ueritas ipſa conuincit/ad inſidias
cōuertunt᷑: & eos/quoꝝ ſtudia in talē uirū uidēt incēſa/ad illi⁹ uenerationē uerbis qdē alliciūt:
ſeſeq; illius intellecta ſanctitate illū pari affectu ꝓſecuturos ꝓfitent᷑. Verū occulte illi offendi
cula q̃quauerſum tendūt: ut ſi nō colore aliquo iuſtitiæ poſſint: uel apta ui opprimunt: q̃ſi eorū
ſacerdotia/auctoritatē ue eccleſiaſticā cōturbantē. Cūq; apud eos/quib⁹ cū ſimulationibus uſi
fuere/nihil ſe ꝓficere uidēt: ſed talē uirū dei uolūtate & eoꝝ inſidias reſciuiſſe intelligunt/&
impietatē euitaſſe: atq; ad loca illis nō parētia ſe trāſtuliſſe: in uniuerſum illius ſancti uiri ordi
nem/aſſertores/fautoreſq; eius omnes paſſim deſeruiūt: corpuſq; occidūt/ideſt tēporalia illis
auferunt: ut eo pacto ſancti quoq; uiri nomē in ſuis diocœſibus: aut prouinciis extinguūt. Sed
iuſtus/miſericors/omnium potens deus/talium pſeudo ꝓpontificum/& prælatorum maligni/
tati occurrens: & hunc & illos/q̃les ſunt/hoībus detegit: huiuſq; nomen celebre/& illoꝝ exe
crabile cūctis mortalib⁹ reddit. Tales fuere principes ſacerdotū & phariſei/cæteriq; ſinagogæ
iniquæ cōplices/cōſpiratoreſq;: q poſt Chriſti reſurrectionē illū in aploꝝ pſona pſequebant᷑.
Neq; eñ diuinā ſapiam eoꝝ malignitas potuit īpedire: qn regnū ſimul & ſacerdotiū/pꝛiamq;
G amittentib⁹/hi toto terrarū orbe claruerūt. ¶ Spūaliter quoq; idē & diabolus facit: qui ſctoꝝ
uiroꝝ opib⁹ inuidens eoꝝ pcipue/quoꝝ exēplo/doctrina ue/multos pſpicit ſaluādos eſſe/oī
conatu eorum ſtudiis aduerſat᷑: & ubi maiorē in his ipſis uirtutē agnoſcit/quā quæ ſuis artib⁹
ſuperari

ſupari/elidi ue poſſit/in imbeciliores/quo pōt/impetu debacchaẗ.Illiſq; qđ ſuæ ꝑtātis eſt:au/
fert:cū uariis machinatiōib⁹eoꝝ fortunis/corꝑibuſq; quātaſcūq; ꝑmittit deus/infert plagas/
atq; moleſtias:hoc pacto illos a ſancto ꝓpoſito diſtrahere confidēs.Sed cū eoꝝ inuictū animū
ꝑſpicit: ab his cōfuſus abſcedit.Illi uero eo uicto nō modo in cōſpectu dei:& ad ſuā ipſoꝝ glo
riam uictores euadunt:uerū & alios ſuis meritis/exemplíſq; & ſermonib⁹a dæmonū ſeruitute
eripiūt.Sic dæmon Helyam Theſbitē:ſic ſanctū Iob & ſua & miniſtroꝝ ſuoꝝ ꝑſecutione ho
ſtis ille antiquus ꝑtentauit:ſed illorū uirtute ſupatus magnā quoq; in aliis/quos ad ſe trahere
ſperabat/eoꝝ opera iacturā fecit. ¶ Redit igiẗ defuncto Herode ab Aegypto dn̄s in terram A
Iſrael:cū poſt tribulationē/quā in carne/ideſt terrenis reb⁹ ſancti hoīes(ut eoꝝ uirt⁹ ꝓbaret)
ſunt ꝑpeſſi/& poſt actā in tenebris ꝑnīæ atq; lachrimarū diu uitam/ad ſerenā mētis quietē per
ſanctā contēplationē eos reducit: & poſt tenebras lucem/quā uelut Iob ſperauerūt/recipiunt.
Iob.xvii. Hoc itaq; pacto/ ut ad hiſtoriā reuertamur/.poſt mortem Herodis:& regnāte in Iudea Arche
lao reuerſus Chriſtus ab Aegypto in Nazareth ciuitate Galileæ habitauit : oēmq; pueritiā ac Textus.
iuuētam cū piis parētibus exegit.&(ut Lucas ꝓſequiẗ) PVER creſcebat & confortabaẗ/ple B
nus ſapientia:& gratia dei erat in illo. ¶ In qbus ſane uerbis ante oīa illud eſt conſideratione
dignū:q̄ in cæteris tractatibus ſummope a nobis eſt aīaduerſum:qua ſcilicet uerboꝝ diuerſi/
tate Saluatorē ab præcurſore Lucas noſter diſterminat : in his quæ utriq; uidentur cōia fuiſſe:
ꝓnūciatione.ſ.cōcept⁹/natiuitate & circūciſione.Qui quidē diuerſitatē nō modo ad litteralē
ſed etiā ad eū(quē nobis ſumpſim⁹)ſenſum/maxime ꝑtinere in ſupiorib⁹ tractatib⁹ oſtendi/
mus:atq; idē in p̄ſēti quoq; ſentimus: dum enim de ꝓcurſore locut⁹eſt Lucas/hoc ſolum dicit:
Puer aūt creſcebat & cōfortabaẗ ſpū.q̄'maioris aūt ſint momenti:q̄q; excellētiora exprimant:
quæ hoc loco de Saluatore dicunẗ:facile ex uerboꝝ ipſoꝝ ſignificatione intelligi pōt. Verū
qa in ſacra ſcriptura pro ꝑſonarū diuerſitate plus min⁹ ue denotant/ qd hoc loco p ea intelli/
gēdū ſit:uidere oportet:& an quæ in ꝓcurſore & Saluatore ſunt/eadē uocabula:eādem etiā ha
beant uim atq; efficaciā. ¶ Nec in p̄mo uerbo difficultas ad ſenſum lr̄alē uideẗ ulla : quomi/ C
nus ad corꝑis mēbrorūq; excreſcētiā & coaleſcentiā ꝑtineat. In ea qppe ꝑte cōis erat utriq; lex
naturæ:q̄uis eīn cōcept⁹ diſpar fuerit:cū tamē ueritatē carnis aſſumpſit deus : nihil in ea ꝑte a
cæteris differre ſe uelle m̄trisipſe idē oſtēdit/& uerbis & argumētis.Creuit igiẗ uterq; cæteroꝝ Chriſt⁹ habi
infantiū more.Et quidē ad iuſtā magnitudinē utrūq; creuiſſe cōiecturari poſſumus:ſed Salua/ tudīe corꝑis
ꝑs. xliiii torē ꝑſertim:de quo ſcriptum eſt.Specioſus forma præ filiis hoīnm:ita ut neq; magnitudine/ fuit perfectiſ
neq; paruitate nimia mēbroꝝ ulla in eo appareret corꝑoris difformitas: immo ad decorum de ſimus.
ſiderari poſſet nihil:illudq; ex uerbo hoc Euāgeliſtæ coniici pōt:eum/ſcilicet ſupra cōmunem
puerorum infirmiorū cōſuetudinem plus aliquid creuiſſe:nō quo cōuenientē modum(ut dixi/
mus)magnitudinis excederet : ſed quo præ cæteris aliquid ad ꝑfectā formā humanā haberet.
Quis enim dubitauerit illū/qui ab infantia ad uirilē ætatē ꝑuenerit/creuiſſe. Illud ergo expri
mere/ſupuacaneū fuerat:ſi non aliquid ſingulare in eo præ cæteris cūnotare Lucas uoluiſſet.
¶ Idēq; & de uerbo/cōfortabaẗ:qđ Euāgeliſta ſubiūgit/ i utroq; pariter ꝓcurſore.ſ.& Saluato D
re dici pōt:ut eādē habeat ſignificationē .ſ. in utroq; dū creſcerēt mēbra/ animi quoq; uigor/
roburq; creſceret:ita ut præ cæteris coætaneis ingenio & ſpū excellere uiderenẗ.Et ipſe ꝑſer/
tim Saluator:nō quidē increata uirtute:qua p̄ri æqualis erat:ſed creata atq; humana:quæ tn̄ ex
diuinæ ſubſtātiæ cōſortio atq; unione ad ſummū quātū ætas cape poterat:& uis humana cōple
cti/manifeſtabaẗ;ſicuti ex ſequētib⁹fiet manifeſtū.Confortari quippe & ad uires corꝑis/uita/ Confortari
Act.ix. leſq; ſpūs/& ad animi uigorē ꝑtinere pōt.De p̄mo intelligiẗ:qđ de Paulo in actib⁹ Apoſtolo/ qd ſignificet
rū legitur:& cū accepiſſet cibū cōfortat⁹eſt Scđm rurſus ad robur animi tam quod inferiora/
Deut.xxxi.& Ioſu.i. q̄ qđ ſuperiora ſpectat/referri pōt. Confortaẗ enim ſpūs hoīs ad rem fortiter gerentē:ſicuti
cū dr̄:Cōfortare & eſto robuſt⁹:uel cōfortamini & bellate:uel ad lætitiā & uitaliū partiū exci/
tationem & reſumēdū/augēdū ue uigorē animi cū triſtitia uel ægritudine cōſternata eſt natu/
i. Regū iiii. ralis uirt⁹:ſicuti de Iacob legiẗ:q̄ cū ægrotaret audito Ioſeph filii ſui aduētu cōfortat⁹ſedit in
lectulo.Hac rōne cōfortari dicunẗ q diuitiis affluunt:qa illorum poſſeſſione uſuq; & cogitatio
Ge. xlix ne efferunẗ animo:ſicut in Iob legitur:Quare(inquit)impii uiuūt ſubleuati ſunt/ cōfortatiq;
Iob. xxi diuitiis.Similiter & ad rem prudēter agendā : uel quid ſimile ad humanam prudentiam perti/
i. Eſdræ x. nens faciendum:quale eſt quod ad Eſdram dixerunt filii Iſrael:Surge & fac:tuum eſt diſcerne
re/confortare. Ad ſpirituales uero actiones optima eſt cōfortatio:de qua in Sapientia legitur:
Ecc.vii. Sapientia confortauit ſapientem:& hac Dauid confortatus legitur & Salomon filius eius.Cō/
i.Regū xxx. fortatus eſt(inquit ſcriptura)Dauid in domino deo ſuo.& de Salomone : Confortatus eſt Sa/
lomon in regno ſuo:& dominus erat cum eo.Hæc autem a ſuperiore eo differt;quo illa natura

li uirtute a deo miniſterio naturæ homini tributa haberi poteſt. Hæc uero abſq; ſpeciali eiꝰ gra
tia non poteſt. Propterea in pſal. dicitur: Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum. & ali/
E bi: Nimis confortatus eſt principatus eorum. ¶ De qualibet autem earum/quas prædiximꝰ/
confortatione intelligi uerba Euangelii poſſunt: corporis quidē robore atq; uigore ad huma/
nas res & ferendas & gerendas/tam præcurſor/q̃ Saluator ætate procedente confortabantur.
Sed & ad diuinam rem/ad quam deſtinati erant/prout etas patiebat᷑: fortes robuſtiq; fiebant:
adeo ut duodenis Saluator cum in medio doctorum diſputans a matre obiurgatus eſſet: ꝙ ea
& patre putatiuo inſciis ibi remāſiſſet: reſpondit: Neſciebatis quia in his/quæ patris mei ſunt/
oportet me eſſe. Et Ioannes ab adoleſcentia ad deſerti ſolitudinem ſe tranſtulit. ¶ Verum il
lud non eſt prætermittendum: ꝙ de præcurſore poſtea q̃ dixit Lucas: ꝙ confortabatur: ſubiecit
ſpiritu: quod in Saluatore non dixit. Ex eo enim fit manifeſtum: præcurſorē non ꝓprio ſed di/
uino ſpiritu ad tam ardua gerenda cōfortatum fuiſſe. Hunc autem Saluatorem ſuo ipſius hoc
eſt diuina uirtute: quæ humanæ fragilitati inſeparabiliter erat cōiuncta. Quod & in ſuperiori
bus pari ratione ab Euangeliſta ſeruatum oſtendimus: dum Angeli uerba de utriuſq; conce/
ptu loquentis retulit. De præcurſore quippe dicit: Erit enim magnus coram domino. De Sal/
F uatore uero hoc tm̄: hic erit magnus. ¶ Sed & quemadmodum ex ſubſequentibus Angeli
uerbis eo loco diuerſitatis ratio eſt oſtenſa: ſic & in hoc ex uerbis Euangeliſtæ: De Saluatore
Textus. quippe ſolo ſubdidit: PLENVS SAPIENTIA: & gratia dei erat in illo. Quæ uerba ſi de
alio quocunq; q̃ de incarnato uerbo dicerentur: eſſent admirationis plena. Qui enim fie/
ri poteſt: ut infirma ætate infans plenus ſit ſapiētia: quam habere ne ſenes quidem ita poſſunt:
ut pleni dicant᷑: immo nec ſemipleni: cum ſcriptum ſit: Omnis homo mēdax. Sed quæ haberi ꝓs. cxv.
humana ui pōt: in antiquis eſt: dicente ſcriptura: In antiquis eſt Sapientia. & alibi legitur: Qui Iob. xii.
multa didicit: narrabit intellectum: qui autem non eſt expertus pauca cognoſcet. Neq; tamen de Eccl'iaſti
illa ſapiētia hoc loco Lucas loquitur: quæ (ut iam diximus) increata eſt. Ipſe enim dei filius ſa/ ci. xxxiii
pientia eſt diuina. ſed de humana prorſus: quam tamē diuina adiuuabat atq; ſubminiſtrabat. Si
quidem oīs ſapientia uera/ſcilicet & perfecta a dn̄o deo eſt. Hanc igit᷑ huic homini/quē aſſum Eccl'iaſti
pſit/tam abūde dedit: q̃ humana ui cape poterat uerus homo. Illaq; ſicuti in ſequētibus dicet᷑: ci. i.
cum ætate uel augebat᷑ uel manifeſtabat᷑: ut plenus ſapientia (ꝓut ætas ipſa patiebat᷑) appare/
ret: humanamq; capacitatem ex aliorꝫ cōparatione excedere cerneret᷑. Nam & ſi de aliis hoc le
gat᷑: ut in re aliqua etiā mecanica pleni ſapientia a deo quoq; ipſo dicti ſint: & de Salomone ꝙ Exo. xx
cæteros ſapiētia mortales/puroſq; hoies cunctos anteceſſit. De nullo tamen ſcriptum puto: ꝙ xi. & iii.
in pueritia/multo aūt minus in infantia/plenus ſapiētia noīetur. ꝙ autem de infantili ſeu ꝓxi/ Reg. iii.
ma illi ætate loquat᷑: ex eo fit pſpicuum: ꝙ in ſequēti huius capitis parte/dum illum duodecim & vii.
annorꝫ fuiſſe cōmemorat: alia in hanc ſententiam uerba exprimit paulo his ampliora: ibiq; re
G liqua ad hunc quoq; locū ptinentia diſcutiemus attentius. ¶ Verꝫ qd᷑ in tex. noſtro ſtatim ſe/
Textus. quit᷑ ſupradictis maius eſt. ET GRATIA (inqt dei erat in illo. In illo. ſ. humano corpe gra
tia dei. i. totius trinitatis erat nō ſolū per unionē uerbi qui (ut non multo ante diximus) dei ſa/
pientia eſt/ſed ſpāli gr̄æ diuinæ infuſione: qua corpus illud aīatum a conceptu ſic pfuſum fuit:
Plus eſt deū ut addi potuerit poſtea nihil. Hoc quoq; eſt lōge pluris: q̃ qd᷑ de præcurſore in ſupioribus dicit
eē in hoīe q̃ Euāgeliſta. Etenim manus dn̄i erat cū illo: plus enim eſt dicere in illo q̃ cum illo. Propterea cū
cū eo. ꝓmum Mariā ſalutauit Gabriel dixit: Aue gr̄a plena dn̄s tecum. Poſtmodum cū de incarnatio
ne futura uerbi diuini illā admoneret: dixit: Spūs Sāctus ſuperueniet in te. Hæc enim interiorē
neſcio quam dei ad aīam cōnexionem exprimit. & licet his præpoſitionibꝰ diuina ſcriptura uta
tur ꝓmiſcue: ſicuti de Symeone dictū eſt paulo ante: ꝙ Spūs Sanctus erat in eo: ex uerborum
tn̄ proprietate aliud eſt rem unā alteri ineſſe: aliud cū ea eſſe. Prius eīm in ſubſtantia uel (ut phi
loſophi appellāt) ſubiecto p modū ꝓprietatis aut accidentis aliqd inſepabili quodam nexu affi
xum/inſertum ue/aut radicatū exprimit. Scd᷑m uero extra rē & ſubſtātiam mō aliquo ſociatū
uel cōiunctū. Et ꝓpterea Apl'is ſuis dicebat Saluator: Neſcitis quia ego in patre & pr̄ in me eſt. Io. xiiii.
H Alio aūt loco: Ego uobiſcū ſum. ¶ Hæc aūt uerba/quæ de Chriſto dicit Euangeliſta/q̃tuor in Matth.
eo pfectas partes exprimūt: quarū prima ad uegetatiuā aīam ptinere poſſunt. Scd᷑a ad ſenſiti/ xxviii.
uam Ad rōnalem tertia. Quarta uero abſq; cōtrouerſia ad diuinū munꝰ ac bn̄ficium: creſcere
quippe & plātæ dicunt᷑. Reſpicite (inqt Saluator) lilia agri qūo creſcūt. Cōfortari quoq; mēbra
non hoīum tn̄ uerūetiā cæterorꝫ aīalium tū dicimꝰ/cū robarant᷑/uigorēq; accipiunt: ſicut dr̄:
Cōfortent᷑ manus ur̄æ. & illud: Guſta pr̄is cibū & cōforta ſtomacū. & qd᷑ de Paulo iam dictum
eſt: ꝙ cū accepiſſet cibum cōfortatus eſt. Sapientiam aūt in parte rōnali eſſe/nemo ambigit.
¶ Pōt aūt & aliter intelligi: ut creſcere ad ptes ſenſitiuas/quibꝰ uegetatiuæ quoq; cōiūctæ ſūt/
ptineat.

ptineat.Cõfortari uero ad rõnalis animæ inferiorẽ motum/ſenſum/atq; uirtutẽ:& ſapiẽtia ad
ſuperiorem:quod in idem recidit. ¶ Hæc igitur in litterali ſenſu ad infantiam pertinẽt Salua/
toris.Quæ morali quoq; ſunt cõuenientiſſima:in proficiente quidem/pro quo præcurſorẽ po
nimus/uirtus ſcilicet naturalis a diuina excitata creſcit in bonis tum cogitationibus:tum ope/
ribus:ſicut dicit Paulus:Veritatem facientes in charitate creſcimus. & pnceps apoſtolo℞:Cre
Ad eph. iiii. ſcite uero in gratia & cognitiõe domini noſtri Ieſu Chriſti.Et ad hoc quoq; illud pertinet : qđ
ii.Pe. ul timo. in pſalmo legitur:Ibunt de uirtute in uirtutem.Confortari uero eſt:in ea ipſa gratia ꝓficiẽdo
roborari:atq; habitum cõſequi/ne decidamus:quin ad potiora mentem corpuſq; duremus:ſi/
cut ſcriptum eſt:Confortatæ ſunt manus eius ad bonum.& in pſal. Confirmatum eſt cor eius
Neæ.ii. non cõmouebitur:& rurſus Apoſtolus:Vt ambuletis digne deo per oĩa placentes in omni ope
ps.cxi. bono fructificantes & creſcentes in ſcientia dei:& in omni uirtute confortati . Ecce hic utrũq;
Ad col. i. ponitur & creſcere & confortari. ¶ Vel creſcere ad ea/quæ extrinſec⁹ ſunt/ptinet:cũ ad cor/
poralia ꝓprie referatur:& proinde ad opera charitatis exteriora/& uitæ munditiam ac purita/
tem in conſpectu hominum.Confortari autem cum ad interiorẽ animæ uim ſpectet/& ad ſpi
ritualia refertur:quibus ad deum conuerſus contemplatione/aſſiduaq; meditatione in ei⁹ gra
tia ſanctoq; propoſito roboratur:ſicut de Abraam dicitur:ꝙ confortatus eſt fide. & in his qui
dem exterioribus charitatis operibus tam proficientes q̃ perfectos oportet exercere ſeſe.
Ad Ro. iiii. ¶ Quod autem ſequitur: PLENVS ſapientia:ad perfectos tñ abſq; dubio ptinet.Hos ſiqui/ A
dem doctrina/prudentiaq; & ſpiritus rectitudine cæteros anteire conuenit:quæ ſunt ſapientiæ Textus.
partes De quibus ipſius ſapientiæ præco Salomon in omnibus (quos edidit) libris plura dixit/
ſpiritu ſancto & ipſe plenus:q̃ quæ humanus capere ualeat ſenſus. Quod uero poſtremo ſub
iungit̃: ET GRATIA dei erat in eo:q̃uis tam ad pœnitentes:q̃ ad proficientes referri poſſit: Textus.
quib⁹ abſq; dubio illa eſt neceſſaria:cum abſq; illa neq; fieri neq; cogitari boni aliqd poſſimus.
Gratia enim dei (inquit Apl's ſum id qđ ſum:uberiorem tamẽ ac exuberantẽ in Chriſto fuiſſe
per hæc exprimere uoluit ꝙ dixit : Et gratia dei erat in illo : & non cum illo:ut modo diceba/
i.ad cor. i. mus Item & ex alio:Ex prioribus namq; uerbis liquet: augere effectum:uimq; gratiæ ex uer
borum continuatione Euangeliſtam uoluiſſe. Plus enim eſt confortari q̃ creſcere/& plenum
eſſe ſapientia/q̃ confortari. Vnde & conſequens eſt ut cum gratiam dei in eo fuiſſe ad extre/
mum poſuerit:cæteris/quæ prædixerat/adiiciendum maius aliquid cenſuiſſe.Gratia igit̃ quã/
ta maxima in ea ætate perſpici poterat:in Chriſto cernebatur. Erat autem quanta ne cogitari
quidem ſicuti hæc:& ex prædictis nonnulla in præcedenti tractatu/dum de Symeõe ſermo ha
beretur latius aperuimus. ¶ Ad ſequentia igitur tranſeamus:quibus quæ per totum pueritiæ
tempus Chriſtũ geſſiſſe ſcriptura ſacri canonis teſtificatur:paucis admodum uerbis continẽ/
tur.Ait enim: CVM FACTVS ESSET Ieſus annorũ duodecim : & quæ ſequuntur.In qui Textus.
bus ſane uerbis multa/atq; maxima latent ad noſtram eruditionẽ ſalutaria documenta:ſingu De pueritia
læ ſane huius partis clauſulæ ſingula continent myſteria. Primo namq; loco ponitur Mariæ Saluatoris.
& Ioſeph laudabilis conſuetudo. Secundo ipſius Saluatoris a parentibus diſceſſus. Tertio
ipſorum parentum in filio perquirendo pia ſollicitudo. Quarto ipſius Saluatoris mirabilis
operatio. Quinto audientium admiratio. Sexto matris obiurgatio. Septimo filii reſpõſio.
Octauo parentum ignorantia. Nono filii erga parentes obſeruantia & humilitas. Decimo
matris contemplatio. Vndecimo filii in adoleſcentia profectus. Quæ ſingula ſi ex ordine ꝓſe
qui aniteremur:maximi laboris & ampliſſimi uoluminis opus eſſet.Præcedentium igitur tra
ctatuum prolixitate/magnitudineq; deterriti/& ad reliqua proſpicientes/in his paulo caſtiga
tiore calamo/reſtrictioreq; ſtilo procedemus. ¶ A primo itaq; initium facientes/ea præter/ B
mittemus quæ ad myſticum & moralem ſenſum ſacri tradunt doctores. Satiſq; erit ſumma/
tim ea recenſere:ut ab his uelut a fonte haurire ſitientes abunde poſſint.Per Ioſeph quippe &
Mariam/qui Chriſti parentes appellantur/illi repræſentantur:qui diuina mandata docent/&
qui obſeruãt:uel contemplatiui & actiui.Hi ſane ad templum domini affectu aſcẽdere debẽt:
bona opa/quæ filii ſunt bonarum mentiũ/ſecum portantes. Item & morale documentum da
tur ut uiri Chriſtiani & fideles ad templum dei ſeu (ut uulgo dicimus) Eccleſiam ſtatutis a ſan
ctis patribus cæteriſq; pontificibus diebus accedant : deoq; pia uota nõ ore tñ/ſed & corde red
dant ſicut dicit Propheta: Vota mea ad dominum reddam in conſpectu omnis populi eius:in
ps.cxv. atriis domus dei &c. Item ut non hoc tñ uiri & maiores faciant : ſed ut filios quoq; ab ipſa pue
ritia aſſueſcere curent. Admonentur inſuper qui Chriſti imitari uolũt ueſtigia:ut ab initio ſta
tim laborib⁹ ſeſe mancipent.Nihilq;/quod uires corporis ferre poſſint: pro dei obſequio præ/
termittant:cum & Ieſus ipſe in tam tenella ætate ſingulis quibuſq; feſtis maioribus/cum pa/

rentibus ad urbem Hieroſolimam/ & ad templum puer adhuc profectus perhibeatur: nõ qui/
dem iumento uectus: ſed ſuis ipſe pedibus. Si enim iumento uſus fuiſſet non tam longe ab ur/
be parẽtes ſine filio diſceſſiſſent: quin prius q̃ egreſſi eſſent/ aut iumẽto puerũ impoſuiſſent:
aut nõ inuẽtũ uel iumẽti eã reqſiuiſſent: hæc & his ſimilia ſacri doctores diffuſius attingũt: ſa
D craeq; ſcripturæ cõprobãt teſtimoniis. ¶ Ad ſenſum aũt noſtrũ: qui ꝑfectionis gradũ ſunt in/
greſſi: prius q̃ fortiora eius ſtatus Munia obeant: aſcendere in tẽplũ dieb⁹ feſtis cũ parẽtib⁹ de/
bent/ ideſt ad altitudinem cõtemplationis toto corporis atq; animi conatu cõſurgere. Idq; palã
eos facere & licet & decet: quo cæteris exẽplo eſſe poſſint: ſubditorũq; mẽtes uel ipſo ſacrorũ
myſteriorũ ſumma cũ deuotione celebratorũ/ aſpectu ad ſupna trahere: eãq; (ni fallor) ob cãm
Sacra ſolen/nia ñ ſũt ſin/gulis diebus ſed ſtatut̃ tã/tũ tpib⁹ exhi/benda. in ſacroſancta Eccleſia cõſuetudo inualuit haud improbanda: ut nõ frequẽter atq; aſſidue ꝑla
ti ſacra publice corã populo ſolẽni ritu pagant: ſed ſtatutis dũtaxat tpibus: quo ex raritate ma
ior & ad res & ad ꝑlatos ipſos habeat̃ reuerẽtia: ſintq; admirationi uulgo/ non ſicut ex aſſidui
tate nimia cõtingere ſolet/ cõtemptui: qd̃ & Chriſt⁹ ipſe maior quoq; fact⁹ ſeruaſſe legitur: q
ad ſanctam ciuitatem uix aliis q̃ feſtis diebus aſcẽdebat: ſeſeq; palã uniuerſo oſtẽdebat popu/ Lu. xxii & Io. v. vi. vii. & xiii.
lo: & ſermonib⁹/ miraculis/ exẽpliſq; ad ſui cognitionẽ/ admirationẽq; trahebat. Multo tamẽ
magis errant: q nunq̃ aut ꝑraro id faciũt. Aſſiduitas quippe per ſe bona qdem eſt: ſed per occa
ſionẽ opus nõ æque fructuoſum reddit. Raritas uero nimia/ aut totalis abſtinẽtia & legis cor/
rumpit mandatũ/ & populum tepidum/ ſegnẽq; efficit: & ꝑlatum ipm ſacrorũ oſtẽdit contem
ptorem eſſe. In utroq; igit̃ moderatio eſt adhibenda: parentũ Chriſti exẽplo: qui (ut Euãgeli/
ſta dicit) ibant ꝑ oẽs annos die ſolẽni paſchæ: non igitur quolibet die: aut alternatis annis: ſed
E ſingulo quoq; anno: & ipſo ſolenni die. ¶ Magna quoq; Ioſeph & Mariæ religio notat̃: q̃uis
enim nec mulieres/ nec pueri ad urbem Hieroſolimam ipſis etiam celebriorib⁹ feſtis legis de/
creto traherent̃: & regnãtis inſup Archelai hæreditarius in puerũ furor trepidationem timo
remq; deberet incutere: & oĩno pueri infirmior/ & minus apta peregrinationi ætas/ domi ma
nendũ cũ matre ipſa ſuaderẽt: periculis tamẽ & difficultatib⁹ ſpretis ſanctiſſima cõiunx uirum
ad feſtũ diẽ cũ chariſſimo puero comitabat̃: tãta erat in tã ſancta familia charitas/ aĩorũq; con
nexio. Nã & in bethleẽ utero grauis/ ſtatimq; paritura deſcriptiõis cã ꝓficiſcẽti uiro comes fuit
Coniugalis amor a deo ꝓbatur. amantiſſima cõiunx: & illã cum filio infante uir ipſe in Aegyptũ celeri fuga ꝑduxit: indeq; in
Galileam reuexit. Quib⁹ ſane exẽplis ad coniugũ amorem atq; obſequium cõiugati oẽs inui
tantur ꝑſertim uxores: qñ hæc regia uirgo/ dei mater/ & ſalutis humanæ radix/ uirũ ad obſe/
quium dũtaxat ſibi & filio datũ/ tãto affectu tãtaq; obſeruãtia coluit & dilexit: ut nullis ab eius
latere piculis/ nullis laboribus diſtrahi poſſet. Idq; & Apl̃s Paulus ad Epheſeos ſcribens/ am/
pliorib⁹ uerbis monet eſſe faciendũ. ¶ Q d̃ ſi egeſtatem tenueſq; utriuſq; facultates in cau/ Adeph. v.
ſa fuiſſe qs dixerit: cur una ſemp manerẽt: ne ex ſepatione creſceret ſumptus. Ad humilitatis
exemplũ Saluatoris hoc fuiſſe cõſiliũ fateamur oportet: ꝙ tanta pauptate laborãtes parentes
ſortiri uoluerit: q̃q̃ (qd̃ prius dixi) ad fidem ꝓpius eſt. ¶ Exemplũ tamẽ obeundi religionis cã
periculi Saluator ipſe poſtmodũ uir fact⁹ ꝓbuit: qui a diſcipulis de iudeoꝝ in ſuã pernicię con
iuratione ꝓmonitus: quomin⁹ ad diem ſolẽnem in Hieruſalem aſcẽderet: deterreri nõ potuit. Ioã. x.
Cuius exemplũ ſecutus poſtmodũ Paulus: cum a ꝓpheta laqueo collũ eius alligãte de futura Act. xxi
in illum Iudeoꝝ ꝑſecutione (ſi Hieroſolimã petiiſſet) admoneretur: nullis amicoꝝ precib⁹ re/
F tineri potuit: quominus ad diem feſtũ aſcenderet. & hoc ad hanc particulã ſatis: quãdoquidem
in ꝓcedentib⁹ multa ad eã ꝑtinentia fuerint dicta. ¶ Porro ſc̃da nõnihil habere uidet̃ ad litte
ralem ſenſum difficultatis. Quo enim pacto tã charũ filiũ tam pia mr̃: & tam officioſus: tamq;
ſedulus nutricius in urbe reliquerunt: & integro die iter ab urbe emẽſi eius aſpectu carere po/
tuerũt. Et rurſum quo pacto in comitatu illum exiſtimabãt cõciuium aut cõprouincialiũ eſſe:
ſi ab urbe diſcedẽtes illũ non uiderãt: & cæteris coætaneis pueris nõ ſociauerãt. Nonne inſup:
ne quid illi deforet: etiam alioꝝ turbæ ĩmixto in ipſo urbis egreſſu inſpicere illos oportebat.
ꝙ ſi fecerãt: ipſeq; eorum iuſſu (ut erat illis obſequẽtiſſimus) iter cum reliquis erat ingreſſus:
quo pacto illis inſciis in urbẽ redierat: ut illos graui afficeret moleſtia: q̃q̃ ex Euãgelii uerbis
nõ exiiſſe illũ urbe: ſed remanſiſſe uideamus. Et ꝓinde parentũ inexcuſabilis uidet̃ incuria.
Sed & ſi ad diluendã eam qſq; dixerit: tm̃ ſe illius ſapientiæ tribuiſſe: utpote/ quem diuino ſpũ
plenũ intelligebãt/ ut ſollicitudinẽ cõfidentia tollere debuerit: cur eo nõ inuento: tãta repen/
G te illo ſubiit anxietas: ut palam & in medio doctorũ ſedentẽ arguerẽt: ꝙ eos tali mœrore labo/
req; afflixiſſet. ¶ Hæc ſane piis & ab oĩ ſæcularium rerũ cogitatione abſtractis mẽtib⁹ pluri/
ma prætendũt myſteria cõtemplationis & teneritudinis plena. Quæ ut breui ꝑſtringam⁹ com
pendio: ad hyſtoriæ ueritatem pro ſupradictoꝝ: infraq; dicendorũ clariori intelligẽtia hoc ia/
ciendum

ciendũ putam⁹ fundamentũ. ¶ Mariã Chriſti matrẽ: & ſi ab æterno: atq; ante oĩa ſæcula præ A
mortalibus cũctis a ſũmo deo ſelecta ſit ab omniq; culpæ reatu ſeruata imunis: quippe cui in Mariæ perfe
inſtãti cõceptionis: & in ipſa aĩæ infuſione diuinæ grãæ / quã creatura cape poterat collata ſit ple ctio ſecundũ
nitudo: ita ut nihil ea in cælo aut in terra pter Chriſtũ ipm fuerit: eſſe ue in futurum poſſit pu grãm & ĩpfe
rius / ſanctius / pfectius / excellẽtius diuinius: hominẽ tñ illã dum in carne uixit / nõ deũ aut An ctio ſcd̃m na
gelum fuiſſe nemo it inficias: & ob id infirmitati carnis obnoxiã: cui ſe quoq; Chriſt⁹ ipſe ſub / turam.
didiſſe plurimis / maximisq; experimẽtis oſtẽdit. Sed & diuina cõſilia non ita Mariæ manifeſta
fuiſſe crediderim: ut nõ (quæ ad fidei & charitatis pfectionẽ neceſſaria nõ fuerãt) ei ad tp̃s ab /
ſcõdita fuiſſe putem: & ne ex eoꝝ quidẽ (quæ reuelãda illi deus cenſuit) notitia tñ illi roboris
cõſtantiæq; tributũ: ut carnales pimerent prorſus affectus. Mixta igitur cũ grãæ plenitudine in
illa beatiſſima uirgine fuit humana fragilitas: quæ & ignorãtiã / & timorem / & affectũ / quibus
abſq; ulla culpa infirmior mens humana reddit᷑ / neceſſitate q̃dã naturæ cõtraxit. Eoq; cõſilio a
diuina Sapiẽtia ita factum eſſe credi põt: quẽadmodũ & in ſupiorib⁹ dictum eſt / ne tñ carnali
matri ex iure ſanguinis & naturæ tribuiſſe homines putarent: ut nõ tantũdem cæteri mortales
fidei & charitatis feruore cõſequi poſſent. Neq; enim illi Eccleſiæ curã cõmiſit / neq; dæmonũ
eiectionẽ / morboꝝ ſanationẽ / ſacroꝝ adminiſtrationẽ / pdicandiq; / & pmulgandæ nouæ legis
autoritatẽ cõceſſit. Sed neq; miraculum ullum in ſacro canone illam feciſſe legit᷑: pter illud qd̃
oĩa longe excedit miracula / q uirgo deũ & hoĩem concepit ac peperit. ¶ Ad hãc igit᷑ naturæ B
impfectionem ptinet: qd̃ primo Gabrieli rñdit: Quomodo fiet iſtud. Et hoc qd̃ hic dr̃ putaſſe
illã puerum eſſe in comitatu: & qd̃ paulo infra ſubiungit᷑: & ipſi nõ intellexerũt: ex quib⁹ igno
rãtia euidẽter arguitur. Sed & illud qd̃ ipſa / quẽadmodũ & Ioſeph / mirabãtur: de his quæ a Sy
meone & Anna de Ieſu dicebantur / eo ſpectare uidet᷑. Quãobrem ſi qd errore humano ab ea
cõmiſſum / omiſſum ue legimus: non eſt q tãtope miremur. Sed & ſi abſq; nllo errore / affectu
materno de ſalute pueri plus ſollicita fuerit: q̃ diuinæ diſpoſitionis / quã non ignorabat / rõ ex /
poſtulabat: dum ad ipſius dei arbitriũ oĩa retulerit: quis eam ob id minus pfectã iudicet / niſi q
& Chriſtũ ipm infirmitatis & ſecordiæ arguẽdũ putet / q acerbæ paſſiõis horrore deterrit⁹ ca /
Matth. licem illum: ſi patri placeret / a ſe transferri poſtulauit. Cum itaq; pia mater iuxta crucẽ pendẽ
xxvi. tis filii ſtans illum & clauis affigi uidit / & felle atq; aceto potari / & a circũſtantib⁹ irrideri / & po
Marci ſtremo a milite lancea transfodi: qs eſt qui non illius ſanctiſſimã aĩam (qd̃ Symeon pdixerat)
xiiii. & dolore incredibili transfixã / cõſternatãq; fuiſſe credat: q̃uis eo pacto ſaluti totius humani ge /
Lu. xi. neris cõſulendũ ipſa pſciuiſſet: & poſt triduum reſurrecturũ filium: atq; ita in gloriã ſuã ad pa
trem cũ glorificato corpore rediturum certa fide / ſpeq; teneret. Hoc & in ſanctiſſimis dei ſer / C
uis Moyſe & Helya / Hyeremia / Dauid / cæteriſq; pphetis: hoc & in Apl̃is poſt ſuſceptũ in die
ſancto Pẽthecoſtes diuinæ grãæ plenitudine fit pſpicuum: qbus cũ altiſſima ſecretiſſimaq; my
ſteria reuelaret: celabat tamẽ longe minora / & naturali uirtute agere pmittebat: quã neq; deſe
Ad gal. rebat prorſus: neq; adiuuabat penit⁹: ſed ad tp̃s maioris lucis retrahebat radios: ſicuti ſolẽ ad
ii. lunam facere uidemus: ita ut interdũ de his / quæ ad fidem ptinebãt / diuerſa ſentirẽt: atq; inter
Act. xi. ſe nõ æmulatione ſed fidei zelo diſſiderẽt / atq; contẽderent. Fieri itaq; potuit: ut Maria hoc lo /
& xv. co prudentiæ filii / quã diuinã eſſe ſciebat / tñ tribueret: ut pro humanæ cõditionis ratione mi /
nus ac par erat: adhibuerit erga filiũ diligentiæ atq; cuſtodiæ. Rurſumq; ubi apud notos & co /
gnatos nõ fuit inuent⁹ / materno affectu / naturaliq; pietate ita eius uiſcera cõmota: ut de illius
ſalute ſollicita uereri cepit: ne qd illi cõtigiſſet aduerſi: quẽ tñ nõ ignorabat nihil niſi ſua ſpõ
te pati poſſe: nulloq; humano illi adiutorio opus eſſe. Eoq; pacto humano ſenſu cũ humana ra
tione / diuina etiã gratia illuſtrata cõtendente / nec de filii ſalute penit⁹ dubitaſſe nec plane de
illius incolumitate fuiſſe ſecurã. ¶ Verum qcquid in re fuerit totũ diuino conſilio factũ / ne / D
mo dubitabit. Quippe has manifeſtationis ſuæ pmitias ſumma cũ rõne ptuliſſe illum credere
Mat. x. oportet: ſine cuius nutu ne arboris qdem foliũ decidit: nec capillus capitis noſtri mouetur. In
Lu. xi. hoc itaq; facto multa & allegorice & tropologice ſignantur myſteria: quoꝝ quæ a ſacris do /
ctoribus prænotata inuenimus: iuxta ordinẽ noſtrũ ſub compẽdio pcurremus: & quæ inſuper
noſtræ mẽtis oculis obuerſabunt᷑: ſuccincte quoq; pſtringemus. ¶ Et in pmis ætatis tp̃s non / Nũeri duo /
nulli notant / atq; iccirco in anno ætatis duodecimo cœpiſſe oſtẽdere uirtutẽ: ut in illo annorũ denarii ſigni
numero / duodecimũ Apl̃oꝝ chorum pnotaret: quoꝝ organo uniuerſo mũdo diuina eius uir / ficatio.
tus atq; clemẽtia poſtmodũ fuit manifeſtata: & ad hunc duodenariũ numerum multa ex ſacræ
ſcripturæ canone teſtimonia pferri poſſent: atq; ad hũc ſenſum accõmodari. Maximã eñ perfe
ctionem in hoc numero demõſtrari hæc pcipue oſtendũt. Annus ſiquidem totus in duodecim
menſes eſt diuiſus: & in totidẽ horas dies: noxq; (ut ſupra oſtẽdim⁹. Sed omiſſis his & id genus

pleriſqꝫ aliis/ad nūerū ꝑſonarū duodenari⁹ ex utriuſqꝫ teſtamēti exēplis uidet̃ accōmodatiſſi/ Ge. xv.
mus/ꝑfectiſſimuſqꝫ duodecim eñ pr̃iarchas/ex qb⁹ duodecim trib⁹ manarūt legim⁹. Itē iuſſit &.xlii.
dñs ex iiſdē tribub⁹/duodecim uiros eligi:q arcā ſanctā portarēt. Salomō quoqꝫ duodecim ꝑfe Exo. xx
ctos ſuper oēm Iſrael cōſtituit. Duodecim inſuper extāt in ueteri teſtō ꝓphetaꝝ uolumina:& iiii.
Chriſtus duodecim Aplos elegit. Coronā quoqꝫ mulieris illius excelſæ/quam in figura Eccliæ Ioſuæ
men.& alio loco: Videmꝰ Ieſum ppter paſſionē mortis gloria & honore coronatum:ut gratia
dei pro oībus guſtaret mortē. Quæ ſane oīa & his ſilia/qui contra ſentiūt/ſic intelligenda di/ Ad heb. ii.
cunt:Chriſtum qdem ppter pmiſſa gloriā meruiſſe:ſed nō magis cū ea ptulit:q̄ cum ea ferēda
& puidit/& decreuit. Quicqd aūt per oēm ætatē mereri potuit:nō ſibi ſed nobis meruiſſe:eoq;
ptinere:qđ Apoſtolus de eo ſcripſit/dicens: Qui in diebꝰ carnis ſuæ pces ſupplicationeſq; ad Ad heb. v.
eum/qui poſſet eū ſaluum facere a morte/cū clamore ualido & lachrimis offerens exauditꝰ eſt
pro ſua reuerētia. Nihil enim in cruce pendēs a pře petiit efficacius:q̄ ut delinquētibꝰ ignoſce/
ret. Sibi autem ipſi hæc merita ſi abiicere quicq̄ ad primū & ſummū illud (qđ pdiximus) pmiū
potuerunt/ad corpis glorificationē dūtaxat ptinere:aīæ uero ex his ad maiorem gloriam acceſ
ſiſſe penitꝰ nihil:qn deum oīum pſcium/ hæc ipſa merita ab æterno puidētē/ ſumma iā illi aīæ
pmia deſtinaſſe:& cum illā poſtmodū creauit confirmaſſe:eoq; ptinere:qđ in pdicto pſalmo ui
geſimo dř: Quoniā puenisti eū in benedictionibꝰ.& rurſus illud: Intellexiſti cogitatiōes meas Pſalmo
de longe/ ſemitas meas/ & funiculū meū inueſtigaſti:& oēs uias meas puidiſti. Et ita quidē atq; cxxxviii
in tantū hæc uera eſſe:ut ex ſubſequētium opeꝝ/ quæ merita dicimus/ exhibitione accedere il Pſalmo
li nihil potuerit:noui/ maioris ue meriti. Quod quidē & de Maria eiꝰ matre multi affirmāt: cxlviii.
quēadmodū in ſupioribꝰ quoq; a nobis eſt tactū. ⁋ In tanta igitur difficultate q̄uis temere ali
G Reſolutio queſtionis. quid diffinire ſit periculoſiſſimū:nō pōt tamē inter tot tāq; urgentes utrinq; rōnes/ atq; aucto/
ritates de ueritate fidei periclitari:ubi pſertim in utranq; ptē grauiſſimi cōcurrunt autores.
⁋ Salua igitur pbabiliori opinione : ita nobis diſtinguendū pro huiꝰ qōnis deciſione uidetur.
Primū iſtud ſi ex parte pmæ cauſæ/quæ deus eſt/ cōſideremus: nulla Chriſti/ ſicuti nec aliorū
pdeſtinatoꝝ/merita/ beatitudinē/æternā pmereri cōdigne potuiſſe:ſed diuinæ bōitati (ut pau
lo ante:& alibi diffuſius diximus) tribui omnia debere. Quod equidē de Chriſto ſicuti & de
cæteris/ ſentiendū eſſe Ioannes oſtēdit:dū dicit:Nō eñ ad menſurā dat deus grām/ ſcilicet ipſi Io.iii.
filio uti creaturæ:deinde ſubiungit. Pater enim diligit filium & oīa dedit in manu eius/ per qđ
nimirū oſtendere uoluit přis charitatē/ qua filium diligit/ nō filii ex humanitatis rōne merita/
cām huius grāæ plenitudinis extitiſſe. ⁋ Si uero merita ipa uti cām conſequentē accipiamus/
ſine qua deus ipſe hæc pmia nō erat largiturus/ difficultas tota in his duobus uerſatur. pmū/
an in ipſius aīæ infuſione Chriſtus hæc omnia merita pfecte adeo conſumauerit:ut ex ſubſe/
quentibꝰ opationibus per omne mortalis uitæ tp̄s mereri amplius nihil potuerit.& rurſus/an
illi aīæ/cui ab ipſo cōceptionis inſtāti diuinū uerbū inſepabiliter unitū fuit/ accedere aliqd ex
nouis meritis potuerit beatitudinis/ & gloriæ. Ad noſtrā quippe glorificationē & beatitudinē
comparandam

Io.iii. comparádam hæc merita ꝓfuiſſe/oēs cōſentiūt:quippe quæ ob eā maxime cām interuenerunt:
ſicut idem ipſe Chriſt⁹ teſtat̄ dicens. Exalrari oportet filiū hois.ſ.in cruce:ut ōis qui credit in
ipſm/nō pereat:ſed habeat uitā æternā Sic enim deus dilexit mundū:ut oīs/qui credit in eum/
Ad gal. non pereat:ſed habeat uitā æternā.& Apl'ſ:Miſit deus filiū ſuum factū de muliere:factum ſub
iiii. lege:ut eos/qui ſub lege erāt/redimeret:& adoptionē filioꝝ recipemus. & rurſus:Fact⁹ eſt no
i.ad co/ bis ſapientia uſq; & iuſtitia & redēptio:& iteꝝ:in quo habem⁹ redemptionem per ſanguinem
rin.i. eius & pleraq; id genus. ¶ Quod ad primū igitur attinet:iam ſatis ex ſupioris articuli deciſio A
Adeph. ne claruiſſe putam⁹:hæc ſubſequētia merita habitū quidē uirtutis/q̄tenus in cognitione & uo/
i. lunrate cōſtat/nouā formā ex ipſoꝝ meritoꝝ/actionūq; poſteriorum exhibitione nō accepiſ/
ſe. Verum q̄tenus ex actuum frequētatione cōfirmari mens bene inſtituta pōt.& rurſum qua/
tenus plus eſt aliqd actu exequi:q̄ in mēte ꝓponere:& deniq; q̄tenus ad earū rerum/quæ in ope
ratione magis:q̄ in ſpeculatione conſiſtūt/cognitionē cōferre pōt expientia/eaten⁹ uirtutes in
Chriſto augumētū atq; incremētū ſuſcepiſſe:cui cōſequēs eſt:ut & eius merito fateamur factā
eſſe acceſſionē/eāq;/quā ab inſtāti creationis aīa eius ſuſceperat/ꝑfectionē eo ptinere:ut erra/
Eſaiæ re aut labi in uiatoris ſtatu nō poſſet.Poſſet aūt mœreri & non quēadmodū cæteri oēs uiatores
lxiii. tm̄:ſed plus ſimul oīb⁹ ſolus:ſicut ſcriptū eſt:torcular.ſ mortis/calcaui ſolus:& de gentib⁹ non
eſt uir mecum:qa.ſ.totū humanū gen⁹ ad hoc nihil cōferre potuiſſet. ¶ Sed an & gloriæ beati B
tudiniſq; accreuiſſe quicq̄ illi dici poſſit:tota uerſat̄ difficultas. Etenim hæ/q̄s ſupra retulim⁹/
Dauid Chriſti/& Pauli/auctoritates/hanc interprætationē cōgrue nō admittūt : ut.ſ dicam⁹/
hæc Chriſti merita cæteris/nō ſibiipſi ꝓfuiſſe:cū apte dicant : ꝓpterea illum intraſſe in gloriā
ſuam/& a deo fuiſſe exaltatū. ¶ Cæterum hoc aſſerentes alio rurſus euadūt:ut dicāt/non ad
aīæ/ſed corpis dūtaxat ꝑfectionē aut glorificationem ea cōtuliſſe:quippe qd̄ ex mortali factū
eſt īmortale/ex paſſibili/impaſſibile ex carneo &(ut ita dicā)rerreſtri/ponderoſo/opaco/den
ſo/aereū/agile/luminoſum/ſubtile/& deniq; plurimas per reſurrectionem ſuſcepiſſe dotes:q̄
ſi nō æquali ꝑfectione/pari tm̄ mō/cæteris quoq; ſuſcitatis beatoꝝ corporib⁹ erunt cōes:cū di
Adeph. cat Apoſtolus ꝙ reſurgem⁹:in plenitudinē ætatis Chriſti/& alibi:Saluatorem expectam⁹ dn̄m
iiii. noſtrū Ieſum Chriſtū:qui reformabit corpus humilitatis nr̄æ/cōfiguratū corpi claritatis ſuæ.
Ad phi. ¶ Verū ſi hoc corpi tribuunt:cur nō & aīæ:quā ipſi corpi ſenſum oēm/motūq; ꝑſtare:haud eſt
iii. ambiguū:neq; abſq; illa ipſi corpi etiā ſuſcitato hæ darent̄ dotes.Cū igit̄ impaſſibile factū di/
cimus/aut immortale:nōne ad aīam ptinet quæ ſenſus ꝑbet paſſionis capaces : alioqui tū uere
impaſſibile factū eſt:cum ab aīa eſt derelictū.Han cigitur meritoꝝ mercedē nontā corpi:q̄ aīæ
tributā liquet. ¶ Inſuper cū auctoritates ꝑdictæ affirmēt Chriſtum ꝓpterea ꝙ paſſus eſt:exal C
tatū/glorificatū/ & coronatū fuiſſe.Quæro primū an corpus ſolū Chriſt⁹ dici poſſit.Rurſum
an illud ſolum ſit paſſum:& deniq; an ea beatitudinis/& hæc paſſionis accidētia illi ſoli conue
niant/& nō magis aīæ/aut oīno aīato corpi:nonne inſup ex uiatoris ꝑſona Chriſt⁹ ipſe animā
Lucæ patri moribūdus cōmendauit dicens:Pater in manus tuas cōmendo ſpūm meum. Ad quam uo
xxiii. cem ptinere cōgruum uidet̄:qd̄ Apl'm ſupra retulimus dixiſſe:ꝙ dum clamore ualido cum la/
chrimis deū oraſſet:meruit a pr̄e exaudiri pro ſua reuerentia : quā.ſ.in oī uita ſua:ſed tum ꝑci/
Lu.xxii pue/exhibuerat patri.Conſtat enim tum uoce magna ad patrē exclamaſſe.& rurſus uerba Pau
li in eo cōueniunt:dum dicit:ꝑces ad eum fudiſſe:qui poſſet illum ſaluum facere a morte:quaſi
ad animæ ſalutē atq; glorificationem obtinēdam ptinerēt:non ꝙ de illa eſſet dubius:ſed ex ſer
ui perſona:tum ad ſuā ipſius humilitatē demonſtrandā:tum uero ad noſtram eruditionem ab
æterno pr̄e petere uoluit:ut quæ pro ſalute nr̄a perpeſſus erat:illi forent accepta. ¶ Prætefea
qd ſibi uult ille tant⁹ cæleſtiū ciuiū applauſus:quē in Chriſti aſcēſiōe ꝓphetæ futurū cecinerūt. D
ꝑs. lxvii Ait enim Dauid:Pſallite dn̄o qui aſcendit ſup cælum celoꝝ.& in perſona eiuſdem Saluatoris
ꝑs.lxxii alibi ad patrem loquētis canit:Tenuiſti(inquit)manū dexteram meā/& in uolūtate tua dedu
xiſti me/& cum gloria ſuſcepiſti me Ioannes quoq; in reuelatione ſua nō modo Angelos cæ/
Apocal. leſteſq; ſpūs:ſed & patriarchas/cæteroſq; beatos introduxit/ Chriſto uelut triumphāti cōgra
iiii.v. ix tulantes atq; applaudentes:uariaſq; laudes decātantes ob deuictam mortē:proſtrataſq; in ſuo
& xxi. ſanguine inferias poteſtates.Et deus ipſe pater oīpotens/dū illum ad ſuā dexterā collocauit:
Pſalmo ait:Sede(inquit)a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.
cxcix. ¶ Ex his itaq; & eiuſcemodi aliis plurimis auctoritatib⁹ liquet Chriſtū ob hæc tanta ſua in car
ne merita/glorioſum in carne īmortali/corpeq; omni ex pte luminoſo & in aīa inſup impaſſi E
bili & rediuiua ex uirtute uniti uerbi ſurrexiſſe:ab ipſoq; æterno deo cū totius cæleſtis militiæ
incredibili lætitia/applauſu/tripudio/iubilationeq; ſuſceptū fuiſſe/& ad dexterā eius colloca
tū/ideſt in potiorib⁹ bonis ipſi⁹ diuinitatis:ita ut tota ſimul trinitas pleniſſime/ꝑfectiſſimeq;

ſeſe illi cognoſcendā/fruendāq; & poſſidendā ꝓbuerit. Alio/& quidē (ni fallor) ſi nō perfectio/
F ri/ampliori tamen modo: q̄ in carne mortali agenti illi ſe patefeciſſet. ¶ Porro huic opinio/
ni illud dūtaxat aduerſari uidet̄: qđ ſupra in partem alteram retulimus: aīæ. ſ. Chriſti ex unio
ne/fruitioneq; diuini uerbi tantū gratiæ ac gloriæ cōceſſum ab initio ſuæ creationis fuiſſe: q̄tū
nec merito aliquo cōparare humana uis poſſet: proindeq; nō magis ex his meritis beatitudinis
acceſſum: q̄ ſoli ex lucernæ lumine: ſicuti in Apocalipſi dicit̄: ꝙ cui lucerna eſt agn⁹: nullo alio Apoca.
lumine opus eſt. ¶ Verū quantū in talib⁹ allucinari/potius q̄ intelligere mens humana pōt: xxii.
hoc in primis rñderi poſſe uidet̄. Plenitudinē p̄mii antecedentē/meritoꝝ ſubſequētiū nomē/
fructūq; non auferre. Finge enim Regē aliquē filiū adhuc infantē regni ſucceſſorē deſignaſſe/
tum ob paternā in eū charitatē: tū ob ſpem futuræ in eo probitatis: ipſum uero filium uirū fa
ctū oīa pietatis gratitudinis & probitatis opera patri/patriæq; impendiſſe atq; edidiſſe. nunqd
ex eo ꝙ amplius illi ꝓſtare nihil poteſt pater: tantis meritis merces nulla ſuperit. Profecto li/
cet ad regni ſucceſſionē/quæ ſūma eſſe poterat meritoꝝ qualiūcunq; retributio/nihil iſta con
tulerint. Ad filii tamē apud hoīes gloriā/cōmendationēq;/& apud patrē gratiā maiorē cōparā/
dam/profeciſſe nemo negabit. Sed & ipſi quoq; filio ex recte ꝓbeq; geſtarū rerū conſcientia/
& recordatione ſūma atq; icredibilis/ꝑter regni gloriā/accedet lætitia. Ita quoq; & hoc loco di
ci poſſe uidet̄: tāetſi humanarū rerū ad diuinas: cōparatio nulla fieri recte poſſit. ¶ Quod ſi
G neq; hoc pacto ſublatam eſſe difficultatem quiſq̄ contendat: dici uel hoc pōt: diuinam quidem
ſapiam aīam iſtā/quā corpi humano/nō cōi naturæ lege: ſed ſingulari arcanoq; myſterio ſta/
tuto tp̄e infunderet/ꝑdeſtinaſſe: in eaq; & corpore ſimul illi coniūcto/ſedē ſibi & māſionē in/
effabili quodā impceptibiliq; ſacramēto delegiſſe: ita ut cū ea non ad tp̄s: ſed in perpetuū/non
ad menſurā ſed ſupabundāter & effuſiſſime/nō per acceptationē & adoptionem; ſed per natu
rā diuinū uerbū illi uniretur: fieretq; in eade Chriſti perſona diuinæ atq; humanæ naturæ co
pulatio & unio perpetua/manētib⁹ tamē utriq; naturæ ꝓpriis iuribus: uiribuſq;: diuinæ. ſ. æter
nitate/oīpotentia/immutabilitate/impaſſibilitate/& deniq; pfectionib⁹ oībus: quæ negatione
impfectionis: q̄ pfectionis poſitione facilius exprími poſſunt: q̄q̄ neutro modo ſatis: humanæ
uero fragilitate/inſtabilitate/paſſibilitate/& deniq; mortis neceſſitate: indeq; euenire: ut cum
nullam mutationē/alterationē/paſſionē ue aut moleſtiā diuina pati natura poſſit: Sola huma/
na oībus dolorib⁹/anxietatibus/miſeriis atq; infirmitatib⁹ maneat obnoxia. Quibus (ut ſæpe
diximus) & humanæ cōditionis ueritas manifeſtari poterat: & ipſe ut uiator aliqd promereri.
Verūtamen ne quid illi ex humana fragilitate accidere poſſet: qđ diuinæ ſocietati eſſet aduer/
ſum: aīam illā ſic ſua claritate diuinū uerbū dum eā corpuſq; aſſumpſit/illuſtrauit/atq; ſancti
ficauit: ut nihil neq; facere/neq; cogitare potuerit/quod diuinæ repugnaret uoluntati. Quin/
immo econtra ad oīa/quæ fieri a creatura in creatoris laudē & gloriā/atq; obſequiū & gratiā
poterāt/ſeſe ab initio ſtatim ſuæ creationis deuouerit. Quoq; id facere maiore uirtute poſſet:
cognitio rerū oīum cæleſtiū terreſtriūq; immo & ipſius diuinitatis tanta illi data eſt: q̄ta crea/
turā ullam capere ex diuina indulgentia erat poſſibile: infinitam enim finita nō capiebat.
H ¶ Cæterū quo in ſtatu uiatorū oīa obire munia poſſet/qbus beatitudinis æternæ p̄mia cæteri
hoīes ꝓmerentur/nō modo corpus/uerū aīam ipſam illi coniunctā cōi hoīum naturæ pmiſit:
cunctis (ut diximus) infirmitatib⁹ humanis idoneā. Corpus quidem/& ſenſitiuas aīæ partes: ut
eas ipſas infirmitates ferre poſſet: rōnalē uero portionē ut uellet. Quæ uero illi cōiuncta erat
diuinitas/quū ꝓbari terribilibus qbuſq; doloribus & anxietatib⁹ humanas partes decreuiſſet:
quo magis ex illoꝝ tolerantia uel nobis/uel etiā ſibi æterna p̄mia deberent/ad fortiter omnia
ferenda/ſapiēterq; & pie gerēda illi nunq̄ defuiſſe: ſed aſſidue cōtinēterq; aſtitiſſe: beatitudinis
aūt pfectæ cōſumatæq; uel (ſi magis ita loqui placet) integre/p̄mia in tp̄s cōſumati agonis di/
ſtuliſſe. Et ꝑinde clarā & aptam uiſionē ſuæ diuinitatis/quā prius in ſtatu uiatoris: quantū ſta/
tus ipſe patiebatur/habuerat/ſuperata morte alio/ſi nō pfectiori/ſaltē ampliori mō ꝓbuiſſe:
ita ut tum demū plenā & omni ex parte cōſumatā & integrā fœlicitatē fuerit aſſecut⁹: cū glo/
rificato corpori ſociata aīa ad cæli celſitudinē eſt euecta. In præparatoq; ab æterno illi throno
I cum triumpho (ut ante diximus) collocata. ¶ Quæ quidē oīa & ſi in uerbo iam ab initio fu/
tura præuidiſſet: non idē tamē fuit fruitionis utroq; tp̄e modus. Alioqui ſi apta uiſione/perfe/
ctaq; fruitione aīa ipſa mortali corpori iuncta integre atq; in oībus ſuis: tum potentiis: tum ſen
ſibus potita eſſet: quo pacto dixiſſet: ut quid dereliquiſti me. Quo item pacto dolere/flere/tri
ſtari/pauereq; potuiſſet. Quippe diuinā eſſentiā aperte cernēti ſomnia hæc uiſa fuiſſent: ſicut
dicit Apoſtolus: exiſtimo oīa eſſe detrimenta ꝓpter eminētē ſciam Ieſu Chriſti dñi mei: ꝓpter Ad eph.
quem omne detrimētū feci/& arbitror ut ſtercus: ut Chriſtū lucrifaciā: quin potius gaudiū in iii.
rationali

rationali aĩæ partẽ talia tormenta attuliſſent:quẽadmodũ & Stephano contigit/& ſanctis ple
riſq;:immo & gẽtiles quoſdã etiã infimæ/ſeruiliſq; cõditionis hoies ſpe humanæ gloriæ ꝓpoſi
Act.v. ta in crudeliſſimis tormẽtis riſiſſe/& exultaſſe memoriæ ꝓditũ eſt:& in actib⁹ Aploꝝ legitur:
q̃ ibãt gaudentes a cõſpectu cõſilii/quia digni habiti ſunt pro noie Ieſu cõtumeliam pati.
¶ Cæterũ ſi cui ꝓbabilius dicendũ eſſe uidet̃:nullã oĩno poſt reſurrectionẽ aĩæ Chriſti gloriæ A
acceſſionẽ eſſe factã:in re tã ardua nõ cõtendemus. Sed ad hãc tandẽ mediã ſententiã deueniri
oportere arbitramur:ut eſſentialẽ quidẽ beatitudinẽ unio uerbi ab initio perfecte abſoluteq;
ꝑſtiterit aĩæ Saluatoris. Neq; ex prædictis ſenſitiuæ atq; rationalis portionis paſſionib⁹ detra/
ctũ/diminutũ ue ab hac beatitudine quicq̃ fuiſſe:Acceſſiſſe tamẽ illi cũ nouis meritis aut præ
Lu.xv. miis nouã aliquã iucunditatẽ & lætitiã:quemadmodũ & de Angelis dicimus: q̃ gaudiũ eſt illis
Io.xi. ſup uno pctõre pniam agẽte.& de ſeipſo idẽ Saluator dixit:Gaudeo ꝓpter uos.immo & apud
hoies/cæleſteſq; ſpiritus/gloriã applauſum/& exultationẽ auctam eſſe uniuerſa cõteſtat̃ Ec/
cleſia/nouiſq; in tantoꝝ myſteriorũ cõmemoratione per annos ſingulos exultat iubilis:lon/
geq; maioribus exultare cælicolas pie credit. Idq; uel ea potiſſimũ ratione defendi poteſt:q̃ ad
beatitudinis eſſentiã gaudiũ iſtud uel ſuperueniẽs exterius gloria/nihil adiicit:quippe quæ in
perfecta dei cognitione/dilectioneq; tota conſiſtit:quã neq; in ſenſitiua/aut etiã rationali ani/
mæ portione,dolor minuere:neq; ſuperueniens impaſſibilitas/atq; imortalitas:uel aliud quip
piam extrinſecum/potuit adaugere: ſed uelut ori color/aut parieti pictura: ita hæc eſſentiali
gloriæ acceſſere. Eoq; prophetæ uerba trahi poſſunt:qui ex Chriſti perſona dicit:nã & ſi am/
ps.x. bulem in medio umbræ mortis/ideſt naturali uita/quæ umbræ cõparatur/ſim priuatus:nõ ti/
mebo mala: quoniã tu mecũ es/ideſt nihil mali ſentiã:quo pfecta tuæ diuinitatis fruitio in me
minuat̃. Scdm quã quidẽ ſententiã:cũ qs hanc cognitionẽ & dilectionẽ ad deũ habet:& ſi inter
iferni tormẽta cruciaret̃:beatitudini eſſentiali nullũ fieret detrimentũ. Contra uero ſi deũ ple
na cognitione in patria uideret:nec tñ perfecta illũ charitate diligeret:beat⁹ nequaquam dici
poſſet. ¶ Q d̃ ſi beatitudinẽ pro illo ſtatu accipiamus:qui eſt:omnium bonorũ aggregatione B
pfectus/& in quo omne deſideriũ penitus conquieſcit/tunc demũ illũ aſſecutus eſt ex huma/
na portione Chriſtus:cum ad cælos glorioſus aſcendit:Sicuti & animæ beatæ tũc aſſequentur:
cũ reſumpto corpore in patriã poſt finale iudiciũ rapient̃. Et tunc quidẽ ſi non perfectiori mo/
do haberi beatitudo dicenda ſit:nihil tamen repugnare uidetur:quin dicamus ampliori/cumu
latiori/integriori/conſumatiori:quæ omnia ad accidẽtalem gloriam ꝑtinebũt. ¶ Doluiſſe igi
tur & paſſam fuiſſe ſenſitiuã aĩæ Chriſti portionẽ ex præmiſſis manifeſtiſſimũ eſt. Sed & infe/ De pauore &
riorẽ ipſius rationalis portionis potentiã cõtriſtatã fuiſſe/haud ꝓbabiliter negari põt. Alioqui tedio Salua/
tũc demũ triſtitiã/doloreq; habuiſſet:cũ corpori tormẽta ſunt illata:nõ cũ illa cognitione præ/ toris inſtãte
uia intelligeret. Sed & pro afflictione ſua dũtaxat/non etiã pro noſtra miſeria & eorũ/qui tan ei⁹ paſſione.
torũ meritorum expertes ſe facerent/infœlicitate triſtatus eſſet:quod certe nemo dixerit/cum
ps.liiii. ſup Hieroſolimã fleuerit.& dicat Propheta:Cõtriſtatus ſum in exercitatione mea & conturba
tus. Quæ cum ita ſint alia haud intricatior emergit ex ſuperius deciſis perplexitas.
¶ Enimuero quicqd fruitione diuinæ eſſentiæ per cognitionẽ charitateq; pfectã ſuperior ani/
mæ Chriſti portio cõſecuta fuerit beatitudinis & gloriæ:inter cæteras tamẽ animæ portiones C
neutiq; uel min⁹ pfecte redũdaſſe atq; defluxiſſe ex ꝓxime dictis fit perſpicuum. Alioqni ex ta
li defluxu non modo dolorẽ ſenſiſſet oĩno nullũ:uerũ etiam lætitiã & ſuauitatem infinitã quæ
nullũ corporalẽ/mẽtalem ue dolorẽ ſecũ admittere potuiſſet:cũ itaq; una eadeq; anima ex tri/
bus his potẽtiis cõſtet:quo pacto integre beatam dicemus fuiſſe:quæ in duab⁹ potẽtiis ſiue por
tionib⁹ patiebat̃/affligebat̃/cruciabat̃. Nam & ſi perfectionẽ beatitudinis in ſola ſuperiori ra
tionalis animæ portione collocemus:quamdiu tñ ſibi ſoli retinet/nec cõicat cæteris:q̃uis abſo/
lute dicamus aĩam beatã:nõ poſſum⁹ tñ integre beatã dicere/quæ non oĩ ex parte beatitudine
pfruat̃. ¶ Plane ad hãc difficultatem extricãdã reſponderi ſolet hoc dei uolũtate ſupra natu D
rã factũ eſſe:ut quã ex diuinæ eſſentiæ fruitione uoluptatẽ percipiebat ſupior illa animæ por/
tio:ea in cæteras potẽtias illi natura coniunctas nõ penetraret:quo & humanæ conditionis ue/
ritas magis appareret:& nobis imitãdarũ actionũ eius facultas relinqueret̃: uti q; ex earũ paſ/
ſionũ tolerãtia:tum nobis/tũ ſibiipſi:eo(quo ꝑdixim⁹) modo amplius mereretur. Qua enim
ratione hãc ſuæ pfectæ fruitionis gratiã ab his inferiorib⁹ animæ Chriſti potentiis diuina ad tẽ
pus continuit/ſubtraxitq; ſapientia:eadẽ ut in illis ipſis ꝓficere/mererique poſſet effecit:ita ut
in illa ſupma animæ Chriſti arce diuini luminis pfecta claritas radiaret:& in cæteris nihilomi/
nus uera humanitas cerneret̃. ¶ Cæterũ ne ſic quidẽ abſoluta q̃ſtio uidet̃: quæ enim ſupior E
animæ intellectiuæ ſeu rõnalis portio dicit̃;ab iferiore (quã uocam⁹) eẽntia/ſubſtãtia ue haud Supior atq;

inferior aïæ portio nõ differt ſubſtãtia.

quaꝫ eſt diuerſa:ſed officio dumtaxat:atq; applicatione diſtinguunt̃: q̃tenus enim naturæ uis intellectiua ad inferiora ab ipſo ſummo bono cõuertit̃:eoq; uoluntas ſub rõne boni deflectit: inferior appellat̃:comparatione habita ad eãdem potẽtiam cũ ad ſummũ/ perfectũq; bonũ tota ſe confert:eadem tamẽ aïæ manẽte potẽtia:q̃q̃ circa diuerſa exerceat ſeſe. Sed neq; ea rõne diuerſæ potẽtiæ ſunt iudicãdæ:ꝙ poſterior ꝓpria uirtute a deo naturæ autore ſibi cõceſſa abſq; ulla ſpeciali gratia operari circa hæc inferiora poſſit. Ad ſuperiora uero niſi eo trahente non poſſit:ſicut Saluator dicit. Nemo põt uenire ad me/niſi pater meus traxerit. & iam ſæpe in ſuperioribus fuit repetitum:quã ob cauſam in illa/quã ſuperiorẽ appellãt/animæ portione/imaginẽ dei locauere nõnulli:ꝙ ſcilicet apertius/ꝑfectiuſq; in ea ipſa animæ potẽtia diuinæ claritatis radius eluceſcit:cum per cõtemplationẽ/charitateq; perfectam eoſdem in ſe radios ſuſcipit/& reflexione quadã/uelut corpus lucidũ/radios ſolis emittit. Ob huius nãq; amplioris gratiæ acceſſionẽ/diſceſſionẽ ue/in eſſentia ſiue ſubſtãtia animæ & potẽtiarum eius nulla fit imutatio Scd̃m quã quidẽ rationem quã ueriſſimam putamus/duas dũtaxat in aïa Chriſti/quẽadmodũ & in cæteris hoïbus conſtituemus partes/rationalẽ.ſ.& ſenſitiuã: q̃q̃ hæc rationalis ex tribus quoq; potẽtiis conſtet. Et hæ ſimul iunctæ rationalẽ aïam conſtituẽtes aliq̃n ad ſupiora trahunt:interdũ ad inferiora. Tota igit̃ rationalis animæ Chriſti portio paſſa fuiſſe dicẽda eſt: etiã ſi ſub ratione inferioris paſſam dicamus. ¶ Quinimmo ſiue unã potẽtiã/ſiue duas ponamus:in ipſa ſuperiori portione:aïam Chriſti cõtriſtatã fuiſſe ratione optima cõprobari poteſt.

Io. vi.

F
Chriſt⁹ ẽt in ſupiori animæ portiõe paſſus eſt.

Quatenus enim ad deũ tota ſe conuertebat hæc fœlix aïa:quo pacto triſtari non poterat:cum illius nomen tã impudẽter blaſphemari cerneret:tantaq; inſania lacerari:atq; offendi:qd̃ ꝓculdubio ad ſuperiorem ꝑtinet portionẽ:inimicis quoq; & crucifixorib⁹ nõ inferior aïæ portio cõpati docuit:aut illoꝝ factum excuſare/ac pro illis orare:ſed illa ipſa ſupior quæ cõtra naturalem inſtinctũ ꝓpter deũ inimicos diligere nos cõpellit:& pro illorum ꝑditione dolere. Hæc aũt in ſuperiori quoq; animæ portione exorta triſtitia:quo pacto potuit cum fœlicitate perfectaq; beatitudine conſiſtere:quo ue mõ beatitudine ꝑfecta atq; integra ꝑfrui aïa Chriſti:in qua nulla oïno fuit potentia/quæ nõ dolorẽ triſtitiã ue ſentiret/cũ in Apocalipſi dicat Ioãnes:ꝙ in illa ſumma beatitudine neq; luctus eſt/neq; labor/neq; ullus oïno dolor:ſed gaudii/ lætitiæ & ſuauitatis plena ſũt oïa. ¶ Hæc ꝓculdubio noſtrã intelligẽtiã lõgiſſime tranſcendũt:nõ iccirco tñ ab inquiſitione deſiſtam:uerũ quicqd ſuccurret ingenio libere ꝓferã:quo ſubtiliora rimando ſi quid rudis materiæ ex ꝓfundis terræ uiſceribus effodiam: artifex peritior auri uel argenti/ aut etiã eris minuta quæq; grana ſecernat/collataq; & purgata in maſſam ſolidam redigat.

Apocal. xxi.

G
Reſolutio.

¶ Hoc eſt igit̃ qd̃ nobis in re tam ardua dicendũ occurrit: aïam q̃dẽ Chriſti in parte ſenſitiua ſupra etiã reliquas oẽs creaturas dolores humanos ſenſiſſe/atq; ex ſenſus offenſione afflictã fuiſſe:cũ plurib⁹ aliis de cauſis:tum uero ex eo maxime ꝙ in delicatiſſimo corꝑe ſenſuales partes erãt ſenſibiliores:& in hoc quidẽ thæologoꝝ ſchola certatim cõſentit. In rõnali aũt parte quã tres (ut dixim⁹) cõſtituũt potẽtiæ/ipſa Chriſti anima ſicuti erat ſupra cæterarũ aïaꝝ cõditionẽ:per unionẽ diuini uerbi/multis aliis gratuitis donis priuilegiata atq; illuſtrata: ita & in hac quoq;: ut ſcilicet partim ſtatũ cõpræhẽſoris/partim uiatoris obtineret. In ſupiori ſiquidẽ portione/ideſt q̃tenus eius intellectus diuinã eſſentiã cui cõiuncta erat/capiebat. intelligebat/cernebat:& perfecte cognoſcebat:in illiuſq; amorem & dilectionẽ tota ferebat̃. Haud dubitandum eſt:q̃n illa ꝑfectiſſime frueret̃:qd̃ eſt cõpræhẽſoris merces/finiſq; ultim⁹:ſupra & præter quẽ deſiderari põt oïno nihil. In hac aũt portione clara luce ꝑſpexit dei uoluntatẽ eſſe:ut tota humana portio/quã ipſe aſſumpſerat/extrema oïa pateretur:quo & humani gñis ſcelus ea litatione expiaret/& illud ab diaboli nexibus ꝓpriaq; culpa liberaret. Perſpexit quoq; ſeipſam a deo optimo maximo ad hoc tã præclarũ opus exequẽdũ ab æterno fuiſſe electã &(ut Apoſtoli uerbis utar) ꝑdeſtinatã:ob idq; tam imenſa atq; inſcrutabili ꝓrogatiua donatũ ut cum dei uerbo unica fieret hypoſtaſis ſiue ꝑſona. Hæc aũt in diuinæ eſſentiæ ſpeculo ab inſtanti ſuæ creatiõis clara uiſione cernẽs & ex ui tributæ ſibi grãæ cognoſcẽs/ob tantũ hoc donum ſe (uti uere erat) fœliciſſimã reputauit:nihilq; magis appetiit:q̃ diuinæ ꝑ oïa parere uolũtati. Ad tãti ꝓmii reſpectũ tormẽta oïa/nõ mõ quæ corpus illud aïatũ pati oportebat:ſed quæcũq; excogitari potuiſſent/grauiora:nõ iam acerba & amara: ſed dulciſſima reputãs:quæ tũ ſibi:tũ uniuerſo gñi hũano tãtæ gloriæ/tãtæq; fœlicitatis cãm/materiã ue futura ꝓnoſceret. ¶ Verũ q̃a ſi hæc ſibi gaudia ꝓpoſuiſſet/& q̃bus ꝑfruebat̃/bona inferiori quoq; portioni cõicaſſet:nullus ex ſenſitiua ꝑte ad rõnalẽ dolor redũdare poterat. Quinimmo (ut ꝑdiximus) ex immenſa ipſi⁹ rõnalis ꝑtis delectatiõe dolor ipſe in ſenſitiua quoq; ꝑte aut extinct⁹ fuiſſet prorſus/aut oïno nõ cõtriſtaſſet. Sicq; diuinæ uolũtati iuſtitiæq; nõ fuiſſet in hac ꝑte factũ ſatis:diuinæ uoluntati lubens/ gaudẽſq;

Ad ro. i

gaudēſq; cōſenſit:uti ne qđ ſibi in ea parte ab ipſa diuina maieſtate cōcederetur/nihilq; ex illa
ſuæ diuinitatis fruitiōe ad inferiores ſenſus trāſmitteret: qđ dolorē illū uel impedire poſſet/
uel ulla ex parte lenire. ¶ Quēadmodū ſi regis filius ualido pr̄is exercitu cōſtipat⁹ ad ſingu/
lare certamen ab hoſte ꝓuocat⁹:cū hoſtē ſupare non diffidat/a pr̄e impetret/edicto ꝓponi:ne
pugnāti ſibi quiſq̄ opem ferat:ne hoc pacto ſtrēnuæ uictoriæ gloria defraudet. ¶ Id aūt cum A
deus & ſua ꝑordinatione/& ipſius aīæ rōnalis deſiderio morem gerēs conſtituerit: tota ratio/
nalis aīæ portio in cōtemplatione ipſi⁹ diuinæ celſitudinis ꝑ eandē ꝑfectiſſimam cognitionē
delectationemq; ꝑmanens/in reliqs ſeſe ad inferiora dimiſit: ea ſcilicet quæ ad media ꝑtinēt:
quibus recto ordine ad ultimū peruenit bonū:indeq; ſeipſam & materiale corp⁹/qđ regebat/
conſiderans profunda mente cogitare cœpit:quāta/q̄q; acerba eſſent tormenta:quæ illā in ſin
gulis corporis mēbris perpeti oporteret. Deinde q̄ iniuſte ea pateret:non ſua/ſed aliorum cul
i.Pet.ii. pa quippe qui peccatū nō fecit/nec dolus inuētus eſt in ore eius:ſed mortuus eſt iuſtus pro in/
iuſtis. Item & a quibus:ab his plane quos tot:tātiſq; beneficiis pater æternus affeciſſet: atq; in
peculiares amicos ſibi delegiſſet. & cætera id genus:quibus augeri ex rei iniquitate indignita/
teq; dolores corporis in mente poſſunt: & ad ſui ipſius cōpaſſionē rōnalē animæ uim trahere.
¶ Huius uero doloris magnitudinē ex eo perſpicere licet:q; dū in ea meditatione uerſat:ſan
Lucæ guinē profuſiſſimū/ueluti ſudorē/afflicta mentis amaritudine præcordia toto corpore profu
xxii. derunt. Age uero ex eodē charitatis fomite/quo ſeipſum diligebāt ad proximorū dilectionē
cōuerſa hæc fœlix aīa cōſiderabat/quāta foret incredulorū & impioꝝ hoīum infœlicitas:qui
ſe tanta gratia ſua impietate redderēt indignos:q̄q; paucis in perituroꝝ cōparatione: tā excel
lens medicina eſſet ꝓfutura:quæ ad infinitos mūdos/& centies millies alia homínū genera(ſi
extarent) ſaluāda potis eſſet. Quantas inſuper electi & prædeſtinati paſſuri eſſent in ꝑſenti ui
ta perſecutiones:quot mala:quot clades:quot pericula:& pleraq; eiuſmodi alia:qbus cognitis
perfecta in uiatore charitas compati illis & condolere illum cogebat: quæ in ea parte ad infe/
riorem animæ portionē bene ordinatam pertinēt. Ex quib⁹ ſcilicet ad ſummū & perfectū bo/
Matth. num ueluti per mediū cōuenientiſſimum peruenit. ¶ Quæ ſane omnia tāetſi diuinæ ꝑmitte
xxvi. ret uoluntati:ab eaq; in nullo diſſentiret:ſicuti cum dixit:Nō ſicut ego uolo:ſed ſicut tu/fiat:
Marci Non eo tamē minus ex uiatoris natura utraq; ipſius animæ potētia: tū ſenſitiua:tū rationalis
xiiii. cruciabat. Diuinaq; uirtus/& gloria qua per ſupremā contemplationem hæc anima frueba/
tur/ſpectatricem huius ſe præbebat certaminis:nihil illi ad ſolatium laborum & dolorū præ/
bens ſuffragii:ut glorioſiorem atq; ſpecioſiorem uictrix humanitas Chriſti/paulo poſt triū/
phum duceret Satis ſuperq; illi fore arbitrata:q; ex collata ſibi ab inſtanti ſuæ creationis gra/
tia/nō modo uinci nequiret:uerū uincere illam omnino oporteret. Et ſi quod prætereа ad for
titer ferenda ſupplicia ſuffragium ꝑcibus humana portio impetrauit:illud nō ex fruitione uni
ti uerbi:ſed cōmuni hoīum lege a deo ipſo eſt collatum: quādo quidem ad eum in agonia præ
nimia triſtitia cōſtitutū coſolandum/legamus Angelū e cælo fuiſſe demiſſum. ¶ Ipſa igitur B
Lu.xxii ſupior animæ Chriſti portio ad inferiores partes(uti diximus)cōuerſa:doloreq; acerrimo ſen
ſitiuæ portionis ſibi natura coniunctæ afflicta:tāetſi ex ui ſuperioris rationis/& uolūtarie pa/
teretur/& inter ipſa tormēta gauderet:nō eo tamē minus naturæ humanæ cōditionē/& pro/
inde infirmitatem retinens dolore angebatur: ob idq; opem ab eo/qui ſolus præſtare poſſet/
implorabat:finēq; deſiderabat tormentoꝝ:ſicuti & filius ille Regis/quē paulo ante certamini
ſingulari obtuliſſe ſe introduxim⁹/& ſi a pugna nō niſi uictor diſcedere uellet:urgēte tamen
Pſalmo hoſte/quo celeri⁹ uictoriam cōſequat:exitū pugnæ deſiderat Hoc pacto ꝓpheta in ꝑſona Sal
xxxix. uatoris cū dixiſſet: In capite libri ſcriptū eſt de me:ut facerē uoluntatem tuā:deus meus uolui.
Poſtea ſubiecit: Tu aūt dn̄e ne elongaueris auxiliū tuum a me:ad defenſionem meam cōſpice.
Lucæ.x & quæ ſequunt. Et hoc quippe eſt q; dū Maria ſederet ſecus pedes dn̄i/ut audiret uerbum eius/
ideſt dum ſupior rōnalis animæ portio diuini uerbi ſuauitate frueret:Marta eius ſoror ſollici
ta erat & turbabatur:circa plurima/ideſt inferior portio multis ꝑmebatur ſollicitudinib⁹ atq;
anguſtiis. ¶ Neq; id cuiq̄ uideri debet mirum: cum & in aliis hoc quottidie experiētia doceat
fieri poſſe. Qui enim ſanctoꝝ uirorū morte triſtantur:cum ſint & ipſi ſancti/de illorum tamē C
beatificatione ſimul lætant. Simil'r cū princeps quiſpiā inſignē uictoriā eſt aſſecutus: ſed quæ
multo ſanguine cōſtitit:gaudet quidem uictoria uehementer:at ſi non hoſtium:ſuorum tamē
Gen. interitum dolet/lugetq; amariſſime. Et cum Abraam patriarcha Iſaac unigenitum/eūdemq;
xxii. chariſſimum filium imolaturus gladium gutturi eius admouit/qđ fuit huius Chriſti imola/
tiōis ꝑſagiū/gaudebat quidē diuinæ ſe parere iuſſiōi/at facinus nō horrere/& talis tātæq; ſpei
filii morte nō ſūme triſtari:naturæ lex non ꝑmittebat/qui ꝑſertim ꝓpria inferebat manu. Ex

eodē namq́ facto huic lætitiæ:inde mœroris materia intellectui humano/ſi nō.eodem momē
to/minimo tñ interuallo/ repræſentari poteſt:quorū alterū uoluntas acceptat: alterū reſpuit.
Aut ſi utrunq́ acceptauerit:illud/quod per ſe bonū judicat/uti bonum ſimpliciter eligit:alte/
rū uero uti boni occaſionem:ſeu diſponens ad bonū/aut nō reſpuit:aut etiam recipit:ita ut &
ſi utrunq́ uolūtariū ſit dicendū:nō eodem tamē modo in utrūq́ uoluntas ferť:ſed in hoc pro/
pter ſe:&ꝓpter hoc in illud. ¶ Quod porro ne de rationali quidem creatura tñ dicere poſſu
mus:uerū & in brutis idem quoq́ experimento quotidiano ꝑſpicimus: quippe quæ fortæ ſunt
feræ:ſi paruulos ſuos rapi uiderint.quātaſcunq́ plagas ſibi intētari perſpiciāt: naturali tñ fœ
tus amore ultro ſeſe telis/ plagiſq́ & morti quoq́ ingerunt:nec ictæ aut tranſfixæ:plerūq́ ce
dunt:quin ſi per uulnera filios a uenatorum eripuerint manib⁹: quātocunq́ dolore illatorum
uulnerum crucientur:maiorem tamen ex ſalute prolis percipiūt iucunditatem. Itidēq́ ex his
nonnulla nō pro ſua aut prolis ſuæ dumtaxat:ſed pro aliarū ſui generis:aut etiā pro dominoꝝ
uel benefactorum ſalute faciūt:ſicuti in canib⁹ frequenter periclitamur. Quod ergo in illis na
turalis inſtinctus facit:hoc multo facilius in homine facit ratio:quæ diſcurſu multa ſimul com
D prehendere pōt:qđ bruta nequaq̄ poſſunt. ¶ Qđ ſi ꝑtinatius inſtare qs uelit:neq́ admittere
hunc ꝑfecte beatitudinis habitū cum dolore ſtare poſſe: quaſi hæc inuicem repugnantia ſint:
quæ ſimul eodem tempore in eodem ſubiecto concurrere nequeūt. Reſpōdemus primum ꝙ
ſub diuerſis rationibus nihil repugnat quominus ſimul eſſe poſſint uti exempla proxime rela
ta demōſtrant.& rurſum/ꝙ quātum ad actum uoluntatis nō ſunt dicenda hæc contraria:cum
utrunq́ uolūtas libere accepter:q̄uis ſub diuerſa(ut diximus)rōne. Quinimo alterū alteri eſt
ſubordinatum:cū id unde dolor naſcitur:ad finē illius cōſequēdum tendat:in qđ uolūtas abſo
E lute fertur:ſicuti & ſeminātis labor ad fructuū ꝑceptionem. ¶ Quod ſi neq́ hoc cōtentioſus
quiſpiam concedere uelit:Reſpondeat quæſo quid magis humanæ rationi repugnet:aut poti⁹
uim humanæ cōpræhenſionis excedat: an hoc qđ defendimus:rōnibuſq́ & argumētis cōpro
Quæ ſūt in fide difficilia creditu. bamus ualidiſſimis:an ꝙ una atq́ eadem pſona/ ſiue(ut noſtroꝝ theologoꝝ uerbis utar) uni/
cum ſuppoſitū/infinitū ſimul ſit & finitū:deus & homo:creator & creatura. Q ďq́/q nullo ca
pi loco pōt/ utero uirginis ſit incluſus. Et ꝙ eadē ſit triū perſonarū per ſe diſtinctarū ſubſtātia
unaq́ earum ſola carnē aſſumēte:cæteræ/ quæ natura ab ea ſeparari nequeūt/ nō aſſumūt:aut
ꝙ ex nulla re ſeu materia & uniuerſa mundi machina primū ſit creata/& ſingulis pene tēpo/
ris momētis nouæ ꝓducantur animæ:& deniq́ ꝙ manētibus panis & uini accidentib⁹/quæ ſen
ſus noſter recognoſcit/in Chriſti corpus & ſanguinem paucorum uerborū ꝓlatione ſubſtan/
tia cōuertatur.q́q́/qui ad patris dextrā in cælo ſedet/Chriſtus in plurimis locis eodē tpe æque
ſit totus. ¶ Hæc aūt oīa:qui iccirco non credūt:ꝙ ea non capiūt:ſi pari rōne hoc quoq́ nolunt
credere:nō eſt cū his ampli⁹ diſceptādum. Quippe qbus ea pſuaderi nequeāt:quæ humanam
intelligentiā:naturalēq́ rōnem trāſcendūt; ſolaq́ fide ꝑcipi pñt. Verū enim uero ſi cætera cre
dūt/quæ multo his ſunt difficiliora creditu oīaq́ diuinæ tribuūt ptāti; q̄ pſuppoſita/nihil eſt
qđ de ea credi nequeat:niſi qđ eius detraheret maieſtati:cur in hac una re longe cæteris pſua/
ſibiliore:tāta contētione eoꝝ opinioni:doctrinæq́ repugnāt:quoꝝ auctoritate cætera(ut cre/
derent/ grauiora ſunt pſuaſu:qñ illud dūtaxat diuinæ oīpotētiæ ut cōcedant/ab his exigim⁹:
ut qđ in hoīe carnali cū aliquo diſcurſu:& tpis forſitan ſucceſſu/ratio atq́ expientia docet fie/
ri poſſe:ex eadē.ſ.re ſub diuerſa rōne dolere ſimul & lætari:id in dei filio admittant: eodē ſi/
mul inſtāti fieri diuina diſpenſatione potuiſſe:qđ eſt dei propriū:quippe qui ſolus nutu & mo
mento facere pōt:quod nō niſi ſenſum & cū interuallo tpis natura pōt. ¶ Neq́ argumentū il
lud ex Apocalipſi ſumptū admodū urget. ꝙ enim in pria illa cæleſti neq́ luct⁹ ſit/neq́ labor/
neq́ dolor:hoc ex diſpoſitione diuina ꝓuenit:quæ & loci eius incolas his oībus perpetuo ſta/
tuit eſſe imunes. Nā & quæ eo diuina trahente grā raptæ ſunt animæ nihil amplius retinent:
quo uel mereri.labi ue poſſint. Propterea & paſſiones animi/quæ ex cōiunctione corpis in ſta
tu uiatoꝝ illis cōtingebāt/penitus ſunt ſublatæ/ unūq́ illis eſt obiectū:diuina ſcilicet eſſentia:
in quo uno quieſcunt. Aliudq́ deſiderare aut appetere poſſunt nihil:q̄ quod illi placere intelli
gunt. Sed neq́ ſenſus aliquis ſiue corporeus/ ſiue animalis/ ulla ex parte hāc eoꝝ deo per cha
ritatē cōiunctā uolūtatē alterare quoquo pacto pōt:Et ob id cū uiderint dei uindictam in ſcele/
ſtos hoīes etiā ſibi quūdā ſanguinis neceſſitudine cōiūctiſſimos/exerceri:nullaten⁹ cōpatiunť/
dolent ue/aut triſtanť:ſed lætanť poti⁹:ſicuti dicit ꝓpheta: Lætabiť iuſt⁹ cū uiderit uindictam. ꝑs.lvii.
In Chriſto uero/q fuit uiatoꝝ oīum ex ꝑte hūanitatis pfectiſſim⁹/uolūtas ꝑmum acceſſit diui
na:ut cum fruitione beatitudinis in ſupiori(ut dixim⁹) aīæ portiōe/ humanis quoq́ paſſiōib⁹:
atq́ infirmitatib⁹ eſſet obnoxi⁹:quo magis uel ſibi uel humano gñi poſſet ꝓmereri:& diuinæ
quoq́

quoq; iuſtitiæ fieret (ut ſæpe dictum eſt) pro debito ſatis: erant inſuper illi inſtrumēta naturæ
oīa cæteris mortalib⁹ cōia: quibus ſuperior illi rationalis animæ portio ad deum penit⁹ cōuer
ſa ex inferioris/ac etiā ſenſualis afflictione ad cōpaſſionem uel triſtitiam inclinari trahiq; ſe
permitteret. Neq; propterea minor erat in illa ſupiori parte gloria: aut ex eo fruitiōis merces
ulla ex parte minuebat̃. ¶ Quod ſi quis adduci nequit: ut credat: ſupponat: ex his ſpiritib⁹/ A
qui dei uiſione fruunt̃ in patria: ſed pro meritoꝝ tenuitate in extremo atq; infimo ordine bea
torū ſunt locati/unū eſſe/cui ex ſpeciali gratia permittat deus: ut rurſus mortale/qđ reliq̃t/
corpus induat/aut in patria ipſa pro admiſſis in carne culpis ſummū in mente pcipiat dolorē:
quo maioribus meritis altiorē atq; ſublimiorem gratiæ/gloriæq; ſibi cōparet gradū: nū aīam
illam in carnē reuerſam tormenta ulla aut ſupplicia terrere poterūt: aut in patria exiſtentē pi
gebit acerbiſſimum dolorem ad tempus mente concipere: qualem qui in purgatorio ſunt ſen
tiunt maximum: an non ſe potius fœliciſſimā iudicabit: ꝙ tam paruo cruciatu tantā ſibi uide/
rit comparatam acceſſionem mercedis & gloriæ. Profecto qui hoc negauerit: aut rationis peni
tus eſt expers/aut fidei: quod ſi cōceſſerit: & illud concedat oportet: ex ſola dei diſpoſitiōe pce
dere: ut exiſtentibus in patria/nullus eſſe poſſit luctus neq; dolor. qꝗ ſi dei uoluntas accede/
ret: nullus eſſet beatorum: qui nō quantoſcunq; uel infernus inferre pōt cruciatus/auidiſſime
ſubiret: quo & uolūtati diuinæ in primis obtēperaret: & augmentū gratiæ gloriæq; ſibi cōpa/
raret. atq; ex conſequēti illud quoq; fateri oportet ex tormentorū dolorū ue acerbitate/nihil
animæ Chriſti a perfecta diuinæ eſſentiæ fruitione fuiſſe detractū: immo uero auctum potius
& adiectū. ¶ Quod niſi fateamur: tec q̃ abſurdā rem & ab omni ratione/religioneq; repu B
gnantem aſſerimus: ut ſcilicet anima peccatoris cuiuſpiā/quæ penitētia utcunq; peracta deo p
grām dūtaxat eſt coniuncta in patria: plus ex ipſa dei uiſione cōſequat̃ beatitudinis: q̃ haberet
ea quæ illi per naturam erat unita. Sitq; ſerui conditio pro eo tempore/q̃ filii beatior: cōtra il
Io. viii. lud Saluatoris: filius manet in domo patris in æternum: ſeruus autem non manet in æternū.
¶ Fateamur itaq; quod ſupra iam ſæpe dictū eſt/ſed repetere toties & delectat/& myſterii exi C
git altitudo/Chriſti animam ab inſtanti quidem cōceptionis diuina uiſione/fruitioneq; fuiſſe
beatiſſimam: & in illius cōtemplatione tantam quātam nunc habet: cognitionis & Charitatis
plenitudinem/habuiſſe: uerum ad oīa fragilitatis humanæ incōmoda ſeſe diuinā ſequentē uo
luntatē deuouiſſe: quibus & ueritas in animato corpe cōditionis humanæ pbaretur: & exēplū
cūctis mortalib⁹ ueræ humilitatis & patiētiæ pberet̃: & fieret diuinæ iuſtitiæ ſatis. Et nihilomi
nus quo talibus corporis atq; animi anxietatibus idonea eſſet: ex diuina diſpenſatione factum:
ut ex illa fruitione nihil in partes (ſiue corporis ſiue animæ) deflueret: quominus ea/quæ deus
cōſtituerat/& ipſa lubens acceptauerat/pati poſſet. Hancq; unā ſibi in ea parte conſolationis
anſam ſeu ancorā relictā fuiſſe/quæ nobis quoq; cōis eſt/ꝙ ſpe certiſſima teneret: ſupatis his
ſuppliciis finē laborum ſummaq; cum gloria: lætitiaq; tam corporis q̃ animæ tādem fore. Et
hoc inſuper nulli aliū communicabile/ꝙ ex his laboribus & tormentis/ uniuerſo generi hu/
mano intelligebat conſultum iri: diuinæq; uoluntati ſimul ac iuſtitiæ ſatis factum.
¶ Hæc aūt omnia quæ ſuperius tā de pfectu & augumēto meriti Saluatoris q̃ de uero & maxi D
mo dolore ſimul & plena beatitudine dicta fuere: quantū mea fert opinio ex pſalmo. xv. accō
ps. xv. modatiſſime depræhendi exprimiq; poſſunt. Ait enim ex perſona Chriſti regius uates: Proui
uidebā dominū in conſpectu meo ſemper: quoniā a dextris eſt mihi ne cōmouear: Ecce uiſio/
fruitioq; diuinæ eſſentiæ: ex qua cū perfecta beatitudo collata fuerit: tum ad omnia/quæ diui/
næ diſpoſitioni eſſent placita/perferenda/uoluntas extitit cōfirmata/& ex utroq; lætitia/uo/
luptaſq; cōſumatiſſima. Sequit̃ enim pꝑter hoc/ideſt ex hac fruitione lætatū eſt cor meū, ideſt
ps l. ſupior animæ portio: quæ cordis appellatione plerūq; demōſtrat̃: ſicut cum dicit̃: Cor mūdū
Pſalmo crea in me deus. & rurſus. Cor meū & caro mea reqeſcēt in deū unū. Quod aūt dicit: Lætatū
xxxiii. eſt: ad illā inenarrabilē lætitiam/quam ex pfecta dei uiſione aīa ipſa pcipiebat/eſt referendū.
Quod uero ſequit̃: Et exultauit lingua mea: ad illā laudē & grārū actionem quā deo pro tan/
Apoca. tis beneficiis ex tota ui ſua reddūt beati ſpūs: de quibus in Apocalipſi legit̃: uel etiā ad exhila/
xix. rōnē & lætitiā quā dū pateret̃ ex diuinæ uolūtatis iplemento tota chriſti aīa pcipiebat interius
Pſalmo & ex uerbis nutibuſq; oſtēdebat exterius: ſicut in pſal. legitur: Exultauit ut gigas ad curren/
xviii. dam uiam. & de hac lætitia ipſemet Saluator loquit̃: dum dicit: Vt gaudiū meū in uobis ſit: &
Ioā. xv. gaudiū ueſtrū impleat̃. & rurſus: Vt habeāt gaudiū meū impletū in ſemetipſis. Sequit̃ deinde
& xvii. inſup/ideſt pter illā ſummā lætitiā/quam ab inſtāti cōceptionis ex uiſione & fruitione diuinæ
eſſentiæ tuæ habui/caro mea requieſcet in ſpe: qm̄ non derelinques animā meam in inferno/
nec dabis ſanctum tuum uidere corruptionem. Ecce in parte rōnali exultatio ex ſpe adiutorii

diuini in tormẽtis:nõ quidẽ leuãdis/ſed fortiter ferendis:& reſurrectiõis ꝓpinquæ poſt cõſuma
tum agonem:neq; enim ita intelligendũ eſt:ut caro ipſa per ſe ſperare quicq̃ poſſit:ſed ita in/
telligi oportet:caro mea requieſcet/ſcilicet per triduũ tm̃ in ſepulchro exanimis/in Spe.ſ.quã
habeo per cognitionẽ/quæ eſt in aĩa/ꝙ nõ relinques ipſam aĩam/a corpore ſepatã in infernos
ad qđ deſcẽſura eſt:ut ſanctos pr̃es inde extrahat.nec dabis/ideſt ꝑmittes ſanctũ tuũ/ideſt cor
pus a te ſanctificatũ/uidere corruptionẽ.ſ.in ſepulchro:ſed illi aĩam meã ab inferis redeũtem
rurſus cõiunges.Hoc eñ futurũ ab inſtãti meæ creationis cognoui:qm̃ dũ me tibi unitã per hu
manæ naturæ aſſumptionẽ uoluiſti:notas mihi feciſti uias uitæ/demõſtrando mihi in ſpeculo
tuæ diuinæ eſſentiæ q̃lis eſſet circa me uolũtas tua:ut ſcđm illam ambularem :& qualiter poſt
cõſumata omnia ad uitã æternã corpus meũ cum anima reſurgeret.Hæc ſiquidẽ uitæ uia nulli
antea fuerat cognita. ¶ Sequitur:Adimplebis me lætitia cum uultu tuo/ſcilicet poſt reſurre
ctionem/dando mihi tã in corpore q̃ in anima perfectã/integrã & omni ex parte abſolutã ui/
ſionem & fruitionem tuæ gloriæ abſq; ulla prorſus corporis/uel alicuius animæ portiõis mo/
leſtia:Demũq; ſubiungit:delectationes in dextra tua uſq; in finẽ/hoc eſt ꝙ hæc ſemel aſſecut⁹
E conſumatæ beatitudinis & gloriæ bona atq; gaudia/quæ(ut iam diximus) ꝑ dexteram ſignifi
catur/nullũ finẽ ſunt habitura/neq; futurum/ut rurſus eadem/quæ prius mortalis infirmitas
dominari mihi poſſit:ſicut dicit Apl̃s:Chriſtus reſurgẽs a mortuis iam non moritur:mors illi
ultra non dominabiť. ¶ In alio quoq; pſalmo per eiuſdẽ ꝓphetæ labia ad Chriſtũ ipm̃ loquẽs Ad Ro. vi.
deus ꝓdicta oĩa æque apte confirmat.Ait enim poſt alia nõnulla ad rem ꝑtinẽtia:Clamauit ad
me & ego exaudiã eum.Clamauit quippe multoties ad patrẽ Chriſt⁹:ſed tum ꝓcipue cũ in cru ps.xc.
ce acerrimis urgereť dolorib⁹:tunc eñ nõ ſemel atq; iterũ:ſed & tertio/& quarto ad patrẽ cla/
maſſe legiť.Exaudiuit aũt eum pater:ſicut Apl̃s/quẽ ſupra retulimus/teſtať:ꝙ exaudit⁹ fuit
pro ſua reuerentia/& ne in his dũtaxat:quæ pro nr̃a ſalute:ſed & in his q̃ pro ſeipſo poſtula/
uit.Et ideo ſubiungit:Cũ ipſe ſum in tribulatione:dãdo ſcilicet illi perfectam uirtutẽ patiẽtiæ
& fortitudinis in oĩbus tormẽtis & anguſtiis.& inſuper illis cito finẽ imponẽdo. Vnde ſequiť:
Eripiã eum.ſ.morte glorioſa & uictrici:ſicuti ſupra in eodẽ pſal.dixerat : Ipſe liberabit me de
laqueo uenãtiũ.& rurſus alibi:Eripuit me de inimicis meis & iteꝝ:Ex oĩbus tribulationib⁹ eri ps.xvii.
puit me. ¶ Sed & aliud illi tribuã qđ eſt maius:Glorificabo(inq̄t)eũ.ſ.ꝑ triũphalem reſurre/ &.liii.
ctionẽ:quæ fuit initiũ glorificationis eius:q̄tum ad humanitatẽ:ꝓpter qđ ipſe dicebat:ꝙ opor
tuit eum per paſſionem intrare in gloriam ſuam.Sequitur deinde. Longitudine dierum reple Lucæ
F bo illum/ ſcilicet induẽdo corpus eius animatũ per reſurrectionẽ/immotalitate perpetua.Hæc xxiii.
oĩa plana ſunt/& in aliis pleriſq; ſacræ ſcripturæ locis repetita. ¶ Cæterũ quod poſtremo ad/
nectitur plus ambiguitatis habere uideť:dum dicit:Et oſtẽdam illi ſalutare meũ.Salutare qui/
dem dei/ipſe Chriſtus eſt:ſicuti in cantico Symeonis diffuſe fuit declaratũ. Et ſi de uerbo tm̃
diuino intelligamus:illud ab inſtãti creationis aĩæ Chriſti aperte pleneq; fuit oſtenſum:quẽ/
admodũ in præcedẽtibus ſatis eſt dictũ.Corpus aũt etiam ſuſcitatũ diuinitatem humanis ocu/ i.Io.iiii.
lis uidere non potuit:quæ ut dicit Apl̃s/eſt ſpũs ſimpliſſim⁹. Vnde dubitari nimirũ põt/quale
iſtud ſit ſalutare:qđ pater ætern⁹ filio ſuo Chriſto poſt reſurrectionẽ demonſtrauit. ¶ Atqui
ex his/quæ ante dicta ſunt/tam ad ſenſum ſpũalem intellectus:q̃ ad corporalem uiſus referri
haud incõgrue põt.Atq; eo pacto his paucis ꝓphetæ uerbis:ſicuti & aliis/que ꝓxime retulim⁹/
ſupius dicta cõcludenť ferme oĩa.Salutare quippe ſuũ diuinitas aĩæ Chriſti glorificato corpi
ꝑ reſurrectionẽ unitæ/rũ oſidit : cũ poſt glorioſam illã reſurrectionẽ ſeſe excellẽti⁹ his(quos
ꝓdixim⁹)modis/demõſtrauit.ſ.uti uero puroq; cõpræhẽſori ab oĩ uiatoris infirmitate abſolu
to.Et cũ inſuper myſteriũ ſalutis diuina uirtute per inſtr̃a humana abſolutũ/nõ amplius uti
futurũ:ſed uti iã ꝑfectũ & cõſumatũ mẽte atq; intellectu in diuina eſſentia contẽplata eſt.& qđ
ꝓus ꝓuiderat/atq; cõſiderauerat faciẽdũ/lætata ẽ fuiſſe factũ.Corporeis aũt oculis ſalutare dei
hũanitati Chriſti diuinitas ꝑſpiciẽdũ oſtẽdit:cũ in cælũ empireũ rapt⁹ atq; ĩ throno gloriæ lo/
cat⁹ Saluator ipſius cæli uaſtitatẽ/pulchritudinẽ/claritatẽ/excellentiãq; luſtrauit:qđ his/quos
ſaluãdos diuina ante uidit/ꝓdeſtinauitq; clemẽtia ꝓparatũ antea mente ſola ꝓuiderat. Cernet
inſup oĩum electoꝝ in carne incorruptibili ſuſcitãdorum corpora glorificata:qui poſt uniuer
ſalem ſæculi hui⁹ cõſumationẽ ſunt ſurrecturi:& ſuæ quoq; reſurrectionis tp̃e eos conſpexit:
quos ſecũ ſurrexiſſe Euangeliſta teſtať:& deinceps glorioſæ matris corp⁹ quod pie quoq; cre Marci
dimus a morte fuiſſe ſuſcitatum:& ſi quæ alia ſuſcitare ex eo tp̃e diuinæ placuit bonitati:q oẽs xxvii.
ſalutare dei ea rõne uocari poſſunt:ꝙ in his Saluatoris opus/& ſalutis effect⁹ ſeſe oſtẽdit:ſi/
cuti in excellẽtiſſimo uaſe artificis ars eximia:ſed & ſuũ ipſi⁹ corpus iſdem quibus & reliqua/
intueť oculis:tanto ſane cæteris glorioſius/ſplendidiuſq; & omni ex parte excellentius:quãto

ne excogitari

ne excogitari quidẽ humana mente põt/ne dum exprimi: ſed/uti de deo ſcriptura ꝑ ſĩlitudi/
nes & metaphoras loqui nos docet/quãto ab minima quaq; ſtella ſol median⁹:ita eoq; plagas/
quas in paſſione ſuſtinuit/aſpicit toto reliquo corpe ſpãli quadã claritate lucidiores: e quibus
ꝑcioſiſſimi ſanguinis fontes eruperunt:qđ fuit noſtræ redẽptionis ꝑciũ ſingulare:de quo dicit
Apl's:Empti enim eſtis ꝑcio magno. Illud igit̃ uerũ eſt ſalutare:qđ poſt reſurrectionẽ Chriſt⁹
i. ad co/ ipſe corporeis oculis in ſuomet corpore lætabũdus perſpexit: oſtẽdente deo:ideſt meritũ/fru
rin.vi. ctũq; paſſionis eius illi prout per eũ ſenſum cape poterat/ inſinuãte. ¶ Verũ enim uero in cor A
dibus infidelium aut nõ ſatis fide cõſtantiũ/aliqua poſſet hæſitatiõis ſcintilla manere. Ex præ/
miſſis quidẽ admittendũ eſt/aĩam Chriſti ex dolore ſenſuum/& cogitatione earum/q̃s prædi
ximus/rerum cõtriſtatum/afflictũq; fuiſſe:neq; aſſiſtentẽ unitamq; ſibi diuinitatem in hac par
te opem illi tuliſſe. Sed/ quæ cæteris martyrib⁹/ſanctiſq; uiris in tribulatiõe poſitis ꝑſidia præ
ſtare ſolet ſubtraxiſſe:quo & maius eſſet paſſionis meritũ: & humanæ cõditionis ueritas oſtẽ
Pſalmo deret̃ aptius. Propterea in eius ꝑſona dicit Propheta:Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio.
lxxxvii ¶ Cæterũ cum ad exemplũ mortaliũ omnia feciſſe dicat̃ Chriſt⁹: ut queadmodũ dicit Apoſto
i. Pet. ii lus/ & nos ſequamur ueſtigia eius. Quid eſt ꝙ tantũ oſtẽdit in ſola tormentorũ & acerbæ mor Quã ob cau
tis cogitatione timorẽ:ut fracto ꝓpe animo corporeis uiribus cõſternatus uideretur:uſq; adeo ſam Chriſt⁹
quidẽ ut præter morẽ humanum cũ ſudore ſanguinem toto ex corpore afflictiõis eliceret ma inſtãte mor/
gnitudo & nõ ſemel atq; iterũ: ſed tertio quoq; patrẽ rogauerit:ut ſi fieri poſſet ab eo tã amarũ te tediũ & pa
calicẽ transferret:cum alioqui licet in ea parte deſertũ ſe iri a diuinitate/ & omni ope deſtitutũ uorẽ oſtdit.
cerneret:de reſurrectiõe tamẽ & glorificatiõe certus erat:& fructũ tam uberẽ ex tã parui labo
ris tolerantia præuidebat. Nunqd igit̃ abiectiore ſe eſſe animo oſtẽdere debuit:qui tã cõſtãtes
Mat. x. Apoſtolos ſuos & ſequaces eſſe ꝓcepit/dũ dixit. Nolite timere eos qui occidunt corpus. & rur/
Mat. v. ſum:Beati eritis cum male dixerint uobis hoĩes/ & ꝑſecuti uos fuerint:gaudete & exultate &c.
&Lu. vi & iterum:Niſi granũ frumẽti cadẽs in terra mortuũ fuerit:ipſum ſolũ manet/& quæ ſequunt̃:
Io.xii. Num & ducẽ ipſum demiſſiore animo eſſe decuit ſuo milite qui dicebat: Cupio diſſolui & eſſe
Ad phi cum Chriſto:aut Andrea/qui ſe crucis ſuppliciũ non modo nõ horrere/ſed deſiderare teſta/
lipſi. batur:& aliis plurimis:qui neq; Chriſtũ ipſum uiderant miracula facientem:neq; eius doctri/
na inſtructi fuerant:aut uiſibili Spiritus Sancti miſſione cõfirmati:& tamẽ in martyriũ toti ar/
debant:dignoſq; ſe tali ſupplicio a deo fieri toto cordis affectu flagitabant. Num & a morali
uirtute fortitudinis hac puſillanimitate deflexiſſe illum dicemus/aut timiditatis exẽplum ex/
cuſationem ue poſteris relinquere uoluiſſe:cum pro reipublicæ ſalute mortem declinare imbe
cilli:molliſq; & fracti animi eſſe Philoſophi omnes cõſentiant. Quale igit̃ nobis exẽplũ Chri
ſte præbes dũ hæc facis. Reuela ſi placet oculos intellectus noſtri/ut ſic aperta ſint nobis pro/
fundiſſima hæc myſteria:ne quid in mentibus noſtris relinquatur ambiguitatis/nihil perple/
xitatis/ nihil difficultatis. Quãuis enim uerũ hominẽ oſtendere te nobis par fuerit:nõ imbecil
lum tamẽ aut timidum/puſillanimẽ ue/ſed fortem & cordatum atq; cõſtantiſſimum.
¶ Vt igitur hæc abs te intelligam⁹/teq; aperiente clara luce fiant perſpicua Singula facta tua B
attente ſunt ex Euangelica hiſtoria percurrenda/diſcutiendaq;. Et illud ante oĩa præſuppon ẽ
dum:oportuiſſe redemptorem ipſum omnia/quæ de eo credenda erant/ueris atq; apertis ſi/
gnis/argumẽtiſq; demõſtrare:quæ alioqui noſtræ capacitati ſi nõ impoſſibilia creditu/erãt ta/
men difficillima. Deum itaq; in primis ſe uerũ eſſe/& patri coæternum cõſubſtantialemq;/nõ
modo uerbis/ſed factis plurimis oſtendiſſe:ſe ex Euangeliorum ſerie liquet manifeſtiſſime.
Propterea & ipſe dicebat:Si non creditis ꝙ ego in patre/& pater in me eſt:alioqui propter ope
Io. xiiii. ra ipſa credite. & rurſus:Opera quæ ego facio ipſa teſtimonium perhibent de me. Humanita
Io. v. & tem autem facile fuit omnibus perſpicere:ſed quo pacto eſſet coniuncta diuinitati: agnoſcere
x. perfecte datum eſt paucis:his ſcilicet quibus ipſe uoluit reuelare. quippe qui dixit: Nemo no/
Mat. xi. uit filium niſi pater:neq; patrem niſi filius:& cui uoluerit filius reuelare. Qui igitur de illius
& Lu.x diuinitate nihil crediderũt:his illum humanas miſerias ſuſtinuiſſe haud facile perſuaſum eſt.
Sed qui illum deum ſimul & hominem fuiſſe fatentur:his quo pacto id fieri potuerit:plurima
quæ prædiximus/argumẽta nõ modo ambiguum/immo pene impſcrutabile reddiderũt. Idq;
nullo poterat alio argumento demõſtrari:q̃ ſi Chriſtus ipſe & uerbo & geſtu/expſſiuoq; men
tis indicio aliquo/aperte oſtendiſſet. Enimuero ſi qs podagra/aut alio quouis interiore morbo
laborantẽ ridere/iocari/ludereq; uiderit:nullũ aut perexiguum dolorẽ afferre morbũ indica/
bit. Contra uero q ore diſtorto eiulare/plãgere/uultu atq; oculis mœſticiam atq; afflictionem
patefacere intuetur: aſperrimum/acutiſſimumq; iudicat eſſe dolorem. ¶ Quo igitur modo/
(quod creditu facillimũ erat) perſuadere Saluator potuiſſet:& hæreticorũ dogmata cõfundere

quos omnium præſcius nihil ſe paſſum in humana carne affirmaturos ſciebat: ſi non ſignis/
inditiiſq; aptis ne dum uerbis: dolorũ & anxietatum ſuarũ magnitudinẽ/grauitatemq; oſtẽdiſ
ſet. Idq; uſq; adeo fuit neceſſariũ: ut ne nunc quidẽ Maumericæ ſupſtitionis improbis ſectato/
C ribus hoc pſuaderi ulla rõne poſſit: & ex chriſtianis exitent non pauci. ℣ Igiẽ quæ in ea parte
geſſit Saluator noſter: pro loco & tpe fuere neceſſaria: ſicuti & ueritatẽ reſurrectionis ut teſta
tiorẽ faceret: In cõſpectu diſcipulorũ mãducauit & bibit: glorificatũq; corp⁹ nõ luminoſum &
ſubtile/uti erat/ſed quale prius q̃ moreretur habebat: inſpiciendũ/palpandũq; pbuit. Talibus
itaq; argumentis doloris grauitatem indicare illum nobis conueniens fuit: cum alioqui forti/
tudinem/inuictamq; animi conſtantiã aliis pleriſq;/& frequentiſſimis quidem argumẽtis oſtẽ Mar. x/
diſſet. Quippe qui ſe morti cum opportunum tempus indicauit: uolens obtulit: proditoriq; & iiii. & Io
ſatelitibus proceſſit obuiam: & Petro primum diſſuadere conanti/acerbe & cum uerborum annis. x
acrimonia: immo & conuitio reſpõdit: Vade poſt me Sathana: non ſapis quæ dei ſunt. Et dum viii.
gladium exemiſſet: ſeruumq; principis ſacerdotum percuſſiſſet: illum increpuit: Pilatoq; & He Matth.
rodi dimittere illum cupientibus nihil reſpondit. Et pleraq; id genus extant eius facta: quibus xvi.
forti/conſtantiq; animo mortem ſe ſuſtinere uelle demonſtrauit: horrere uero mortem timi/
ditatis non eſt/aut puſillanimitatis/ſed humanæ potius infirmitatis/naturaliſq; neceſſitatis:
dum tamen ubi ad meliora eſt profutura: non uitetur: ſed uincatur paſſio naturalis humana ra
tione. Vbi uero neq; cauſæ/neq; temporis/neq; loci/neq; occaſiõis ratio mortem appetendã/
ferendam ue ſuadet: obiicere ſe uoluntario periculo/temeritatis eſt/ non fortitudinis. Hac igi
tur ratione a perſecutoribus quandoq; ſe Chriſtus abſcondit/nõnunq̃ ab eorum finibus exceſ
ſit: & ex eorum manibus aliquando eſt delapſus. Poſtea uero ubi uenit plenitudo temporis: il/
lorum furori ſe ſponte permiſit: ita et ea/quæ modo diximus/prout res aut tẽpus exegit: exi/
D ſtimare debemus fuiſſe facta. ℣ Atq; ſi exemplis/licet humanis uti: his mihi fuiſſe uidetur ſi/
Exemplũ fa/miliare. millimus: qui tragedias/aut comœdias in ſcœnis decantant: aut ludricam artem exercẽt. Parui
ſiquidem ueli tegmine obumbrati/dum uoces diuerſas confingunt: plurium perſonarum offi
cia unico exprimunt inſtrumento: modo puerili: modo feminea/modo uirili uoce: geſtuq; ſer/
monem aptantes: cum tamen unius hominis hos omnes actus eſſe/aſtantes intelligant. Ita me
dius fidius Saluator noſter: quo & dei partes manifeſtaret: & cũcta ad ueri uiatoris ſtatum per/
tinentia munia obiiſſe ſe palam faceret: uaria edidit opera: nobis pro tempore & loco (uti res
E expoſtulat) imitanda. ℣ Hoc & doctor ille ſupremus gentium faciebat: qui ſe ſapiẽtibus & in/
ſipientibus debitorem/factumq; ſe omnibus omnia/profitebatur: rideręq; cum ridentibus/&
flere cum flentibus alios hortabatur. Ipſe quoq; nõnunq̃ uitæ tedio/& perſecutionum magni
tudine/liberari deſiderabat uinculo corporis: nõnunq̃ mori recuſabat quo miniſterium ſuum
impleret. Eaq; ratione ut mortem uitaret/ſchiſma inter perſecutores diſſeminauit: Cæſarẽ ap ii. ad co
pellauit: per murum in ſporta demiſſus inſidias uitauit. Et idem tamen ipſe certo cum mortis rin. i.
periculo renitentibus etiam fratribus Hieroſolimam proficiſci uoluit: & ſæpe aľs intentata Actuũ
morte intrepidus ſeſe perſecutorum furori uolẽs permiſit. Idem quoq; pro temporum & lo/ xvii. &
corum diuerſitate/quandoq; ſe nihil eſſe dicebat: & ad infimam uſq; & deſpectam ſortem ni/ xxv.
mia humilitate deiiciebat ſeſe. Quandoq; uero de ſuo genere/de gente/de natione/de diuina ii. ad co
inſuper uocatione/de reuelationibus & cæteris prærogatiuis/doniſq; gratuitis/gloriabatur. rin. xi.
Rurſus quodam loco minimum ſe dicit Apoſtolorum/nec dignum eſſe qui uocetur Apoſto/ Act ix.
lus. Interdum uero cæterorum cedit nemini: uerum & Cephæ/qui omnium princeps erat/in &. xxi.
faciem reſiſtere auſus eſt: nec ab homine uelut ille & cæteri Apoſtoli: ſed a deo Euangeliũ ac ii. ad co
cepiſſe ſe profitetur. Et deniq; ſi quis eius geſta in actibus Apoſtolorũ/& in epiſtolis ſuis ſcri/ rin. xi.
pta/diligenter obſeruauerit: inueniet proculdubio magiſtri ſui mores/ſingulaſq; actiones in &. xii.
hoc maxime illum fuiſſe imitatum: ut ſe uel magnanimum/uel puſillanimem/fortem conſtã
temq;/uel demiſſum/humilem/uel elatum/mitem/uel auſterum & rigidum (prout res exige
bat) oſtenderet: quod omnibus perfectis/præſertim maiorib⁹ prælatis maximo eſt documẽto.
F ℣ Sed qui uicinum terræ nauigantes ſeruare conſtitueramus curſum: & ipſam quodammodo
Ad ſenſũ lit teralẽ reſolu tio oium pdi ctorum com pendioſa. oram littoris ſtringere: in altum neſcio quo modo undarum nos uiolentior æſtus abduxit.
℣ Vt igitur tandem ad Euangelii uerba redeamus: quæ tantæ diſceptationis materiam attule/
re: ea/quæ de Saluatore tam infante/q̃ puero/ Lucas ſcripſit/ita ſane intelligi poſſunt: ut quod
primum dictum eſt eum ab infantia plenum fuiſſe ſapientia: de æterna atq; increata ſapientia
dictum intelligamus: quæ eſt (ut iam diximus) uerbum ipſum: uel ſi de creata intelligi nolu/
mus: ad habitum quẽ ex infuſione gratiæ in ipſa diuini uerbi unione anima conſecuta eſt/refe
ramus. Quod aũt hic dicit: q; pficiebat ſapientia/aut ad opinionem hominũ: aut ad exercitiũ/
atq; expimẽtũ

atq; experimentum/uel nouam aliquam cognitionem/quam ex tolerantia humanarum miſe
riarum / & exhibitione piorum operũ conſequi poterat/reſpicere. ¶ Quod & de gratia/pari
quoq; ratione eſt dicendũ/ipſam ſcilicet animã Chriſti beatiſſimã ab creatione ſua plenã fuiſ/
ſe omni gratia gratum faciente/diſponente & proficiente:quanti ſcilicet capere creata pote/
rat anima. ¶ Quod autem hic dicitur: Ieſum non ſolum apud homines/uerũetiam apud deũ A
gratia profeciſſe:ſic intelligendum eſſe:ut opera eius meritoria/quæ deus ab æterno præuide
ps.l. rat/acceptauerat q;/etiam dum ædita fuere/& in eſſe producta:ex perſona uiatoris particulari
acceptatione grata/rataq; habuiſſe: Et hoc modo intelligi poſſe : quod Propheta dicit: Tunc
ſcilicet tempore paſſionis acceptabilis ſacrificium iuſtitiæ:illorũq; intuitu ex ſua bonitate atq;
clementia/& humano generi culpam a primis parentibus contractam cõdonaſſe:& occluſam
paradiſi portam eo ipſo Chriſto duce aperuiſſe:& uaria deniq; illi beneficia contuliſſe:ipſi ue/
ro Chriſto uti uiatori ad omnia/quæ in humana carne egit/paſſuſq; eſt/aſtitiſſe:maiorẽq; gra
tiæ efficaciam in oculis hominum (prout res exigebat) contuliſſe:ad extremũq; ſuperatis mor
talis uitæ laboribus/animæ a corpore ſeparatæ claram integram atq; totalẽ ſuæ diuinitatis ui/
ſionem & fruitionem/quam prius in ſtatu uiatoris habuerat/in ſtatu perfecti & puri compræ
henſoris cõfirmaſſe/atq; ampliori modo tribuiſſe : ita ut in omnes ipſius animæ potentias q̃s
a corpore ſeparata retinebat pleniſſime/perfectiſſimeq;:quod prius non faciebat/redũdaret/
atq; deflueret. Deinde uero corpus immortalitate:& cæteris/quas prædiximus dotibus illuſtra
tum illi rurſus cõiunxiſſe. Et ne his dũtaxat/quæ cæteris beatis comunes erunt/ſed abſq; ulla
comparatione maioribus:iuxta illud propheticum/quod iam ſæpe retulimus: Dilexiſti iuſti/
tiam:& odiſti iniquitatem:propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis/
i deſt ſupra omnes creaturas. Eoq; pacto glorificatam humanitatem uerbum diuinum illi uni/
tum in cælũ tuliſſe : & in throno ab æterno illi parato collocaſſe:in ſinguliſq; dum facta ſunt:
noua ſemper in cælo gaudia/nouamq; lætitiam & iubilationem inter cæli ciues exortam:quæ
ſi eſſentialem beatitudinem ipſi Chriſto ex humanitatis parte nullam nouam tribuerent:acci
dentalem tamen:& qualis Angelis beatorumq; ſpiritibus accreſcere poteſt/tribuebant.
¶ Quæ omnia qualia ſunt:aliquando clara luce cernere/intueri/atq; intelligere/ipſe idẽ tri/ B
Io. xiiii. buat:qui Apoſtolis ſuis dixit: Qui diligit me/diligetur a patre meo:& ego diligam eũ:& ma/
nifeſtabo ei meipſum Idq; ut cõſequi poſſimus:pia eius/intemerataq; mater ſuis meritis/atq;
interceſſionibus impetrare dignetur : cuius immaculatæ cõceptionis octauum diem ex ſanctæ
Romanæ Eccleſiæ inſtituto celebramus. Ad ipſius eiuſdem filii ſui in primis gloriam & hono
rem: Qui cum patre & ſpiritu ſancto trinus & unus uiuit & regnat in ſecula ſeculorum.

¶ Finis quinti & ultimi tractatus in ſecundum
caput Euãgelii Lucæ ſcdm ſenſum moralem.

¶ Sequitur tractatus primus in tertium caput Lucæ.

In explanationem Tertii capitis Lu cæ Euangeliſtæ. Tractatus primus.

C Continuatio RESCRIPSIMVS in ſuperioribus huius euãgelii capitib⁹ pœni
tentiũ ſtatũ dum Eliſabeth atq; Zachariæ geſta retulimus. Proficien
tium aũt/ ꝑfectorumq; initia in cõceptu/ortuq; ꝓcurſoris/atq; Salua/
toris attigimus. In his quippe horum ſtatuum typũ ab initio cõſtitui/
mus: tãetſi pro locoꝝ uarietate (uti eſt ad plures ſenſus ſcriptura ſa/
cra flexibilis) ẽt alioꝝ ꝑſonas ipſorum ſtatuũ ſingulos nobis repſita/
re dixerimus: utpote Paſtoꝝ/ Magoꝝ/ Symeõis/ & Annæ ꝓphetiſſæ:
Mariã quoq; matrẽ Saluatoris ad oẽs ſtatus conueniẽs & nomẽ & offi
cium habere oſtẽdim⁹, q̃q̃ ad ꝓficiẽtes frequẽtius accommodetur. Et
eos quidẽ: qui ꝑfectionis gradũ aliquẽ ſunt aſſecuti: ſummũ enim atq; conſumatũ ſoli Chriſto
tribuendũ putamus. Neq; tñ ex hac ſtatuum ꝑmixtione confuſionem eoꝝ aliquã fieri quiſquã
ſuſpicari debet: adeo eñ ſibi ſunt inuicẽ cõnexi: ut ſupremo indeſinẽter cohæreãt priores duo:
medius uero & a ꝑmo nõ diſcedat: & extremum attingat. Primus quoq; in mediũ cõfeſtim ꝓrũ
pat: ad extremũ ꝑuenire geſtiens. Quæ ſane oĩa tãetſi alio loco in ſupiorib⁹ a nobis tacta fue/
rint. Iccirco tñ & in hui⁹ capitis initio repetẽda duximus: ne aut uariaſſe nos a priore inſtituto:
aut ſubſequẽtia ꝓcedentib⁹ aduerſari/ quiſq̃ arbitret̃. ⁋ Atq; illud ex antecedẽtib⁹/ ſubſequẽ/
D tibus ue agnoſcere ſcrutator qſq; facile poterit. Primũ qdẽ ſtatũ a ſcđo tũ deſeri/ cũ tertiũ iam
Connexio ingredi ſecũdus ipſe cœpit. Et ob id poſteaq̃ ꝓcurſor circuncíſus eſt/ nomẽq; illi impoſitũ: reli
triũ ſtatuũ ctis parẽtibus in deſertũ cõtulit ſeſe: neq; deinceps ulla eoꝝ habet̃ mẽtio: non quominus ꝓfi/
uiatoris. ciens oẽs pœnitentis actiones exerceat/ quippe illis uehementius incũbere eũ oportet/ ſed quo
ex pœnitudine/ ꝑfectaq; peccati cõtritione deletã eſſe culpã intelligam⁹: Sicuti ex Dauid teſti/ ii. Reg. xii.
monio/ atq; exẽplo in ſupiorib⁹ eſt oſtẽſum: cui ſimul atq; reatũ eſt cõfeſſus: ex dei mãdato re/
miſſum eſſe/ ꝓpheta rñdit: qđ & ipſe poſtmodũ beneficii memor in pſal. cõteſtatus eſt. Ait eñ Pſalmo
Dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã meã dño: & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quæ xxxi.
uero pniæ opa deinceps ad deũ cõuerſus peccator/ culpa liber facit: aut ad pœnam tpalem mi
nuendã/ abolendã ue ptinent: aut ad uitandã in poſterũ impietatem: aut deniq; ad gr̃æ augumẽ
tum: ꝑfectioniſq; cõſequẽdũ gradũ. Et ob hãc (ni fallor) cãm q̃uis ad deſertũ accedẽs Ioãnes pa
rentes relinquat: Chriſto tñ a conceptu ad ſuã uſq; conſumationẽ ſic coheret: ut cõceptus/ atq;
adhuc in utero mr̃is clauſus ab eodẽq; ipſo Saluatore uix dũ incarnato uiſitetur/ excitet̃/ robo
retur. Natiuitatẽq; illi⁹: huius haud ita multo poſt natiuitas ſubſequat̃. Et deniq; ꝑdicatio ꝑdi/
E catiõẽ: neq; multo poſtea tpis interuallo mors mortẽ. ⁋ Quæ uero a Ioanne uita defuncto a
Saluatore geſta ſunt: nõ amplius ad pœnæ tpalis remiſſionẽ/ aut culpæ cautelã: ſed ad gr̃æ/ glo
riæq; augumẽtũ/ conſumationẽq; uiæ/ & proinde ad ꝑfectionis ſtatũ penitus referunt̃. Nã quæ
uiuẽte Ioanne Chriſt⁹ geſſit/ cuius ꝑfecta oĩa fuere opa/ nõ palã atq; in apto: ſed inter domeſti
cos/ pauciſq; adhibitis teſtibus geſta fuere. Quin & ab eodem ꝓcurſore pniam ꝑdicante ad cæ/
teroꝝ exẽplum nr̃amq; eruditionem baptizari Saluator uoluit: ut ex ſequentib⁹ fiet ꝑſpicuũ.
Opa pniæ in ꝑ hoc nobis oſtẽdere uolens: dũ in pniæ opibus poſt culpã remiſſam/ gr̃amq; cõſecutam ꝓfici/
occulto fieri mus: nulla ꝑfectionis argumẽta niſi in occulto mẽtis/ & cũ domeſticis fidei/ oñdere oportere.
debẽt. Sed demũ poſt cõſumatũ rite/ atq; ex ordine ꝑcurſum pniæ ſtadium: corpuſq; capitis abſciſiõe
extinctũ/ ideſt ſupbiæ atq; cupiditatis/ quas cæteroꝝ ſcælerum caput atq; originem eſſe cõſtat
F mortificatione/ ſenſus/ motuſq; animi penit⁹ caſtigatos & ſpũi ſubiugatos. ⁋ His itaq; ad in/
ſradicendoꝝ elucidationem ꝓmiſſis ad euãgelicã hiſtoriam accedẽtes/ q̃lis fuerit huius ꝓcur/
ſoris/ in quo ꝓficientiũ cõſtituimus ſtatũ/ uita/ conuerſatio/ exituſq; diſcutiamus. Ex qbus quo
pacto in uia ſalutis ꝓficere poſſumus: pleniſſimam ꝓculdubio conſequemur eruditionẽ. Et qm̃
Diuiſio hui⁹ ex cæterorum euãgeliſtaꝝ/ qui oẽs de hoc ꝓcurſore ſcripſerũt/ dictis nõnulla huic ſunt adiiciẽ
tertii capitis. da: quæ ad noſtrum inſtitutũ maxime ptinẽt: in tres tractatus oĩa diſtribuemus: Lucæq; uerba
eodẽ quo hucuſq; ꝓceſſim⁹/ mõ explanãtes/ quæ ex reliquis ad ſingulos tractatus ptinere ui/
debuntur/ cõgruo afferemus loco. Erit itaq; de Ioannis uita/ & miſſione tractatus primus. De
eius uero ꝑdicatione/ doctrina & baptiſmo ſcđs. Et de Chriſti indicatione/ manifeſtatiõeq; ter/
tius. In quo & cõſumationẽ uitæ ipſius ꝓcurſoris includem⁹. Quæ enim in carcere poſit⁹ egit:
ad eã quoq; partẽ ptinẽt. Cũq; Lucas ab hoc ordine nõnihil deuiare uideatur: quippe qui ipſi⁹
Ioãnis incarcerationẽ baptiſmo Saluatoris ꝓpoſuit: rei poti⁹ geſtæ ſeriẽ ex aliis: q̃ ex hoc lr̃æ
cõtextũ iſequemur. ⁋ Primũ igit̃ tractatũ quo ingreſſuris nobis ex initio uerboꝝ Euãgeliſtæ
noſtri haud

noſtri haud ocioſa occurrit inqſitio. Cũ enim doctiſſimi & circũſpecti hyſtoriographi more Queſtio ad
Euangeliũ Lucas:& poſtmodũ actus quoqꝫ Apoſtoloꝝ uſqꝫ ad quartũ Neronis annũ cõſcripſe litteram.
rit:qd potuit eſſe cauſæ:cur in hoc tertio capite tꝑs noiaqꝫ tũ Monarchæ:tum eius/q ſub eo In
deam ꝓcurabat/ꝑſidis:tũ Tetrarcharũ/qui reliqs paleſtinæ ꝓuinciæ partibꝰ imperitabãt:tũ ue
ro ꝑncipum qui per id tꝑis ſacerdotio ꝑerãt:tã accurate deſcripſit: ut neqꝫ in Euangelii initio:
neqꝫ in ortu Saluatoris:neqꝫ alio ullo in loco tãta ſolertia in tẽpoꝝ deſignatione ſit uſus. Siqui
dem in euãgelii exordio regnãtis dumtaxat regis/nõ etiam regni annum ꝑmiſit. In Saluatoris
uero natiuitate nomẽ monarchæ & ꝑſidis tantũmodo exꝑſſit:neqꝫ tñ:abſqꝫ ſũma rõne(ut iã fre
quenter diximus)factũ eſſe credere debemus. Et qq̃ dũ primam ꝓcedentis capitis partẽ proſe/
qremur: nonnulla nobis circa hæc dicẽda occurrerunt:maiorẽ tñ diſcuſſionẽ/maior ampliorqꝫ
deſcriptio deſiderare uidet̃. Ob idqꝫ in hũc locũ cætera reſeruãda ꝓpoſuimus. ¶ Igit̃ ad litte/ B
ralem intelligentiã illud in primis nobis occurrit dicendũ: qđ a nõnullis tactũ:potius q̃ aperte
traditũ cõperimus. Quæ eñi in ꝓcedentibꝰ duobꝰ capitibꝰ relata fuere:ad initia noſtræ ſalutis
ꝑtinent:& ꝓludia q̃dam atqꝫ delibamẽta ſunt ſubſequẽtiũ myſterioꝝ. Hic uero ea narrare inci
pit Lucas:quæ ad cõſumationẽ ſacroꝝ oium noſtræ redẽptionis accedere dignoſcuntur. Pro/
pterea ut & eoꝝ/quæ priꝰ geſta fuere/fides cõfirmet̃: & poſteriꝰ dicenda fiãt certiora:cõgrua
fuit hæc tẽpoꝝ tãta cũ diligẽtia/hoc loco deſcriptio. Enimuero quæ de Ioãnis cõceptu/ortu/
& circũciſione dicta ſunt/oñi ſane admiratione & diuina oꝑatione plena:ex tꝑis diuturnitate
exoleuiſſent:niſi is/cuius tantã ſpem/atqꝫ expectationẽ admirãdus cõceptus/& ſtupẽda in eius
ortu ſigna dederãt/in lucem tandẽ ꝓdiiſſet. Et dignũ aliqd tanta expectatione edidiſſet:pariqꝫ
imo etiam multo maiori rõne Saluatoris impſcrutabilis cõceptio diuinituſqꝫ denũciata natiui/
tas/& ꝓnuntiata in futurũ opeꝝ magnitudo euanuiſſent: ſi nõ poſtmodũ fuiſſent adimpleta:
Quæ oĩa quo ordine geſta ſunt cũ narraturus ſit Euãgeliſta: tꝑs quoqꝫ ex principũ/magiſtra/
tuum/& põtificum denoiatione auſpicari fuit cõuenientiſſimũ:ut eo magis fabulæ ſuſpitione
uacaret narratio:quo eoꝝ tꝑibꝰ geſta hæc fuiſſe appareret:qbꝰ manifeſtiſſima eſſe oportebat:
cõuinciqꝫ mendaciũ/ſi qđ in narratione admiſſum eſſet/uel ex tempoꝝ ſuppurtatione/uel ex
tot/tãtorũqꝫ principũ/magiſtratuum/põtificũqꝫ auctoritate poſſet. ¶ Eqdem Tyberiũ Cæſa C
rem monarchã ad qntũdecimum imperii annũ ꝑueniſſe eo ꝑtinet:ut pacatũ illius imperiũ/ſta
bilitũqꝫ itelligamꝰ. Quod ubi accidit:ad diſqrenda:quæ in ſingulis ꝓuinciis agunt̃:quæqꝫ eue
niunt:ſollitiores eſſe ꝑncipes ſolent. Nã in principatꝰ initio ad confirmãdos/continendoſqꝫ in
fide populos/& ſtabiliendũ undeqꝫqꝫ aduerſus finitimos imperiũ ꝓſpicere illos primũ opor/
tet:proindeqꝫ recognoſcendis/recenſendiſqꝫ exercitibꝰ/conſtituẽdis aut cõciliandis ꝑncipibꝰ/
ducibuſqꝫ/muniẽdis urbibꝰ/atqꝫ oppidis/parãdis claſſibus:alliciẽdis/ꝓmerendiſqꝫ amicis ac ſo
ciis:hoſtibꝰ deniqꝫ uel ad defectionẽ/aut bellũ ſpectãtibꝰ arcendis:tꝑs omne cõterũt. Cætera ue
ro ocioſa ducũt. Propterea nec ꝑus Octauius Cæſar/q & Auguſtꝰ/deſcribendũ orbẽ edixit:q̃
ſumma in pace/trãquillitateqꝫ annos cõplures impio potitꝰ eſſet. ¶ Et ne ab urbe Roma Iu/ D
deã longe abeſſe/ꝓindeqꝫ haud facile Tyberio innotuiſſe/quæ in illa gerebant̃/qſqꝫ obiice/
re poſſet:ea ꝓſertim quæ ad iperii ſtatũ nihil attinerẽt:eius ꝑſidis nomẽ exprimit̃:q illius uice
Iudeam ꝓuinciã ꝓcurabat:quẽ pro more ea/quæ in ſua ꝓuincia nõ mõ ꝓdigioſa & admiranda
imo etiã rariora/& nouitate aliq̃ curioſo principi placitura uidebant̃/ſcripſiſſe uero eſt ſimil/
limũ:& ſi non ꝑncipi/ſenatui ſaltẽ/aut amicis & fautoribꝰ amicitiæ/ac familiaritatis iure. Hæc
enim eoꝝ/qui ꝓuincias regebãt/cura erat ꝓcipua: ut & diligẽtiã conteſtarent̃ ſuã:& ꝑncipum
grãm ſibi conciliarẽt:amicoſqꝫ ueteres cõſeruarent:& nouos quoqꝫ cõpararẽt. ¶ Verũ ne infi
delibus atqꝫ incredulis Iudeis hæc relinqueret̃ cauillãdi materia:qꝫ Pilatꝰ hæc ueluti ſupſtitio/
ſa & uana cõtẽnẽs/digna non putauit:quæ ad Cæſarẽ ſenatum ue ſcriberet: quippe qui ex his
q̃ ad Iudeoꝝ ſectã ſpectarẽt/q̃lia hæc erant/curaret nihil/minuſqꝫ crederet:cæteroſqꝫ ꝑncipes
in ea ipſa regione/in q̃ hæc agebant̃/impitãtes cõmemorat: quos Iudeoꝝ ſectã ꝓfiteri palam
erat:& nõ unũ dũtaxat/aut alteꝝ/ſed tres ſimul/atqꝫ eodem tꝑe pariqꝫ ꝑtãte ꝑditos noiat:ne
ab uno/aut duobꝰ neglecta dici res poſſit. Q đ ſi(ut plerũqꝫ euenit)ſæculares ꝑncipes non mõ
gentiles:uerũ & uerã fidẽ ꝓfitentes parum hæc/quæ ad religionẽ ſpectabãt/curaſſe ꝑtinaciter
contẽdat infideliſſimus/atqꝫ ſaxeus qſqꝫ:nõ potuit negociũ iſtud tã nouum/tã rarũ/tam publi
cũ/tã admirabile/tãqꝫ ad religionẽ ꝑtinens:ſacerdotũ principes latere: ubi ꝓſertim apud duos
eiuſdem ſacerdotii uel ſimul/uel alternatim ſũma erat ꝑtãs. ¶ Tot igit̃ tantiſqꝫ & talibꝰ in ea
regione(dũ hæc agerent̃)ꝑncipibus tũ ſæcularibꝰ/tũ ſacerdotalibꝰ/ſũma auctoritate fungẽti E
bus:qs ea/quæ uniuerſam cõmouerũt ꝓuinciam/aut ignoraſſe eos putauerit:aut cognita negle
xiſſe:& uti ad unumquẽqꝫ ꝑtinebat:ita maxime q̃lia eſſent/intelligere noluiſſe. Idqꝫ ab his ipſis

ſacerdotũ principibus factum euãgelica cõteſtat̃ hiſtoria. Nã & ex phariſeis pitiores quoſdam
ab his ipſis ad Ioannẽ miſſos fuiſſe cõſtat:q̃ eũ q̃s eſſet/& qua in ptãte baptizaret/accurate in/
terrogarent Horodes quoq;:& ſi inſidiãtis adulteræ furiis agitat⁹ Ioannẽ in uincula cõiecerit & Mar.vi.
tãdem morte mulctauerit:eũ tñ ob ſanctitatis opiõe & metuebat:& obſeruabat. Ieſum quoq;
q̃ tam multa de eo audiſſet:ex multo tpe uidere cupiebat. Illũq; Pilat⁹ omni ſtudio dimittere Lucæ
conat⁹ eſt:ſciens q̃ p inuidiã accuſaret̃. Et ꝑinde q̃ nihil morte:ſed admiratione digna pluri/ xxiii.
ma feciſſet. ¶ Quæ cum ita ſint ꝑuaricari in hiſce tã manifeſtis rebus/eaſq; alio/q̃ quo geſta Matth.
ſunt/ordine ſcribẽdo pſuadere uelle ſũmæ fuiſſet tũ temeritatis:tũ impudẽtiæ:imo & demen xxv.
tiæ. Hos eñ/quos Lucas cõmemorat/fere oẽs eo toto triẽnio/quo Chriſtus ꝑdicauit/& adusq; Mar.xx
reſurrectionem eius ſupuixiſſe & utroq; ꝑdicatiõis.ſ. Ioannis & mortis Chriſti/tpe eandem di vii.& Io
gnitatẽ/auctoritatẽq; habuiſſe/ex Euãgelio cõprobat̃. Pilat⁹ q̃ppe Tyberii noĩe Iudeã ꝓcurãs/ annis. x
F Anna & Caypha ꝑncipib⁹ ſacerdotũ accuſantib⁹/ad Herodẽ primũ Ieſum remiſit: & rurſus viii.
ad ſe adductũ capitali ſñia/crucisq; ſupplicio dãnauit. ¶ Quid igit̃ ad fidei/religioniſq; nr̃æ
fundamentũ fieri potuit certi⁹/atq; celebri⁹:q̃ ut iiſdẽ principib⁹ autorib⁹ ille morte mulctare
tur:cui paulo ante Ioannes teſtimoniũ diuinitatis ꝑhibuiſſet: a deoq; ſibi reuelatũ atq; oſtẽſum
cõteſtat⁹ eſſet:quẽ ſane Ioannẽ oẽs uti ꝓphetã:nõnulli ut Meſſiã habuerunt. Hoc inſup tpe &
ſub hiſdẽ principibus/Ioannes ipſe Chriſti ꝑcurſor & paſſim oẽs pniæ baptiſmo abluit/& ad
peccatoꝝ pœnitudinẽ/rectãq; & inocentẽ deinceps uitã inuitauit/& ſpũm ſalutis a Chriſto re
G quirendũ admonuit:Chriſt⁹ uero ipſe ſub hoc ipm tps oĩa ſalutis nr̃æ myſteria cõſumauit.
¶ Multo igit̃ maiorem in hiſce cõſcribẽdis reb⁹ diligẽtiã/curãq;/& circũſpectionẽ Euangeli/
ſtã habere oportuit/q̃ dũ ea que pri⁹ geſta erãt/enarrauit:quo ex tẽpoꝝ/principũq; cõmemo
Moraliter. ratione/rerũ geſtarũ ueritas fieret pſpectior. ¶ Sed & ad moralẽ ſenſum oĩa/q̃ uel ad pœni/
Chriſt⁹ gerit tentiũ/uel ad ꝓficientiũ/uel ad pfectoꝝ ſtatũ ptinent/narrare nunc ſimul Lucas incipit. Ioan/
typũ uiato/ nes q̃dem uitæ auſteritate admirãdus pniam ꝑdicat:eiuſq; uiã docet:& dũ id facit:ſibi cæteriſq;
ris i oĩ ſtatu. ꝓficit. Chriſt⁹ uero ex pctõrũ pſona baptizat̃/temptat̃/luget/exurit/ſitit/patit̃/affligit̃/mo/
rit̃. Et dũ ieiunat/orat/ꝑdicat/docet/cõſolat̃:ꝓficientis officiũ facit. Perfecti uero dũ ægritudi
nes curat/mari imperat/mortuos ſuſcitat/pctã dimittit:aĩamq; ſua ſponte pro oĩb⁹ effundit.
¶ Hæc quippe ſunt q̃ alto atq; ordinatiſſimo ſtilo ſcribere par fuit:quæ p ſe q̃dẽ ipſa tã magna
H ſunt atq; admirãda:ut ea tot⁹ cape nequeat mũdus. ¶ Alias aũt atq; alias pro ſua q̃ſq; opione:
Myſtice. & ꝓut inſpirare dignat̃ de⁹:affert ad myſticũ ſenſum rõnes:uel q̃ ei⁹ geſta Euãgeliſta deſcri/
bere incipit:qui ſũmus erat & rex & ſacerdos:& quo aduenĩete Iudeoꝝ nõ mõ regnũ uerũetiã
ſacerdotiũ erat abolendũ:uel q̃ ad gentiles/q̃ ſub unico Monarcha tunc quieſcebãt:p nouæ le
gis ꝓmulgationem ſub unico paſtore Chriſto monarchia eſſet trãſferenda. Judeorũ uero ſy/
nagoga in plures ꝑncipat⁹ diuiſa diſſoluẽda atq; diſſipãda. ¶ Põt aũt & alia eſſe horũ princi/
I pũ ſignificatio:ut p Tyberiũ monarchã diabolus ſignificet̃:q̃ princeps mundi hui⁹ a dño no/
De numero minat̃. Hic aũt annis iam.xv.orbi impabat/p quem numerũ cõſumatio oĩs iniq̃tatis exprimit̃: Io xiiii.
trinario. ſicuti myſtico ſenſu i Geñ. legit̃/q̃ aquæ diluuii.i.peccati.xv.cubitis excelſos quoſq; mõtes.i.
oẽs q̃ etiã uita & doctrina excellere uidebant̃/ſupauerãt:ſicuti ex.xv. gradib⁹/q̃bus in templũ Ge.vii.
Salomonis aſcenſus erat:& q̃ ab Ezechiele deſcribunt̃ in ſtatera tẽpli/quẽ in ſpũ uidit/totidẽ
uirtutes exprimunt̃:q̃bus hũana pfici uita põt:q̃s dũ charitatis ramos enumerat Apl'ſ:optime Exo. xl.
cõmemorat dicẽs:Charitas patiẽs eſt:& q̃ ſequũt̃. Eaq; pfectio uel ex octonario & ſeptenario/ i.ad co/
De numero uel ex denario & q̃nario cõſtat. Tot ſane gradib⁹ ad beatitudinem aſcẽdim⁹:quot ad ruinã de/ rin.xiii.
ſeptenario. ſcendim⁹. Vnde:ſicuti ſeptẽ dieb⁹ oĩa pfecta ſunt:& ſeptem uirtutib⁹ oĩs opatio bona conclu/
ditur:ita pari quoq; numero concluduntur uitia oĩa Propterea cũ ſeptem dæmonia eiecta eſſe Lu. viii.
dicunt̃:uel iniecta:oĩum ſcelerũ conſumatio ſeu cumulus exprimit̃. Ad hæc aũt.xv.ſcelera ex &.xi.
pianda pari numero pſalmos pniæ tpe ante matutinale offĩm decantari iubet Eccl'ia:quos gra/
duum canticũ appellam⁹. ¶ Hic igit̃ Tyberi⁹/q̃ iã annis.xv.impaſſe orbi dr̃/diabolũ in oĩne
K ſcelus hoĩes traxiſſe ſignificat. Et ne eos dũtaxat corrupiſſe illũ crederes:q̃ erant idolorũ cul/
turæ dediti:Pilati nomen exprimit̃:q̃ eius uice Iudeã ꝓcurabat:ut ibi hoc eſt in iudaico populo
ad ſummũ iniq̃tatis gradũ deuentũ tũc fuiſſe intelligam⁹:q̃uis eñ non apte in Iudea idola cole
rent̃:oĩa tamẽ diuina atq; humana iura ambitiõne atq; auaritia principũ erant cõfuſa:quæ ſa/
ne auaritia (Apl'o teſte) eſt idolorũ ſeruit⁹:iãq; ꝑcario ab magiſtratib⁹ populi romani ipia ſup Adeph.
ſtitiõe præ cæteris excæcati ſacra/cerimoniaſq; legis exercebãt:tributũq; ipſi Monarchæ/id eſt v.
diabolo ſinguli pẽdebant:q̃a oĩs caro corrupat uiã ſuam:& impletũ erat illud Hyeremiæ:Prin Tren .i.
ceps ꝓuinciarum facta eſt ſub tributo:q̃d & principes ſacerdotũ palã ſunt ꝓfeſſi/dum dixerũt: Io.xix.
Nõ habem⁹ regem niſi Cæſarẽ. Enimuero regnum ab illis erat ademptum:neq; amplius oleo
ſancto

Ge.xlix ſancto ungebanẗ reges:ſicuti patriarcha Iacob ꝑdixerat:Non auferet.(inqt) ſceptrũ de Iuda:
nec dux de femore eius:donec ueniat q mittendus eſt.Neq; uero regnũ tpale dũtaxat Romani
principes iudeis ademerãt:uerũetiam regnũ cæloꝝ:&dei ueri piũ/caſtũ/ſanctũq; cultũ Tybe
Mat.xxi rius.i.diabolus abſtulerat.De quo dixit Saluator:Auferet a uobis regnũ. ¶Caput igit regni
Iudeã.ſ.& Hieroſolımã ipſam occupauerat infidelitas tyranniſq; diabolica. Iudea quippe con A
Matth. feſſio interpratat.Deũ aũt iam nõ corde:ſed ore dũtaxat populus cõfitebatur:ſicut eos incre/
xxv.& pãs Chriſt⁹ipſe declarauit:dũ dixit:Populus hic labiis me honorat:cor aũt eoꝝ longe eſt a me.
Mar.vii ¶Sed & cæteras regni Iudeorũ ptes in tres Tetrarchias idẽ monarcha Diabolus diuiſerat:qs
trib⁹non quidẽ ex antiqua Regũ a deo cõſtitutoꝝ ꝓſapia deſcendẽtibus:ſed Herodis Aſcalo/
nitæ impiiſſimi Tyranni liberis diſtribuerat:eoq; mõ neq; nomẽ/neq; gen⁹ regiũ reſtabat am
plius:ſed quæ ſub uno/uel duob⁹regib⁹legitimo ritu conſecratis regi ſolebat:ſub ꝑſide paga
no/& trib⁹ tyranni liberis ab monarcha ipſo cõſtitutis adminiſtrabat:p quos tria principalia
pctã ſignificari pñt:ſupbia.ſ.auaritia/& luxuria:qbus Apl's dicit.Mundũ oẽm eſſe infectum:
noiaq; conueniunt horum Tetracharũ. Herodes enim glorians in pellib⁹ interpratat:p quẽ
(ut alio loco diximus)ſupbia ſignificat:Philippus uero os lãpadarũ:per quẽ carnis cõcupiſcẽ
tia/libidoq; aptiſſime exprimit.Hæc enim lãpadi ardẽti cõparari optima ratione põt.non illi Luxuria ſi/
Iudith ſane qui/ut aliis luceat/Chriſtus in manib⁹ habere ꝓcepit:ſed quæ in ſeipſa ardẽs/alios quoq; gnificat per
iii. incendit.Hæ quippe illæ ſunt lãpades:qbus eũ Holoferni imbecilles populi occurrerũt:nſæ.ſ. ignem.
carnis ſtimuli:q titillatiõe q̃dam ſenſuum uelut igniculos in noſtris ꝑmũ excitãt medullis.Illi
Prouer. uero/niſi cõfeſtim reſtringant/aut ad petrã illidant/ingẽtem poſtmodũ flãmã emittunt. Pro
vii. pterea dicebat de his loquẽs Salomon:nunqd põt homo abſcõdere ignẽ in ſinu ſuo:ut non ue
Ec.xxiii ſtimẽta eius ardeat.&alibi:Homo nequã in ore carnis ſuæ nõ deſinet/donec incẽdat ignem.&
Iudith. de Oloferne ipſo legit:q erat cor eius ardẽs in concupiſcẽtia Iudith.Liſanias aũt natiuitas tẽ/
xii. tationis interpratat:quæ auariciæ/cupiditatiq; rerum externarum icirco aſcribi põt:q teſte
i.ad thy Apoſtolo oium maloꝝ radix eſt/&origo. ¶Sic itaq; in uniuerſa domo Iſrael hæc tum maxi B
mo.vi. me regnabãt uitia:pter illud qd per Pilatũ ſignificat)qd eſt oium lõge peſſimum.ſ.infidelita
tis:qa Tyberii gẽtilis & idolatræ/diabolumq; reputantis ꝓcurator erat:uel ex nois ethimolo/
Pſalmo gia.Os enim maleatoris interpratat:maleus quippe/& incus/& maleator eſt diabolus:qui cũ
cxxviii. induratus ſit obſtinatione peccati:cæteros quoq; obſtinare infidelitatis errore aſſidue nititur.
Iob ulc. Hic eſt enim de quo ꝓpheta dicit:Supra dorſum meũ fabricauerũt pctõres.&de quo in Iob le
gitur:Cor eius indurabit ſicut lapis & ſtringet q̃ſi maleatoris incus. Hic igit Pilatus os ei⁹ eſt
ps.lviii. & inſtrm ſeu uerbũ uel miniſter/qui a fide falſis pſuaſionib⁹ parũ conſtantes auertit:de qbus
ps.cviii. in pſal dicit:Delictũ oris eoꝝ ſermonẽ labiorum ipſoꝝ.&rurſum:Quia os pctõris & doloſi
ſup me apertum eſt.Sed & in clero/uiriſq; religioſis/ac ꝓlatis pter hæc/quæ ꝑdixim⁹/alia etiam
regnabãt uitia.Ex his tñ.originẽ trahẽtia:quæ per Annã & Chayphã ſignificãt:hypocriſis.ſ.
& adulterina doctrina.Anna quippe grãm tollẽs interpratat:qd hypocriſis facit.Qui eñ/ut
iuſti aliis uideant/cũ impii ſint & maligni:opus aliquot alioqui bonũ faciunt:nullã a deo mer/
cedem expectare poſſunt.Acceperũt enim ex humana gloria/ut teſtat Chriſt⁹/mercedẽ ſuã.
Mat.vi. Sicq; & grãm & meritũ ſimul amittũt.Cayphas uero uomẽs ore interpratat:qd ad falſos do
ctores/ꝑdicatoreſq; cæteros erroꝝ inuẽtores/& hæreſum defenſores/accõmodat.Hi enim ſa
cræ ſcripturæ ſenſum/quem deficiente charitatis/rectæq; fidei calore in ſtomacho.i.in arcano
pectoris digerere nequerunt/crudũ/indigeſtũq; euomũt:qd & ſi fetidum ſit & corruptũ:gulæ
Eſa.xix idulgẽtes/& nimiũ cibi auidi rurſus euomitũ:ut canes ſumũt.&de his dr:Errare fecerũt Aegy
&.xx ptum in oi ope ſuo:ſicut ebrius & uomẽs.&rurſum:Sacerdos & ꝓpheta neſciẽt præ ebrietate
viii. abſorpti ſunt a uino:errauerunt in ebrietate/neſcierunt uidentẽ/ignorauerũt iudiciũ:oẽs eñ
menſæ repletæ ſunt uomitu/ſordiũq;:& quæ ſequunt. ¶Ab hoꝝ igit talium principũ ptãte/ C
& humana & diuina iura tũ pendebãt in oi terra Iſrael.Pilat⁹ quippe Iudeã.i.cõfeſſionẽ ueræ
infidelitatis pſuaſione puerterat.Herodes uero Galileã.i.tranſmigrationẽ occupabat:quia ad
pñiam & ueritatis agnitionem tranſire nõ ſinebat.Philippus aũt:cõcupiſcẽtia ſcilicet/libidoq;
carnis/Itruream/q̃ ſublimis/& Traconitidem/quæ cogitatio inſtitiæ interpratat/iuaſerat:qa
Matth. recogitare pctã in fletu/lachrymiſq;:& mõtana atq; ſublimia dei arcana meditari prohibebat.
xiii.Lu. Hæ ſunt enim ſpinæ/quæ uerbũ dei in cordib⁹hoium enatũ prius q̃ radices ſumere poſſit:ſuf
viii. focant & enecãt. Similiter & liſanias.i.auaritia abilinæ dñat:quæ lugẽs uel plorãs interpræta
Matth. tur:qa aiam peccatricẽ/& ſi peccatũ agnoſcat:pñiam tñ agere nõ pmittit:quippe quæ reſtõnẽ
xix. male partoꝝ ꝓhibet:q̃ eſt pñiæ pars potiſſima.Quã ob cauſam Saluator ipſe diuites haud fa/
Mar.x. cile ad regnũ cæloꝝ dixit poſſe puenire.Sacerdotes uero humanæ gloriæ:pecuniæq; cupidita

te excæcati dū ſanctitatem ſimulāt hoīes falſa pſuaſiōe decipiūt: ſacraqꝫ eccleſiaſtica licitant: Mat.xv.
& diuina omnia impudēter prophanāt: cæciqꝫ alios æque cæcos in foueam interitus trahunt. & Lucæ
D ¶ Hoc igit̃ in ſtatu cū humanæ res eſſent: nihilqꝫ amplius in terris ſanctū inueniret̃/nihil pu/ vi.
rum/innoxiū nihil: Sed ꝓpheticū uerbū adimpletū eſſet: Oēs declinauerūt ſimul: inutiles facti ꝑs.xiii.
ſunt: nō eſt ꝗ faciat bonū: nō eſt uſqꝫ ad unum. Oportuit primū per Ioāuē/ideſt grām dei præ/
ueniētē pniam orbi ꝑdicari: deinde per Ieſum/ideſt ꝑ Saluatorē ſeu grām ꝑficientē/ambulātē
in tenebris & in umbra mortis: orbē lumine fidei & charitatis illuminari: ne ſi morā diuturnio
rem faceret: inexpiabili ſcelere inqnaret̃ humanū genus: ſicut ipſemet per os ꝓphetæ dicit: Sa Pſalmo
crificium & oblationē noluiſti: neqꝫ holocauſtū pro peccato poſtulaſti: tūc dixi: Ecce uenio. ac ſi xxxix.
aperte diceret: cū iam eo humana ꝓceſſiſſet malicia: ut nullis ſacrificiis: nullis holocauſtis/nul/
lis deniqꝫ ſuffragiis humanis expiari poſſet: diuinū uerbū incarnari oportuit: qd̃ ſuperat ad ſa
E lutē nr̃am reparandā remediū unicum. ¶ Illudqꝫ eſt: qd̃ in Geneſi ꝑfiguratū fuerat: dum uidiſ
Figura. ſet deus oēm carnē/ideſt omē humanū genus corrupiſſe uiā ſuam: tactus (inquit) dolore cordis Geñ.vi.
intrinſecus/ait: Pœnitet me feciſſe hoiem. Deletaqꝫ oī carne Noe cū eius familia ꝑ arcam ſer/
uandū curauit. Hoc eñ myſtico ſenſu nobis exprimit diuinā ſapiam/quæ & uerbū æternū dr̃/
cum humanū genꝰ uniuerſum aberraſſe a uia ueritatis & diſciplinæ uidiſſet: incarnatione ſua
& morte luere tā execrabiles culpas ꝓpoſuiſſe. Eoqꝫ pacto oēm carnē/ideſt oēs carnales cōcupi
ſcentias aquis diluuiī/ideſt baptiſmo ſalutis extinguere: & electos ꝑ arcam.i. per crucis & paſ/
ſionis meritū ſupatis diluuii inundationibꝰ.i. carnalibꝰ concupiſcentiis in ſublime.i. ad cæleſtē
F ꝑriam: uel ad cōtemplationē cæleſtiū trahere. ¶ Scd̃m hunc aūt ſenſum/quæ de tēpoꝝ & ꝑn
cipum deſcriptione ab Euāgeliſta fuere ſcripta: ea rōne ſunt poſita: ut Chriſti nō mō aduentꝰ:
uerūetiā ꝑdicatio opportuno/īmo uerius pnęceſſario tp̄e cōtigiſſe oſtenderet̃. Et hoc quippe
eſt qd̃ in Sapiētia legit̃: Dū quietū (inquit) ſilentiū tenerent oīa.i. cū lex oīs & ſcripta & natu/
ralis ſileret: faſqꝫ & honeſtū ab humano gñe exulaſſet: & nox.i. diabolus ſeu peccatum/in ſuo Sapiæ
curſu mediū iter pageret.i. libere & abſqꝫ timore/pudore ue in ꝑceps cunctos mortales abige/ xviii.
ret: oīpotēs ſermo tuus dñe.i. uerbū tuū æternū/e cælo.i. e ſinu tuo/exiliēs a regalibꝰ ſedibus
uenit.ſ. in uterū Mariæ. Et huic quoqꝫ cōuenit: qd̃ Apoſtolus dixit: At ubi uenit plenitudo tp̄is:
G miſit deus unigenitū ſuum &c. ¶ Hæc aūt ad moralē ſenſum hoc quoqꝫ nobis tribuunt docu Ad gal.
Moraliter. mentū: eos ſcilicet/ꝗ uel ꝓficientes ſunt/& ꝑfectioni appropiāt: uel qui iā ſtatū ipſum ꝑfectio/ iiii.
Vbi maxīe nis ſunt ingreſſi/tū maxime & abſqꝫ ulla cunctatione ꝑdicationi/doctrinæ/cæteriſqꝫ charitatis
uiria regnāt opibus incūbere oportere: cū paſſim ab oībus magna licentia peccari uident: Tum eñ medico
ꝑdicatio ma maxīe urbi opꝰ eſt: cū ingruūt/debacchant̃qꝫ in oēm ſexū atqꝫ ætatē morbi noxii. Propterea cū
xime eſt ne/ ꝑuaricatꝰ eſſet populus in deſerto: Moyſem deſcēdere deus ipſe iuſſit: & Ionā in Niniue: & de/
ceſſaria. niqꝫ in ſumma populi hæbraici iniqtate atqꝫ miſeria/ꝓphetæ ad eos fere oēs ſunt miſſi: tꝑſqꝫ/ Exodi
quo ad ꝓphetiā ſunt a deo uocati: qbuſqꝫ ꝑncipibus impantibꝰ/ſinguli præponūt: quēadmodū xxxii.
& Lucas noſter/Apl̃s quoqꝫ ad Thymo. ſcribēs omni conatu illum aīare atqꝫ compellere nitit̃ Ionæ
ad populi ſibi cōmiſſi uigilem curā/ſolertēqꝫ tū doctrinā/tū correptionē: eā potiſſimū ob rē/ iii.
H ꝙ eos a uera doctrina diſceſſuros ꝓuidebat. ¶ His itaqꝫ ad totius capitis & narrationis elucida ii ad thi
tionem ꝑmiſſis/ad lr̃æ explanationē ꝓcedamus: atqꝫ in primis quæ ad tempoꝝ ſupputationē/ mo .iiii.
collationēqꝫ iuxta ueritatē hiſtoriæ ꝑtinent/hiſtoricis relinquēda duximꝰ: Euāgeliſtæ noſtri te
ſtimonio abunde cōtenti: cum præſertim nihil ad inſtitutum noſtrum conferre poſſint.
I ¶ Vnū tamē uerbum ex hac tempoꝝ deſcriptione/prius ꝗ ad reliq̃ trāſeamus: ponderādū pu/
tamus. Cū enim de ſacerdotibꝰ locutꝰ eſt Lucas: non ſimpl'r dixit/Anna & Caypha ſacerdotio
Textus. uel pontificio fungentibꝰ/uel principibus ſacerdotū Anna & Caypha: quēadmodū de Tetrar
chis & Pilato dixerat. Sed hoc uocabulo uti uoluit. ſub principibus Anna & Caypha: per hoc
Prælatis pa/ (ni fallor) innuere uolēs: non tā ſæcularibꝰ principibus/ꝗ ſpūalibꝰ/ſubiectos nos & ꝓfiteri/&
rendum eſt ī eſſe oportere. Quod ſane in his/quæ ſpūalia ſunt/ꝗlia hæc erāt/quæ deſcripturꝰ erat Lucas/
rebus ſpūali nullā habet hæſitationē: cum ad ꝓphetā dixerit dn̄s: Ecce cōſtitui te ſup gentes & ſup regna. & Hier.i.
bus. ad Moyſem dixit dn̄s: Ecce cōſtitu te deum Pharaonis: quin ſacerdotis impio ſupbe parere re/ Exo. vii
cuſantem morte mulctādū iudicauit deus. Nec mirū qdem cū ad Apl̃os dixerit Chriſtꝰ ipſe: Deut.
Quæcunqꝫ ligaueritis uel ſolueritis in terris: ligata atqꝫ ſoluta erūt in cælis. & iccirco in pſo/ xvii.
na eorum dicit ꝓpheta: Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus nr̃is. In his uero/ꝗ tꝑalia ꝑs.xlvi
ſunt/principū ſæculariū impio parendū eſſe in ꝑmo ꝓcedentis capitis ex Saluatoris tū teſtimo
K nio/tū exemplo/oſtēdimus. Neqꝫ hæc latius diſcutere uel locus exigit/uel nr̃i eſt ꝓpoſiti. Reli
Textus. qua igitur ꝓſequamur. ¶ FACTVM EST (inquit) uerbum dn̄i ſup Ioannē Zachariæ filiū
Ad litteram in deſerto. In qbus ſane uerbis & ꝓphetiā tribuentis uirtꝰ/& eius/cui tribuit̃/pſona/& locꝰ/

ubi hoc

ubi hoc factū eſt/exprimit̄:nihilq̄(ut ſæpe diximus uacat myſterio.Factū eſt(inquit)uerbum
dñi:per qđ non æternū/ſed creatū uerbū intelligi oportet:quādoquidē illud nec ſup Ioannē/
nec in deſerto factū eſt:ſed aut ab æterno a p̄re ipſo genitū:aut iam ante triceſimū annū in ute
ro Mariæ incarnatū erat:de quo tūc cū natus eſt ad paſtores dictū fuerat:natus eſt uobis hodie
Saluator iuxta quæ Angeli uerba/Paſtores ipſi inuicē dixerunt: Videam⁹ hoc uerbū qđ fecit
Eſa.xl. dñs.Verbū igit̄ illud hoc loco intelligere poſſum⁹:qđ a deo in ſpū aut organo aliquo factum
Hyerē.i. formatūq̄ eſt:per qđ illi quæ fieri uellet/oſtēdit:q̄le illud fuit:qđ ad Moyſem frequēter factū
Ionæ.i. a deo legim⁹.& ad Eſa.Hyere.Ionā:cæteroſq̄ ꝓphetas:uel inſpirationē dūtaxat:qua de⁹ ipſe
&.iii. illum nullis expreſſis uerbis ad p̄dicandā populo iudaico pniam/cæteraq̄/quæ poſteri⁹ geſſit/
Eſa.xi. facienda impulit:ſicut alibi dr̄:Dedi ſpūm meū ſuper eū:iudiciū gentib⁹ ꝓferet.& rurſus:Re/
xlii. & quieſcet ſup eum ſpūs dñi/ſpūs ſapiæ & intellect⁹:& quæ ſequunt̄.& itērū:Spūs dñi ſup me:
lxi. eo q̄ unxerit me:ad annunciādū māſuetis miſit me.Ipſe em̄ eſt/qui dat ſermonē in ore homi/
Mat.x. nū:quippe qui diſcipulis ſuis dicebat:Cū ſteteritis ante reges & p̄ſides/nolite cogitare q̄uo aut
Eſaiæ.li qd loquamini:dabit̄ enim uobis in illa hora qd loquamini.Nō enim uos eſtis qui loqmini:ſed
& Hye. Spūs patris ueſtri qui loquit̄ in uobis.& ad ꝓphetam dixit deus.Dedi uerba mea in ore tuo.&
i.&pſal. rurſum:Aperi os tuū/& implebo illud. Hinc de illo ſpū dr̄:q̄ ſciam habet uocis:q̄a docet ho/
lxxx. mines loqui:uocēq̄ ueritatis ꝓferre.Et huic ſenſui ex duob⁹ applaudere līa uidet̄.Primum q̄
Sap̄.i. nihil exprimit Euāgeliſta particulatim illi dictū fuiſſe:qđ aliis/quos p̄diximus/factū eſſe cer/
nimus.Scđo q̄ nō dicit ad eū factum uerbū/quo ſermonē aliquē ad eū ꝓlatum intelligi oporte
ret/ſed ſup eum q̄ſi ſupna inſpiratione uerbi efficaciā illi infuſam oſtēdere uelit/illudq̄ ſequē
tia demōſtrant:q̄ nō ex cōpoſito & ueluti a deo p ſingula ab initio īſtruct⁹:ſed pro rerū/tēpo
rum/& pſonarū conditione ſit locut⁹:q̄q̄ particulatim nōnulla illi uerbo uel inſpiratiōe oſten
ſa fateri oporteat Et illud p̄ſertim/qđ ipſemet teſtat̄ de Chriſto/dum dicit:Qui me miſit:ille
mihi dixit:ſupra quē uideris columbā &c qđ & in ſequentib⁹ ſuo loco explanare curabimus. A
Verbū igit̄ dñi hoc(quo p̄dixim⁹) modo factū eſt. ¶ Sed ad quē ſeu/ſuper quē factū.SVPER Textus.
Ioannē(inquit)Zachariæ filiū.Et hoc q̄dem de p̄re ad litterā icirco eſt expreſſum:ut filii pſo
na certiore demonſtratione exprimeret̄:quādoquidē & alios eiuſdem noīs fuiſſe/non ſit ambi
guum.& illud p̄ſertim/quē præ ceteris Ap̄ſis dilexiſſe Chriſt⁹ phibet̄:ad quem reuelatio hæc
pari p̄rogatiua fieri potuiſſet.Ne igitur de hoīe ex noīs pluralitate ambigi poſſet:nomē quoq̄
p̄ris expreſſit:ſicuti & Saluator ipſe dū de ꝓphetarū perſecutione Iudeos increparet:aliū Za/
Matth. chariā noīans p̄ris nomen adiecit/dicens:filiū Barachiæ.Cūq̄ patris.ſ.Zachariæ/nomē uel ex
xxiii. nobilitate/aut ex filiū miraculoſa ſuſceptione ſatis eſſet cognitū:alia expreſſione opus nō fuit:
que tū fieri ſolet:cum & p̄ris noīe adiecto ambigi nihilomin⁹ de pſona poſſet. Tunc enim uel
alia demōſtratio adhibet̄:ſicuti de alio Zacharia fecit Saluator dicēs:Quem occidiſtis inter tē
Hyerē.i. plum & altare.& de Hyere.de quo ſcribit̄:filius Alchiæ de ſacerdotib⁹ q fuerunt in Anatot in
terra Beniamin/uel ſupiorꝫ quoq̄ parentū noīa ex ordine referuntur:ſicuti in initio ꝓphetiæ
Sophoniæ:& alibi ſepiſſime. ¶ Et recte quidem tp̄a obſeruauit Lucas præ cæteris Euāgeliſtis B
hiſtorici p̄tes uendicās.Initio quippe p̄dicatiōis/cū nec dū Ioannis nomen celebre eſſet p̄ris ſa
cerdotis noīe illū demonſtrauit.Cæteri uero Euāgeliſtæ dum eius geſta retulerūt:nulla demō
ſtratiōe alia ſunt uſi:q̄a nimirū dū hæc fierēt/quæ ipſi referūt/ex noīe ipſo ab oīb⁹ ſatis ſupq̄
agnoſcebat̄.Tāta quippe eſt uirtutis & ꝓbitatis uis:ut hoīum nō mō geſta:uerūetiam noīa ex
cellentia q̄dā æuo cōſecrare poſſit:cæteraq̄ ſilere faciat:ſicuti cū Alexandrū dicimus/uel Anni
balē/aut Cæſarē/Salomonē/Helyam/nulla demōſtratione adiecta hos ꝓculdubio ītelligi uo
lum⁹:quos toto orbe uirtus/doctrina/ſanctitas/aut rerū geſtarū magnitudo fecit illuſtres.Et
ob id p̄ncipib⁹ maximis:īmo & Ep̄is cognomē adici nō ſolet:q̄ ex ſolo noīe ob dignitatis ſubli
mitatē cognitos eſſe oportet:quos(& me in p̄mis ip̄m)utinā uirtutū p̄rogatiua/aut uitæ clari/
Exodi tas/uel doctrinæ excellentia æque ac dignitatis nomē illuſtraret:ut & nos uerbū illud a deo au
xxxiii. dire mereremur:qđ ad Moyſē dictū ſcriptura memorat:noui te ex noīe.Quod quidē aſſequi
haud difficile foret:ſi nos uel Moyſi.uel huic(de quo loqmur)Ioāni merita æquarēt:quæ q̄lia
ſint uideamus. ¶ Atq̄ in primis ubi ſup hūc ip̄m factum fuerit uerbum domini conſiderem⁹ C
IN DESERTO dicit Lucas/nō quidē pnīæ/cum nullū ipſe peccatū feciſſet:quē deus ſancti/ Textus.
ficauerat in utero:Sed quēadmodum de illo ſacroſancta teſtat̄ Eccleſia:ne leui ſaltē culpa ino
centiſſimæ uitæ mūdiciā cōmacularet:in uaſtā ſe cōtulit heremum.In eaq̄ ad hoc uſq̄ tp̄s/Lu
ca teſte/pmāſit ferarū ſocietate & ſolitudinis horrore cōtent⁹:uel quo maiorē ſibi apud deum
grām/glīamq̄ cōpararet:quoq̄ aliis amplius atq̄ uberius & merito ꝓdeſſe poſſet & exemplo:
qđ eſt ꝓficientiū/multoq̄ magis pfectorꝫ officiū:ut.ſ.talē uitā agāt:q̄lem aliis agendā p̄dicant: Prælati p̄us

exēplo doce & qualem hi quoꝝ uices gerūt/& officio funguntᷣ/feciſſe didicerunt:nō ſicuti de phariſcis di
re debeat q̄ cebat Saluator:Dicunt(inquit)& non faciunt: alligāt enim alii ſonera grauia:quæ ipſi digito Matth.
uerbo. leuare nolūt:qd pleriſq;(uti arbitror)metuētes a ꝑdicatione abſtinēt:tāetſi doctrina & ſermo xxiii. &
nis gr̄a ſatis ualeant.& ad id eos uel ſuſcepti muneris neceſſitas cōpellat:uel charitatis ratio in Luc. xi.
uitet:dum obiici ſibi illud Saluatoris uerentᷣ:Tolle prius trabē de oculo tuo:uel eos ꝓpria co/
arguēte conſciētia per ſe ipſi cōfunduntᷣ ea plebi pſuadere: quæ ipſi/qui lōge magis facere de
berent/neq; faciūt/neq; facere intēdunt De qbus alio quoq; loco abūde dictū fuit: Et ne hoc
quidē ad alioꝝ inſtructionē ſcribo ſed meipſm corripio:meipſm iudico:ꝓpriaſq; nō alienas cul
D pas arguo:uiderint qui hæc legent/quid de ſemetipſis ſentiāt:interea alia ꝓſequamur.
¶ Debet enim bonꝰ paſtor ac ꝑlatus:imo & fidelis quiſq;/non modo ꝓprias deflere culpas ſeq;
dolore pro his ipſis excruciare:uerūetiā pro alienis/eoꝝ ꝑſertim/quoꝝ curā ſuſcepit/quēad/
modū & Moyſem/& Chriſtū/& Paulū.Hoc enim honoris ꝑcipuiq; exēpli gr̄a refero/feciſſe iā
Inuehitur in ſæpe retulimus Quāto igitᷣ illud magis nos miſeri atq; infœlices facere debemꝰ:qui non mō
ꝑlatos noſtri culpis abſoluti nō ſumus:uerū noua quotidie ueteribꝰ adiicimus ſcelera. q̄ uana igitᷣ q̄q; teme
temporis. raria eſt ſpes nr̄a:ut in hiſce mundi luxibꝰ uitā oēm abſq; ullo dei timore/hoīum ue pudore/
transigentes æterna gaudia expectemꝰ:quæ ſanctiſſimi/atq; innocētiſſimi uiri & mulieres/tā
ta uitæ auſteritate/tantiſq; laboribꝰ & anxietatibꝰ/ægre ꝓmeruere. Vereor equidem:uereor
inquā/atq; extimeſco:ne(qđ deus a nobis malū auertat)illud aliqñ inter æterna ſupplicia lu/
gentes dicamꝰ/qđ in Sapiā legitᷣ:Nos inſenſati uitā illoꝝ exiſtimabamꝰ inſaniā:& finē illoꝝ
ſine honore:ecce quō computati ſunt inter filios dei.& quæ ibi ſequuntᷣ/perpetua recordatiōe Sap.v.
E digna. ¶ Verū q̄lis huius ꝑcurſoris in hæremo uita fuerit: cū Lucas non dicat:ex Mattheo &
De uita præ Marco diſcutiamus. ERAT (inquiunt hi)ueſtitꝰ pellis camelloꝝ & zona pellicea circa lum
curſoris. bos accinctꝰ:locuſte uero & mel ſiluestre cibus illi erat: Pape q̄lis eſt/quātaq; hoc in tā ſancto
Textus. tamq; innocēte uiro cōtinētia:imo in ſe ipſum ſeueritas:&(ſi dicere fas eſt)inhumanitas ab te/
neris(ut aiunt unguiculis ad mortē uſq; cōtinuata:unde mirū nemini uideri debet:ſi hunc cæ
teris cōmuni naturæ lege natis ſaluator maiorē eſſe dixit:ut ſuo loco poſterius explicabimꝰ.
Prius tamē de hoc ſuo tā aſpero/tāq; tenui ueſtitu/uictuq; qd nobis ꝑbeat uel exempli uel do/
F ctrinæ ingramus. ¶ Ad lr̄am plane hoc ſeſe nobis offert ꝓuium:q; uana eſt atq; inexcuſabilis
Prælatoꝝ & ſacerdotū ꝑcipue ac religioſoꝝ ſollicitudo:qui ad uictū ſibi neceſſaria defore timentes:aut(ut
religioſorū uerius loquar)timere ſimulātes/religioſam/ſacerdotaléq; uitā diffugere ſe mētiuntᷣ. Et ob id
q̄lis eē debe/ ſæcularibus ſeſe negociis/aut potiꝰ flagitiis/implicāt & imergūt.:Hoc æquidē apte Chriſtus
at uictꝰ & ue repræhēdit/cuiꝰ auctoritas ſatis eſſe nobis debet.Nolite(inquit)ſolliciti eſſe/qd edatis/aut qd Mat.vi.
ſtitus. bibatis uel quo opi animi:ſcit enim pr̄ ueſter cæleſtis qa oibus his indigetis.Quærite ergo pri Lu.xii.
mū regnū dei/& iuſtitiā eius/& hæc oia adiicientᷣ uobis.Profecto qui ſincera fide puraq; mēte
deo ſeruiunt:his nihil ad uitā deeſſe pōt neceſſariū:q̄diu illos uiuere e re ſua eſt:cum dicat ſcri
ptura:Timētibus deū nihil deeſſe.& alibi:Non uidi iuſtū derelictū nec ſemen eius quærēs pa/ Pſalmo
nem/& id genꝰ pleraq;.Sed & ſaluatori diſcipulos interrogāti/nunqd qñ eos ſine ſacculo & ſi xxxiii.
G ne pera ad ꝑdicandū miſerat:eis qcq̄ defuiſſe/r̄ñderunt:nihil. ¶ Qui igitᷣ ad cæleſtē atq; an/ Pſalmo
gelicā uitā agendā hanc unā excuſationē afferunt: q; adeo in hoībus charitas refrixit:ut niſi p xxxvi.
ſe ipſi/quæ ad uictū neceſſaria ſunt/cōquirāt:inedia perire poſſent:aut nuditate offendi:reſpō Lu.xxii.
deant ꝑmum/ſi interrogari ſe patiuntᷣ/qd huic Ioanni/qd Helyæ/qd cæteris ꝓphetis/qd Apo
ſtolis/qd Mariæ Magdalenæ in uaſta rupe tot annos ſe cōtinēti/qd ſanctis pr̄ibus in Aegypti
deſerto per multa ſæcula arctiſſimā/peneq; incredibilē uitā agentibꝰ defuit:nū ex his/potiori
bus ꝑſertim & maiore fide cōſtātibus quiſq̄/aut cibi potꝰ ue/aut etiā ueſtimētoꝝ penuria/defe
ctuq; ſuccubuit morti.Nū etiā ægritudines id genus uictus parit:aut oīno uitā breuiorē triſtio
rem ue facit:inueniet ꝑfecto qſquis ſacra/imo ſæcularia reuoluet uolumina:eos/qui parciſſi/
mo cibo/potuq; & operimēto leui atq; abiecto/ſunt uſi/ad multos annos/ abſq; ulla ꝑſertim
graui corporis moleſtia magna cū animi quiete hilaritateq; uixiſſe:qbꝰ uero laute epulæ/ſplē
diduſq; cultꝰ fuit:& in luxu uoluptas ſūma:contraria contigiſſe oīa:breuē.ſ. uitam/uariis/cre
briſq; morbis laceſſitā:animūq; maxima ex pte/ſi non oī uitæ tpe/noxiis atq; ꝑniciofis oppreſ
ſum curis:eoſq; reſoluta & oī cæra moliora corpa agmie quodā egritudinū circūuenta utcūq;
ſuſtentaſſe:Priorē quippe uiuēdi modū natura docuit Hūc corruptela libidinis adinuenit:quo
fit:ut illis naturæ fidentibꝰ nihil deſit.His uero cæca cupiditate naturæ iura corrūpētibꝰ:nihil
ſit ſatis. ¶ Quæ ſane oīa cū pleriq; tū gētiles & externi : tū noſtrates philoſophi/theologiq;
nō mō græci/uerūetiā latini altiore ſtilo/copioſiſq; tractatibus diſeruerūt:ad cōcluſionē dicta
ſint pro loco & tpe ſatis. Quādo neq; maiore auctoritate:neq; aptiore exēplo demōſtrari pōt.
¶ q; ſi Helyam

Q d ſi Helyam/aut Ioannē/cæteroſq; aſperioris uitæ hoīes ſanctiſſimos ꝓbatiſſimoſq; imi A
tari durum nimis & difficile uideatur: uel Chriſti ipſius/de quo paulo poſt dicemus: uel Pauli
i.ad thymo.vi. apl̄i/exēplum ꝓceptaq; ſeqmur/q ad Thymoteū ſcribēs dicebat: Habētes alimenta/& quibus
tegamur/his cōtenti ſim⁹. Rurſus ſi pn̄tium tempoꝶ eo nos erroris luxuria demerſit: ut ne id
qdem ad cōpetentē/decorūq; modū ſatis eſſe iudicemus: indulgeamus aliqd tpi: & quo a reliq
plebe/uel clericis ipſis/inferiorisq; gradus pſbiteris ornatu ipſo ſecernamur: pānis iam nō ui/
lib⁹: ſed pro nr̄æ dignitatis rōne/tēporūq; cōditione: uel poti⁹ abuſu ꝓcioſis inuoluamur/& ſi
nō tenui frugali ſaltem mēſa utamur: reliqua uero abiiciam⁹: quæ nullū habēt cōgruitatis mo
dū: quæq; & nr̄a & alioꝶ corrūpunt corpa/mores & diſciplinā diſſoluunt/atq; cōfundūt/inui/
diā nobis cōflant: pecunias exhauriūt: & mala deniq; nobis afferunt oīa: atq; illud in primis/qd
eſt oīum maximū/pluriſq; cæteris lōge pēdēdū deo nos odibiles reddūt/dū ea/quæ ad paupe
rū alimoniam nobis aut anteceſſoribus noſtris relicta ſunt. in perditos luxus ꝓfudimus.
Subeat obſecro memoriā nr̄am/& ante oculos mētis noſtræ obuerſet iugiter exēplū Epulo B
nis illius: qui induebat purpura & byſſo & epulabat quottid e ſplēdide: nihilq; Lazaro largie/
batur mēdico: ne idē qd miſero illi/nobis contingat. Quāto aūt illud magis timere debent
qui Chriſti ſanguine partos reditus in ſcortis/ ganeis/ hiſtrionib⁹/canibus/ auibus/equis/ar
mis/ſatellitibuſq; ꝑdigunt. Qualē quæſo uillicationis ſuæ rōnem ſunt redditur i q & pſimo/
nium Chriſti diſſoluta luxuria/& gregē eius ſanguine redēptum peſſimo exēplo/ſimul diſſi/
pant & diſperdūt. Vtinā hæc me ſcribentē nō eadē corruptella cōdemnet: quæ tāto minus
excuſationis cām ꝓbebit: quāto cæteroꝶ audacius errorē repræhēdo: ſed me uel nolentē ſcri/
ii.Reg. ꝓturæ (quā ꝑtracto) exēpla cōpellūt: aduerſum me quoq; ſniam dicere: quēadmodū Natham
xii. ꝓphetæ iterrogatio Dauid regē/& Chriſti Iudeos: dū dixerūt: Malos male ꝑdet. Sed & nequā
Matth. atq; inutilē ſeruū ꝓpria dānauit cōfeſſio: cū ad illū dixit dn̄s: Ex ore tuo te iudico ſerue nequā.
xxi. Si nō igit ea/quæ ſcribimus/uti oportet: facim⁹: q hæc legerint nō nr̄is/ſed ſacræ ſcripturæ
Lu.xix. & ipſoꝶ in ꝓmis Euāgelioꝶ ſentētiis/exēpliſq; moueant: niſi ea quoq; fabuloſa putāt. Et ſicu/
ti mō dicebam⁹: ſi rigidiora huius Ioānis exempla nos deterrēt: capiam⁹ ab eo mitiora: q dixit:
Mat.xi. Iugū enim meū ſuaue eſt: & onus meū leue. Ille nāq; nō camelloꝶ pelle optus: aut pellicea zo
na cinctus fuiſſe perhibet: ſed duob⁹ ueſtimentis quoꝶ alterum tunica erat incōſutilis deſup De uictu & ueſtitu ſaluatoris.
cōtexta per totū: nec adeo qdē ſordida: ut milites eā cōtempſerint: ſed ne ſcinderet: ſup eā ſor/
tes miſerūt. Ille inſup nō locuſtis aut melle ſilueſtri/ſed cōibus ueſcebat cibis: & quæ appone
bant/māducabat. Ad cōuiuia quoq;/etiā Phariſeoꝶ & Publicanoꝶ/nec dū Marthæ & Lazari
inuitat⁹ accedebat: imo & interdū nō uocat⁹: oleoq; caput & pedes ungi patiebat: nec ieiunium
ſicuti Ioannes/diſcipulis indicebat ſuis: ſed neq; pecunias oīno aſpnabat/aut oēm penitus cu/
H fuerit Euangeliũ iſtud in uniuerſo mũdo dicet̃: q; hoc fecit in memoriã eius. ¶ Sed iã quæ mi i.
racula hi Ioannis diſcipuli uidiſſent/ uel audiuiſſent/ uidendũ reſtat. Et qdẽ tã Mattheus q̃ Lu/ Matth.
Textus. cas in his uerbis cõueniunt: eũdemq; ſeruãt rerum geſtarũ ordinẽ. Aiunt enim CECI uident/ xxvi.
claudi ambulãt leproſi mũdant̃/ ſurdi audiũt/ mortui reſurgũt/ paupes euãgelizant̃. Quibus Marci
Miracula chriſti in ſa/nandis mor/bis & ſuſcitã/dis mortuis i/ ueteri teſta/mẽto prædi/cta. in uerbis illud non ſine miniſterio factũ arbitramur: ut nõnulla (ſicut ꝓdiximus) in his expſſe/ xiiii.
rit: quæ corã illis ipſis diſcipulis nequaq̃ fecerat: & eoꝝ/ quæ fecerat/ nonnulla reticuerit. Mul
tos qdẽ a uariis lãgorib⁹ & plagis ſanauerat/ & a malignis ſpiritib⁹ liberauerat: ſicut Mattheus
dicit/ de qbus nihil in his uerbis cõmemorat. Quippe hoꝝ ſiue morboꝝ/ ſiue defectuũ ſana/
tio a ꝓphetis ad lr̃am ꝓdicta fuerat. De cæcis quippe claudis/ ſurdis/ & mutis a Saluatore ſanã/
dis plura extãt Eſaiæ uaticinia: quæ cũ a ſacris doctorib⁹ cõmemorata ſint: ſupfluum eſt trãſcri Eſa.xx/
bere: Sed & Hyeremias de claudis & cæcis cecinit: de leproſis uero figura extat Heliſei: q Naa/ ix.xxxv
mã Syrum mũdauit. Et illud accõmodari põt: liuore eius ſanati ſum⁹. Quod uero de mortuoꝝ xlii.lviii
ſuſcitatione dicit: æque in figura cõtigerat Helyæ & Heliſeo prophetis maximis: quoꝝ uterq; lix.
Chriſtũ ꝓfigurauit. Sed & per Eſaiã erat ꝓdictũ: Viuent mortui tui/ & interfecti mei reſurgẽt. Hyere.
I ¶ Verũtamen & de aliis quoq; infirmitatib⁹/ atq; lãgoribus prædictũ fuerat: ſed iſte notiores/ xxxi.
frequẽtioreſq; fuere: quas praro ſanaſſe alium quẽpiã legimus: Et ſi quiſq̃ unam uel alteram/ iiii. reg.
ſemel aut iterũ/ curauit Nemo tamen oẽs/ & tam frequẽter ex quo iam diuina in Chriſto pate v.
bat auctoritas/ & illud uerificabat̃: qđ ipſe longo poſt interuallo iudeis dixit: Si non feciſſem in Eſa. liii.
eis opa quæ nemo alius fecit: peccatũ non haberẽt. ¶ De pauperũ aũt euangelizatione Eſaias iii.Reg.
quoq; his uerbis ꝓdixerat: Nõne adhuc in modico in breui cõuertet̃ liban⁹ in chermel: & cher xvii.
mel in ſaltũ reputabit̃: & audient in die illa ſurdi uerba libri & de tenebris & caligine oculi cæ iiii. reg.
corum uidebũt: & addent mites dño lætitiã: & pauperes hoĩes in ſancto exultabũt. & illud Cy/ iiii.
K tharedi uatis aptari põt: Pauper & inops laudabũt deũ. & iterũ: Edent pauperes & ſaturabunt̃. Eſaiæ
Ad cuius rei corroborationẽ dicebat Apl's: Nonne deus elegit pauperes. ¶ Verũ ad ſpiritualẽ xxvi.
intelligentiã horum miraculorum operationẽ/ reiq; geſtæ ordinem redigi oportet: quãdo ꝓter ꝑs.xxi.
has ægritudines (ut iam dictũ eſt) alias plurimas curauiſſet: immo & paſſim oẽs ſanabat: ſicut Iaco.ii.

Mattheus

Matth. Mattheus Eſaiæ teſtimonio utens aſſeuerat:ſed de his tñ cũ miniſterio fit mentio quæ mentis Infirmitates
viii. potius q̃ corpis nobis exprimunt infirmitates. Cæcus quippe eſt. qcũq; lucẽ diuinæ gr̃æ nõ cer/ illæ q̃s ſana/
nit &qui in tenebris culpæ uel ignorãtiæ ambulat. De his Saluator locut⁹ eſt dum dixit: Sinite uit Chriſtus
Mat.xv illos: cæci ſunt & duces cæcorum:& quæ ſequunť. & Eſai. Expectauim⁹ lucem:& ecce tenebræ: quid ſignifi/
Eſa.lix. ſplendorẽ/& in tenebris ambulamus: palpauim⁹ ſicut cæci parietẽ:& q̃ſi abſq; oculis attrecta/ cant.
uimus: impegim⁹ meridie q̃ſi in tenebris. & alibi: Educam cæcos in uiã quã neſciunt/& in ſemi Cæci q̃uo il/
Eſa.xlii tis/quas ignorauerunt/ambulare eos faciam: ponã tenebras corã eis lucẽ. & infra: Quis cæcus luminantur.
ps.cxlv niſi ſeru⁹ meus/& reliq̃. Tales aũt cæcos tũ illuminat Chriſt⁹: cũ lumẽ illis tribuit cognitionis:
Lucæ de quo dicit ppheta: Dñs illuminat cæcos. Et hoc quippe cæcus ille ab eodẽ Saluatore petiit/&
xviii. obtinuit: qui dño quid ſibi fieri uellet/interrogãti rñdit: Dñe ut uideã lumen. Cæcoꝝ ergo il/
ps.l. luminationem icirco pmiſit: qa oẽm pniæ/meritiq; partem pcedit cognitio. Hinc ppheta poſt
Iob. peccatũ conſumatũ cũ lachrimis dicebat: Quoniã iniquitatem meã ego cognoſco. & alius di/
xxiii. cit: Quis mihi tribuat: ut cognoſcam & inueniam illum:& ueniam uſq; ad ſolium eius.
¶ Cognita aũt miſeria ſua/culpæq; grauitate/necnõ & dei/tũ iuſtitia/tum benignitate/ad cor A
ſtatim pctõr reuertitur/ ſeq; colligẽs per cõtritionẽ/deum/a quo per gr̃am pueniẽtẽ atq; illu/
minantẽ trahiť/e ueſtigio ſequiť: ſicuti & ille oculorũ lumine naturali orbatus fecit: q a Chri Seq deũ qd.
Matt.x. ſto illuminat⁹: confeſtim ut uidit: ſequebať eũ magnificans deum. Hinc Saluator ipſe dicebat:
& Lucæ Qui ſequiť me non ambulat in tenebris. ſed habebit lumẽ uitæ. Sequi aũt eũ/qui ambulat ſup
xviii. pẽnas uentoꝝ/claudus haud q̃q̃ põt: currendũ quippe eſt poſt eũ: ut in canticis legiť. & alio lo/ Textus.
Io.xiii. co abunde dictum eſt. Pniæ ſiquidẽ opa non ſunt pcraſtinanda: ſed cognita ægritudine ad me/
ps.xvii. dicũ citiſſime eſt decurrẽdũ. Dicente Sapĩa: Ne tardaueris conuerti ad dñm. qď ſane facere nõ
Eccl.v. poterat/qui per ignorantiã & culpã cæcus erat/& per mẽtis torporẽ/diuturnãq; in peccati cõ/
pedibus alligationẽ indurat⁹ atq; hebetatus/ſi nõ & baſes charitatis illi conſolidenť: & Chri/
Io.vi. ſti manu eleueť/eo ipſo teſte: qui dixit: Nemo põt uenire ad me: niſi pr̃ me⁹ traxerit eũ. Hũc igi
tur pctõrem illuminatũ/necdũ rñ pedibus liberũ erigi diuina gr̃a neceſſe eſt: ut Chriſtũ ſequa
ps.xvii. mur: utiq; dicere poſſit: Qui pfecit pedes meos tanq̃ ceruoꝝ. De his etenim claudis Eſaias in
Eſaiæ. hæc uerba loquiť: Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus. ¶ Sed neq; ſequi Chriſtũ ueloci etiã pede/ B
xxxv. celeriq; curſu recte põt/qui altero claudicat pede: q̃lis eſt qui in fide uacillat/aut in altero duo/ Claudus qs.
rum pceptorũ/in qbus uis ois cõſiſtit legis/nõ recte ambulat: utpote qui deum qdem credit:&
fortaſſis etiã utrunq; diligit: ſed odit pximum: uel q de Chriſti diuinitate/aut humanitate non C
iii.Reg. ex fide ſentit. Ad hos aũt Helyas dicebat: Vſquequo claudicatis in duas ptes. & Apl̃s: Propter Textus.
xviii. qď remiſſas manus & ſoluta genua erigite: greſſus ufos facite pedib⁹ ueſtris: ut non claudicans
Ad he/ qs erret: magis aũt ſaneť Non põt igiť per pniæ ſacrm ſanari/quiſqs non recte in diuinis pce
bre.xii. ptis ambulat/ſed claudicat/uel uacillat. ¶ Porro: q per cognitionẽ clara luce uidet/recteq; am/ D
bulat per cõtritionẽ: ad ſacerdotẽ qdem corpeis pedib⁹ & ad deum mente pperãs/impoſita ſibi
poſt pctõrũ cõfeſſionem abſolutionis manu/cõfeſtim a peccati lepra mundatur: uelut & ille a
Chriſto per tactũ mundari meruit: qui/ſicut in Euãgelio legiť/cũ cætera turba ſequens Ieſum Mũdari a le/
Matth. uenit ad eum/& genu flexus pcidens in faciẽ ſuam adorabat eum: ſed ne lepræ tñ contagione pra quid.
viii. mundať: uerũ & carnẽ/quæ tota erat infecta/renouat. i. carnalẽ hoiem peccati labe prorſus ul
ceratũ & cõtaminatũ ad innocẽtiæ ſtatum reducit: ſicuti & Naamã Syri caro iordanis aquæ cõ/
iiii.reg. tactu lauacroq; reſtituta eſt q̃ſi caro pueri & illud quoq; eſt/qď per pphetã dicitur: Aſperges
v. me dñe iſopo/ſcilicet miſericordiæ:& mũdabor per peccatorũ remiſſionẽ: lauabis me/per gra/
ps.l. tiæ gratũ facientis collationẽ/& ſuper niuẽ/ideſt candore innocentiæ/dealbabor. ¶ Hac uero E
peccati lepra depoſita auditũ recipit/qui ſurdus erat: quia tunc demũ uerba dei libenter audi/ Surdum au/
mus: cum peracta pœnitẽtia illum pura fide/rectaq; intentione ſectamur: ſicuti Saluator ipſe dire quid.
Io.viii. dicebat Qui ex deo eſt: uerba dei audit: ppterea uos nõ auditis: qa ex deo non eſtis. Ex deo quip
Pſalmo pe non eſt: qui in ſorde peccati iacet. Propterea dicebat ppheta: Sacrificium & oblationẽ nolui
xxxix. ſti: carnale. ſ. & materiale: ſed pium & ſpũale/qui eſt ſpũs cõtribulatus: aures autem perfeciſti
ps.l. mihi/ſcilicet ad recte/& ſumma cũ attentione/mẽtiſq; intẽtione/uerba diuinæ legis/& omnia
Canti. ad dei laudem/animæq; ſalutẽ pertinentia/audiendũ. Hinc in canticis legiť: Amici auſcultant.
viii. De his quoq;/qui in aduẽtu Meſſiæ aurib⁹ corporis/mẽtiſq;/uerba eius auſcultarũt/per Eſaiã
Eſaiæ. pdictum erat: Aures audientiũ diligenter auſcultabũt:& cor ſtultorum intelliget ſcientiam.
xxxii. ¶ Poſt ubi iam uerbi nõ ocioſus auditor fact⁹ eſt: pœnitẽs: incipit etiã per exercitationẽ in cha F
Iaco.i. ritatis operibus eſſe & factor: ſicut docet Apl̃s: oiaq; corporis membra ſiue inſtrumẽta & ipſæ Reſuſcitari
potentiæ/que pus mortuæ & frigidæ erãt/reuiuiſcũt/& quæ exſiccata radice (ſicut paulo ante a morte qd.
diximus) nullum fructum arbor afferebat: repullulare incipit/ac per oẽs ſimul ramos folia/

florem/fructúq; referre. Hoc enim eſt mortuos reſuſcitare feruore/ſcilicet ſpiritus ſopitos/
iam & extinctos hoīs ſenſus uiuificare/atq; inflāmare:ita ut in opa pietatis/diuinúq; obſequiū
manus/& pedes (ſicut de Lazaro legimus) diſſoluant̄:ſimulq; oculis/atq; aurib⁹ tū mētis/tum Io.xi.
corpis illuminatis & aptis cætera quoq; mēbra ad ſalutē comparādā ſuū exhibeāt miniſteriū.
Et hoc quippe eſt qđ dicit Apl̄s:ut quō Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriā patris:ita & nos Ad Ro.
in nouitate uitæ ambulemus.& ad Thymo.ſcribēs dicebat: Propter quam cām admoneo te:ut vi.
reſuſcites grām dei que eſt in te.Hoc Pſalmiſta cōſiderās & poſt remiſſionē peccatoꝝ ſuſcita/ ii.ad thi
tione ſpūs uitalis animæ opus eſſe cognoſcēs/cum dixiſſet:Miſerere mei:poſtea ſubiūxit:Et re mo.i.
G ſuſcita me. ¶ Reſuſcitat⁹ poſtremo/qui prius mortuus fuerat/ſpūs uiatoris/loqui primū in/ ꝑs.xl.
Mutum audi re quid. cipit:ſicut de filio uiduæ legit̄:quēadmodū & ille quē diabolicus ſpūs obſidebat mutumq; fece Lu.vii.
rat/eiecto ſtatim dæmonio locutus eſt:ſed parū eſt eum/qui aīam uitāq; recipit/linguæ quoq; Mat.ix.
Textus. uſum recuperare:niſi & ſpūalia ſublimiaq; & diuina loquat̄. Et iſtud qdem ad cumulū grāe in/
Paupes ſpū qui. ſtificantis accedit. Propterea ad extremū a Saluatore ſeruatū eſt. PAVPERES (inquit) euāge
lizant̄. Pauperes quippe ſpū eos eſſe oportet/qui diuina atq; cæleſtia ſunt euangelizaturi/ſiue
aliis ꝑdicaturi:ſicuti nō multo ante diximus. Hæc aūt ſpiritus paup̄tas uſq; adeo hoīes deo co
pulat:ut ipſoꝝ eſſe regnum cæloꝝ/ueritas ipſa ꝓnuntiet. Tales itaq; ſpū principali confirma Mat.v.
H ti/dn̄o labia coꝝ aperiente docent iniquos uias dn̄i:ſicut in pſal.legitur. ¶ Sex itaq; his mira ꝑs.l.
culis iuxta hunc ſenſum/ſex qbus a culpa ad iuſtificationē peruenit̄/gradus recte nobis expri
munt̄:quos alio opportuniore expſſimus loco. Et poſt oīa ſubiungit̄:id qđ eſt ſummæ ꝑfectio
Textus. nis/atq; ad ſalutē neceſſarium:dū dixit Saluator: ET BEATVS qui nō fuerit ſcandalizatus
Scandalizari ī Chriſto qd in me/ideſt qui in grā mea charitateq; abſq; uacillatione uel ſcādalo in finē uſq; ꝑſeuerauerit.
Hic enim demū (ut alio quoq; loco ueritas dixit) ſaluus erit. Propterea de ſeipſo dicebat Apl̄s: Mat.x.
Quis ſcandalizat̄ & ego non uror. In eo aūt ſcandalizari/aliud nihil eſt:q̄ de illius diuinitate/ &.xxiiii
aut humanitate dubitare/aliud ue de illo exiſtimare:q̄ ipſe cenſuerit eſſe credendum:ſicuti illi ii.ad co
faciebant/qui eius doctrinam in ſynagoga audientes dicebāt: Vnde huic hæc oīa/& que ſapia rin.xi.
quæ data eſt illi/& uirtutes tales quæ per manus eius efficiunt̄? Nōne hic eſt faber fili⁹ Mariæ: Mar.vi.
frater Iacobi & Ioſeph: Iudæ & Symonis. Nōne ſorores eius hic nobiſcū ſunt. Poſt hæc enim
oīa ſubiungit Euāgeliſta/& ſcādalizabant̄ in illo. Hoc quoq; mō ſcandalū paſſuros Apl̄os ſuos Matth.
in eius captura & paſſione idem ipſe prædixit. Quippe qui tantoꝝ ſignorū eius tantæq; uirtu xxvi.
I tis uerborū obliti/de ipſius reſurrectione penit⁹ deſperarunt. ¶ Hæc autē nouiſſima illius in
hanc ſn̄iam uerba tāetſi generalia ſint/ad oēſq; oīno fideles æque pertineant:propter ipſos tn̄
Ioannis diſcipulos ꝑcipue dicta pleriq; arbitrant̄. Quippe quos ea rōne ad eum ipſum Ioānes
(ſicuti ſupra dictū eſt) tranſmiſerat:ut oēm ab eorum mētib⁹ depelleret ambiguitatem:ne ue
deinceps de illius diuinitate dubitarēt/uel ſi Ioannē quoq; aliquo pacto ex humana fragilitate
hæſitaſſe concedimus:tā propter eum:q̄ ꝓpter diſcipulos eius cōſequens eſt fuiſſe dicta. ꝑſer/
tim cū initium ſermonis indicet oīa Ioanni eſſe referenda: Dicite (inquit) Ioanni quæ uidiſtis
K & audiſtis &c. ¶ Sed & ad quēcunq; retulerit/illud eſt maxime cōſiderandū:q; ſeipſum/ſuāq;
uirtutem atq; poteſtatem/diuinā ſane & infinitā/maluit ſignis atq; miraculis:q̄ apertis uerbis
Virtutes magis ſunt operib⁹ demonſtrādæ q̄ uerbis māifeſtādæ. oſtēdere eoq; pacto ad interrogationē Ioānis rn̄dere:ſicut & alibi cū dixit: Opera/quæ ego fa/
cio/ipſa teſtimonium perhibēt de me. Idq; tum ad exemplum humilitatis facere noluit:ne ia/ Io.v.
ctanter de ſe loqui uideret̄:ſicut & alio loco dum dixit: Quē d cūt hoīes eſſe filium hoīs.& ali Matth.
bi frequenter:tum uero ut oſtēderet ſectatores ſuos/ꝑſertim paſtores/& doctores/magis ope xvi.
ribus q̄ ſermonib⁹ teſtimonium ſuæ uirtutis & bonitatis oſtēdere oportere. Ex fructibus enim
non ex uerbis cognoſcendos illos/idem ipſe Saluator admonuit. ¶ Ad litterā quoq; eos/qui
ꝓpter ſigna (quæ de Chriſto audierāt/ad eū interrogatū trāſmiſſi fuerant/ipſoꝝ ſignorū oſtē Mat.vii
L ſione cōueniebat cōfirmari:ita ut auditis uiſa quoq; iudicarēt eſſe maiora. ¶ Intelligim⁹ inſup
Prælatorū & prædicatorū q̄ fructuoſū officium. his Saluatoris uerbis iuxta ſpūalem intelligentiā/in qbus bonū ꝑdicatorem/pontificemq; la/
borare oporteat: qđ ue illius tum opa/tum uerba ſalutaria/infirmitatib⁹ cōferre poſſint. Cæ/ Lucæ
cos enim per ignorantiam/illuminare debet per doctrinā:dicendo: Reſpice. claudos per uacil xviii.
lationem/aut tepiditatē erigere & currētes facere:per increpationem & obiurgationē/dicēdo: Mat.ix.
Surge & ambula. Leproſis uero per ſupbiā/aliam ue humanā cupiditatem/mūdare per tactū & Mar.
ideſt per caſtigationē:dicēdo: Volo mūdare. Surdos aūt per aſſuefactionem in malis opibus/& ii.
cordis indurationē audientes facere per aſſiduitatē exhortationis/& frequētem admonitionē: Matth.
dicendo: Epheta/qđ eſt adaperire. Mortuos uero per obſtinationem/& totalem a rebus diuinis viii.
auerſionem atq; abdicationē/ſuſcitare lachrimis/clamoribus/orationib⁹/omniq; interpella Marc.i.
tionis genere clamādo uoce magna: Lazare ueni foras/uel adoleſcēs tibi dico ſurge. Pauperes & Lu.v
deniq;

deniq̃/ideſt ſimplices & humiles nõ ſolum ad ſuã ipſoꝝ/ſed & ad aliorum ſalutem inſtruere
atq̃ inſtituere/ut & ipſi populo euangelicam doctrinam in uitæ ſimplicitate/ſummaq̃ rerum
Mar.vi. oium tpalium cõtinentia pferant & denuntient:dicendo: Nolite portare ſacculũ/ neq̃ peram/
Luc. ix. neq̃ calciamenta:Ecce elegi uos/ut eatis/& fructũ afferatis/& fruct⁹ ueſter maneat. Et poſtre
&.x. mo oẽs oino conuerſos ad pſeuerantiam bonoꝝ operũ/humanarũq̃ tribulationũ tolerantiã/
Io.xv. ſpe pmiorũ aiare:dicẽdo:Beati eritis cum uos pſecuti fuerint hoies:& dixerint omne malũ ad/
Mat.v. uerſum uos mẽtientes:Gaudete & exultate:qm merces ueſtra copioſa eſt in cælis: & cætera id
Luc.vi. genus plurima quæ ad unũquodq̃ afferre haud difficile foret. ¶ Poſtremo ad myſticũ ſenſum
ois hæc Ioannis interrogatio/& Saluatoris riſſio redigi põt:ut pro Ioanne aiam timoratã:pro
Chriſto uero diuinã reuelationẽ accipiam⁹ Quãuis eñ ad deum tota ſe effuderit aia fidelis/ni
Eccl'.ix. hilq̃ in ſe ſentiat culpæ/atq̃ malignitatis: nõ ex eo tñ certã habere cognitionẽ põt/an amore
i.ad co/ digna ſit an odio/ſicut Sapientia teſtatur/& Apoſtolus confirmat dicens:Nihil mihi conſcius
rin.iiii. ſum ſed in hoc iuſtificatus non ſum Et Iob patiẽtiſſimus dicebat: Verebar omnia opera mea.
Iob.ix. Propterea poſt multas uariaſq̃ fluctuationes/& omnia pœnitentiæ ſtadia decurſa cũ ſeſe col/
ligens aliquid ſupernæ ſuauitatis ex contemplatione deguſtat:ſubuereri incipit:ne ſuggeſtio/
ne diabolica ſibiipſi nimium blandiatur:ſicuti in annunciatione Mariæ dictum eſt abũde: quæ
audita Gabrielis tam blanda ſalutatione/turbata eſt in ſermone eius: & cogitabat qualis eſſet
illa ſalutatio. Pari itaq̃ modo Ioannes iſte/ideſt anima timorata/quam diuina confortauit gra
tia uinculis Herodis ideſt carnis alligata:quum opera Chriſti a diſcipulis audit/ideſt cum pro
pria conſcientia/& ſanctorum etiam uirorum in charitate illi coniũctorum teſtimonio intelli
git opera ſua eſſe bona/& ad perfectionẽ contingentia:ſubueretur ne ſibi hoc ad humanã glo
riã ſurrepat. Et ob id ad Chriſtum diſcipulos mittit/ideſt ad deum cogitatus omnes/affectuſq̃
dirigit:ab eoq̃ omni cum humilitate requirit: Tu es/qui uenturus es/an alium expectamus:
ac ſi diceret:Obſecro mi domine indica mihi/an hæc uia in qua ambulo/ea ſit: per quam ad
Matth. te me peruenire: & te uiciſſim ad me per gratiam declinare/ſperare poſſim: an uero alia mihi
xiiii. ſit quærenda:qua in ambiguitate conſtitutus Petrus cum Chriſtum ad ſe ſuper aquas uenire
uidit dixiſſe legitur:Domine ſi tu es iube me uenire ad te. ¶ Huic itaq̃ tam pio deſiderio be
nigniſſimus Saluator per ſpiritualem atq̃ interiorem inſpirationem/per q̃ teſtimonia ſcriptu A
rarum reſpondet:non quidem apertis uerbis:quia (ut dixi) hoc liquide nemo per ſe intellige/
re põt uiator exiſtens:pauciſq̃ deus ipſe reuelat/ſed ex operibus apud ſemetipſum inquiren/
dum oſtendit dicens: Renuntiate Ioanni que uidiſtis/& audiſtis/ideſt reduc ad memoriam om
nia opera cogitatuſq̃ tuos:& an talia ſint:quæ deo accepta eſſe debent cõſidera:ſicut in Sapiẽ
Prouer. tia legit':Conſiderauit ſemitas domus ſuæ Cuius enim oculi.ſ.mentis/ad dei cognitionẽ ſunt
xxxi. illuminati/& pedes/ideſt affectus ad dei mandata obeunda recti atq̃ expediti/aureſq̃ mentis
& corporis ad diuina perſcrutãda atq̃ intelligenda attente/uoluntaſq̃ ipſa & deſideriũ omne
purgatũ & mundatum a lepra mundanarũ cupiditatũ/& lingua deniq̃ in dei laudes & pconia
reſoluta atq̃ inſup oẽs tum corpis:tum aiæ ſenſus ad pietatis opa ſuſcitati atq̃ inflãmati: hic
pfecto in dei uia ambulare ſe arbitrari coniicereq̃ abſq̃ ulla iactantiæ ſuſpitione poteſt. Spe/
rareq̃ dũ ne in eo ipſo/quẽ tãtopere colit/deo ſcandalizetur:beatũ fore. ¶ Hæc igit' ſunt quæ B
ad Ioannis interrogationẽ eius diſcipulis Saluator reſpõdiſſe perhibet'. Quæ uero illis abeun
tibus ad turbas plocutus de Ioanne fuerit ſubſequunt'. ILLIS aũt abeuntib⁹ dixit Ieſus ad Textus.
turbas & quæ ſequunt'. Quib⁹ in uerbis multiplex pcurſoris laudatio/dignitatiſq̃ prógatiua
deſignat':ſed prius illud ab oibus notatur:q̃ has Ioãnis laudes in diſcipuloꝝ eius pñtia noluit
Saluator enarrare:ſed illis abeũtib⁹ ad circũſtantes turbas uerba hæc ptulit:ne a legis peritis &
Phariſeis (nã ex his etiam nõnulli aderãt) adulatiõis uitio taxari poſſet Neu uicem illi referre
uoluiſſe uideret':a quo tãtopere fuerat ipſe laudatus atq̃ magnificatus:uel illi potius in eo ge/
nere laudis perſiſtendi materiam præſtare:ſeu paria referendo/eum ad id inuitare:ſi coram di
ſcipulis eius tã honorificata de eo uerba ptuliſſet:quæ nimirũ Ioãni fuerãt paulo poſt relaturi.
¶ Quo exẽplo admoneri pfectos & cõſumatos quoſq̃/immo & iuſtos dicũt:nõ mõ ut neminẽ C
coram etiã ueris laudibus efferant: Verũ etiã in eoꝝ conſpectu/per quos laudatio ipſa ad eorũ Laudari quõ
notitiã deuenire uero eſt ſimile:ne.ſ aut qui laudat' inflet' extollaturq̃ humana gloria:aut qui pſentes poſ/
laudat: blandiri uideatur/aut re ipſa blandiatur. Propterea ante mortem laudari quenquem ſint.
Eccl'ia/ Sapientia uetat. Quanq̃ hoc loco non hic ſubeſſet/neq̃ in laudante/neq̃ in laudato timor: &
ſtes.xiiii præſentes alibi ex uirtute laudaſſe Chriſtum/euangelica teſtatur hiſtoria: quod & Apoſto/
Eccl'ia/ lum/alioſq̃ complures ſanctos uiros feciſſe alio loco oſtendimus. Nam & Spiritu Sancto
ſtici.xi. repleta Eliſabeth/Mariam præſentem q̃ maximis laudibus fuerit proſecuta in tertio primi ca

pitis tractatu fuit oſtenſum. Non fuit igitur hæc cauſa finalis/propter quã a laudatione Ioan/
nis in eius diſcipulorum præſentia Chriſtus abſtinuit. Fuit tamen (ni fallor) exemplaris: multa
quippe ad exemplum fecit ſaluator: quæ ad myſterium/remq́ ipſam non pertinebant: quale il
lud fuiſſe alio loco oſtendimus: ꝙ mortem timuit/uitareq́ ſe uelle demõſtrauit: & cum omnia
ſciret: de multis interrogauit: nõnullaq́ fieri uetuit: quæ nouerat eſſe facienda: precipue eũ mi
racula ſua diffamari prohibuit. & pleraq́ id genus. Hoc igitur perfectis exemplum relinquere
uoluit: ut proficientes/quoꝝ typum Ioannes geſſit/in eoꝝ uel ſuorum domeſticorũ cõſpectu
parce laudent: coram aliis uero abundantius: quo ad eorũ imitationem accendãtur. ¶ Alia ta/
men ad ſenſum litteræ hoc loco quærenda eſt huius facti ratio: quãdoquidẽ hæc/quam ꝓxime
retulimus in contrarium retorqueri poſſit. Cũ enim ad ſanctiſſimũ omnium mortalium uirũ
& oĩum ꝓphetarum principem hos eius diſcipulos Chriſtus remitteret/cur non illis magiſtri
laudes communicauit: quo magis eum colerent/ſanctaq́ eius monita & præcepta cuſtodirent:
ſicuti & Paulus Thymoteum ad Philipenſes ſcribens de multa fide & ſollicitudine cõmenda
uit: qđ & alii pleriq́ fecere/immo & faciendũ docuere: neq́ ob malignã incredulorũ cogitatio
nẽ hoc incitamento colẽdi magiſtri Chriſtus ipſe hos Ioannis diſcipulos defraudaſſet: qui pec
catricem præſentem in faciem phariſei in corde ſuo murmurantis de multa fide/dilectioneq́
laudauit: & laudãtes ſeipſum pueros ab ipſis etiam iudeis requiſitus prohibere recuſauit.
¶ Hac itaq́ (ut opinor) ratione Ioãnis laudes audire diſcipulos eius hoc loco noluit: ꝙ hi nimiũ
ei tribuebant: uſq́ adeo quidem: ut eum Chriſto quoq́ præferendũ putarent: quæ fuit mitten
di eos (ut ſupra oſtendimus) præcipua cauſa. Ne igitur de ſeipſo rurſus ambigerent: ſi tanta de
Ioanne audirent: quo q́/quod erat Ioannis ſtudium/eo relicto ad ſe properarent/prius ꝙ̃ eum
laudare inciperet: illos abire permiſit. Et illud quidem ipſius Ioannis ſermoni cõuenit: quem
ſuperius expoſuimus dum dixit: illum ſcilicet Chriſtũ oportet in mẽtibus hoium creſcere: me
autẽ/ideſt nomẽ meũ minui apud eos. ſ. qui nimiũ tribuebant. ¶ Quo exemplo admonent/q
perfectiõis gradũ obtinẽt. & prodeſſe cõmiſſo ſibi gregi: plus cæteris cõfidunt: ne alios inferio
ris gradus coram eis magnopere ueris etiam laudibus extollant: quos ſciunt ſupra ꝙ̃ par ſit: il/
lorum doctrinæ auctoritatiq́ tribuere. Qua ratione Moyſi cadauer iudeis abſcõditũ eſſe deus
uoluit: ne diuinos illi honores deferrent. Et Saluator ipſe dum mulier de turba exclamaſſet/
Beatus uenter qui te portauit: & ubera quæ ſuxiſti: ne carnali generationi nimiũ tribuerẽt: re/
ſpõdit: Quinimmo beati q audiunt uerbũ dei & cuſtodiũt illud. & alio loco: Qui facit uolũtatẽ
pꝛis mei ille meus frater/& ſoror/& mater eſt. Ex qbus ſpũalem cognationẽ/quæ in uera cha/
ritate cõſiſtit/carnali anteferendã iudicauit. Magna tñ in his eſt cautio adhibenda: ne qđ fit ad
cautelam: ad inuidiam cõuertat. In eoꝝ uero cõſpectu/quos ad æmulationẽ/aut imitationem
alienæ uirtutis trahere/alio ne pacto audientium ſtudia incitare põt laudatio: abunde eſt faciẽ
da. quẽadmodum Chriſtũ & alios feciſſe retulimus. ¶ Cæterũ in Ioanne laudãdo quẽ ordinem
ſaluator ipſe ſeruauerit: uideamus. A tribus ſiquidem interrogationibꝰ eodẽ tenore uerborum
cœpit: quarũ duas ironica locutione tacite/tertiã autem uera reſponſione/abſoluit: & duabus
quidẽ prioribꝰ ea/quæ Ioanni minime conueniebãt/ſuſtulit. Tertia uero uerãs eius laudes ex/
preſſit: ter enim hæc uerba repetiit. QVID exiiſtis in deſertũ uidere. Idq́ (mea qdem ſñia)
ideo fecit: ut diuerſa aſtantiũ ſtudia notaret qui oẽs ad Ioannẽ uidendũ in deſertũ locũ exierãt.
Turbis enim loquebatur in quibus & phariſei/legiſq́ periti & uulgus ignauum/& diſcipuli
timoratiq́ aderant uiri. Horum itaq́ nonnulli curioſitate quadam ſtudioq́ rerum nouarum
uidendarum adducti/quum multa & magna de Ioanne audirent: ad eũ uidendum acceſſerant/
ſignum fortaſſis aliqđ ab eo fieri ſperantes: ſicuti & de Herode in euãgelio legimus: ꝙ ex mul/
to tempore eam ob cãm Chriſtũ uidere deſiderauerat. Hos itaq́ interrogauit an exiiſſent uide
re arundinẽ uento agitatã: qm/ut in ſequentibꝰ dicemꝰ/hoc uanitatẽ exprimit: quæ arũdini cõ
paratur. Alii uero/quales Phariſei & Scribæ/eo uenerũt: ut ſuã ipſorum gloriam plebi mani/
feſtarent: quaſi ad ſuum ipſorum iudicium ꝑtineret: de eo an ꝓpheta/uel Meſſias eſſet: cogno
ſcere/cæteriſq́ referre. Et hi ſunt/quos interrogauit: an exiiſſent uidere hoĩem mollibꝰ ueſti/
tũ/ideſt exterioꝝ actionum oſtẽtatione gloriantem: ac ſi dixiſſet: Putatis hunc uanũ & ſupbũ/
iactabundumq́ eſſe/ſicuti uos eſtis: uel econtrario per arundinem/quæ uacua eſt & uento agi/
tatur/Phariſeos & cæteros hypocritas inaniſq́ gloriæ aura inflatos exprimere uoluit. Et per
ueſtitos mollibus/curioſos quale id genus hominum eſſe ſolet. Qui uero deuotionis gratia/
cordeq́ compuncti eo perrexerant: ad hos tertia interrogatio ueraq́ reſponſio pertinet. Hi
etenim Prophetam in nomine Prophetæ (ut alio loco Saluator expreſſit) uidere cupiebant/
ideſt ut ab eo uelut ſanctiſſimo uiro/& Propheta a deo miſſo/uerba ſalutis/ſanãq́ doctrinam
haurire

Chriſtꝰ multa fecit ad exemplum nõ ad myſteriũ. D

Mat. ix. Mar. i.

Ad philipen. ii.

Lu. vii. Lu. xix.

E Moraliter.

Deute. xxxiiii.

Lu. xi. Mat. xii

F Textus. Explanatio litteræ.

Lucæ xxiii.

haurire poſſent. ¶ Illud quoq; hoc loco ineſrēdū uidet̄:qđ/dū hæc ſcribim⁹/occurrit in mētē: A
q̄q̄ & ad ſupiora applicari cōcini⁹ fortaſſe potuiſſet/dū de concurſu populi ad baptiſmū Ioānis
ſermo eſt habit⁹.Cū eñ nulla(ut ante dixim⁹)ꝓcurſor iſte miracula patrauiſſet: neq; ꝑter ba/ Quare ad
ptiſmū aquæ/noui aliqd afferret:mirū uidet̄:ꝙ tātus fuerit ad eū toti⁹populi concurſus:ut etiā Ioannē in de
finitimarū regionū oīs generis/ordinis/cōditioniſq;/hoīes eo certatim cōcurrerēt:qđ de nullo ſerto fieret
prioꝝ ꝓphetarū tanta frequētia/tātoq; ſtudio factū legimus:tāetſi ex illis pleriq; multa egre/ toti⁹ppli con
gia atq; admirāda feciſſent ac ceciniſſent:Neq; alia mihi ad pñs occurrit rō:q̄ ꝙ ꝓphetaꝝ ꝑnci curſus.
pem & magiſtrū miſſurus deus/ p multa ante tpa alios mittere deſierat:exigētib⁹ etiā eoꝝ ma
lis meritis:q(ut ſupra dictū eſt/in ꝓfundū maloꝝ deciderāt.Poſt tāti igit̄ tpis decurſum ꝓphe/
Actu.v. tā in eoꝝ finib⁹ apparuiſſe audiētes/nouitate rei ꝑmoti ad eū uidendū atq; audiēdū paſſim oēs
cōfluebāt:qua rōne paulo ante maxim⁹ eoꝝ numer⁹ Theodā ꝑmū/deinde Iudā Galileū pſeu/
doꝓphetas ſecuti fuerant. ¶ Sed iā lrām ꝓſequamur. Ad turbas igit̄ ꝑmū dixit. QVID exii B
ſtis in deſertum uidere. Idq; ideo dixit:ꝙ oēs q aderant / ad Ioannē dū in deſerto baptizaret:no Textus.
uerat exiuiſſe:q̄uis nō oēs ab eo baptiſmū accepiſſent : ꝑſertim legis periti & phariſei:cū itaq; Explanatio
diſcipulos Ioannis poſteaq̄ miraculoꝝ teſtimonio corā turbis aſtātib⁹ eos cōfirmauerat ad illū litteræ.
remiſiſſet:uolēs(ut par erat)de ipſo quoq; teſtimoniū ꝑhibere:aſtātes oēs interrogauit:cur ex
ciuitatib⁹ & uicis in deſertū ad Ioannē uidēdū exiuiſſent:nōnullos quippe de ipſi⁹ Ioānis ſancti
Io.vii. tate/atq; auctoritate dubitaſſe nouerat/ꝑſertim phariſeos/& legis ꝑitiores:& fortaſſis aliquos
eoꝝ(ut fieri aſſolet)de eo mordic⁹ dixiſſe/ꝙ erat arūdo agitata uēto/hoc eſt hō uacuus gr̄a/&
uirtute/agitat⁹ humana gloria/uel dæmoniaco ſpū:ſicut & de ipſo Saluatore poſtea dixerūt:
ꝙ ſamaritanus erat & dæmoniū habebat.Igit̄ hanc uel ambiguitatē uel impiā falſamq; opinio
nē tacite/refellere uoluit p id qđ tertio ſubiungit loco:& fortaſſis iſte mos erat iudeis: hoc lo/
quēdi gñe taxare uacuos hoīes:q paruo uēto.ſ.inanis gloriæ/uel temeritatis mouent̄/atq; agi
iiii.reg. tant̄:uel etiā inanes & futiles ſolā hñtes uirtutis umbrā atq; oſtētationē:ſicut de regib⁹ ægypti
xviii. legit̄:ꝙ eos Aſſirii uocabāt:baculos arundines.Et hoc quoq; nomine per ꝓphetā uocauit deus
Oſe.xx Pharaonē. ¶ Perinde eſt igit̄ ac ſi dixiſſet:putatis ne Ioannē/quē tam cupide exiiſtis uidere/ C
xvi. eſſe leuē hoīem & uētoſum:q nihil interi⁹ habeat uirtutis:ſed uēto iactātiæ/aut humanæ glo/
Ezecch. riæ/diabolicæ ue ſuggeſtiōis/agitet̄:aut quē uētus humanarū ꝑſecutionū facile poſſit a ſuſce
xxix. pto offō/rectaq; fide dimouere:ſicut in libro Regū p metaphorā dr̄:Percutiet dñs Iſrael ſicut
ii.Reg. moueri ſolet arūdo in aqua.Cui ſane interrogationi eiuſmodi reſpōſionem ſubaudiri conue/
xiiii. nit nō eſt profecto talis:dehinc pari ratione interrogat:Sed quid exiiſtis uidere/an fortaſſis pu
Lu.xvi. tatis hunc Ioannē ueſtitū eſſe purpura & byſſo:quēadmodū de illo Epulone legimus & ꝓinde
Act.xii humana poteſtate/uel pōpa glorioſum. Ad hos enim uidētes accurrere ſolet turba uulgaris:il
loſq; ex eo admirari:ſicut de Herode in actib⁹ Apl̄oꝝ legit̄. Atq; utinā non ut ſacerdotes/ac re
ligioſi cæteriq;/qui aliis prudētia atq; ſanctitate ꝑſtare uident̄. Porro ad hanc interrogationē
ſequētia uerba cōcinantur:perindeq; eſt ac ſi ſubiūxiſſet: Non eſt iſte ex purpuratis/ aulicuſq;
principum:qui pellibus pilis ue camelloꝝ corpis tñ partem contegit. Profecto qui talem ui/
rum in deſerto quærūt:errāt maxime. Tales enim nō in eremo/uaſtaq; ſolitudine deſerto ue
loco/morari ſolent ſed in domib⁹ regū & principū uitā agunt:ingnatā ſcilicet/mollem & lu/
xurioſam. Siue molliciem ad ueſtitum referas iuxta litteralē ſenſum/ſiue ad mores & animū Mollicies qd
iuxta myſticum:uel etiam ad ſermonē adulatorium/aut effeminatū iuxta moralē. Ad hæc eñ
Prouer. oīa mollicies refert̄. Vnde in ꝓuerbiis legit̄:Qui mollis & diſſolut⁹ eſt in opere ſuo/frater eſt
xviii. ſua opa diſſipantis. & de his dicit Apl̄s:ꝙ non introibūt in regnū cælorum. Hæc autem molli/
i.ad co/ cies(ut hoc loco dicit Saluator)aulas principum inhabitat/& eorū ſcilicet/qui luxui indulgēt/
rin.vi. diſſolutamq; agunt uitam:qđ in tanta licentia & rerum oīum tpalium affluētia uitare eſt per/
Matth. difficile. Et ꝓinde in uitā æternā ingredi:quēadmodū de diuitib⁹ alio loco Saluator ipſe indiffe
xix. & renter aſſeruit. ¶ Fortitudinem igitur conſtantiamq; Ioannis ex metaphora/& cōtinentiam
Mar.x. uitæq; auſteritatem ex ueſtitu/per abnegationē oſtēdere Saluator uoluit:dum ea/quæ his con
traria ſunt/ab eo excluſit. Quæ ſane omnia:dū de ipſius præcurſoris uictu/ueſtitu/moribuſq;
tractaremus/etiam iuxta moralem ſenſum abunde ſunt diſcuſſa. ¶ At qui poſt hæc ironice D
& abnegatiue dicta/nūc rurſus & tertio interrogās ueritatē exprimit dicens: Sed quid exiiſtis
uidere ꝓphetam:etiam dico uobis plus q̄ ꝓphetam:& quæ ſequunt̄. Ex qbus qdem uerbis ſatis
aperte(ni fallor)oſtēdit̄/cætera/quæ de Ioanne abnegatiue dixerat/ab æmulis & malignis in
eū iuecta fuiſſe:in ei⁹ iniuriā & famæ denigrationē. Idq; ex ſequētib⁹ Lucæ uerbis fit ꝑſpicuū.
Ait eñ: ECCE uenit Ioannes nō mādu cās/neq; bibēs:& dicūt:Dæmoniū habet. ¶ Quod aūt Textus.
nunc dicit interrogās:a ſectatorib⁹ ipſius ꝓcurſoris/eiuſq; ſtudioſis dictū in ei⁹ laudē/ſed min⁹

ſua laude dignum præſupponit. Propterea hoc non reprobat ſicut duo præcedentia: ſed con/
Textus. firmando ampliat / atq; magnificat. VTIQVE (inquit) dico uobis etiam plus q̄ ꝓphetā: uel
E etiā dico uobis ſicut Mattheus refert: quod idē eſt. ¶ Huius igit᷑ ſermonis hic eſt ſenſus: quidā
Explanatio ex uobis dicunt eum eſſe arundinē uento agitatam / ideſt uanū & leuē / atq; inconſtātē. Nōnulli
litteræ. hoiem mollibus ueſtitū / ideſt hypocritā / uel irriſiue gloriæ appetentē: & hi male peſſimeq; di
cūt. Pleriq; uero illū ꝓphetā exiſtimāt: & hi uere recteq; ſentiūt. Sed ego / q eū melius oibus co
gnoſco / amplius de eo dicere uolo: quo detractores cōfundant᷑ / & laudatores ampliorē habeāt
Textus. laudandi materiā. DICO igit᷑ uobis: etiā plus q̄ ꝓphetā Hoc aūt ut cōprobet / qua rōne dixit /
oſtendit: dicens: Hic eſt enim / de quo ſcriptum eſt: ecce ego mitto angelum meum ante faciem
tuam / qui præparabit uiā tuam ante te. ac ſi diceret: Cæteri ꝓphetæ aduentū meū de lōge Spū
Sancto reuelante præuiderunt / uenturūq; uariis figuris / uaticiniiſq; ꝑdixerunt. Hic uero ante
faciem meam eſt præmiſſus: ut mihi iam incarnato / & inter homines uerſanti uiā præpararet.
Quæ ſane uerba cum in p̄mo huius capitis tractatu abūde diſcuſſa fuerint non examinabimꝰ
F ulterius. ¶ Sed quo maiorū dignitatum ſublimitatem & diuinæ gratiæ exuberantē in eo lar/
Textus. gitatē oſtendat: ſubiungit: DICO enim uobis maior inter natos mulierū Propheta Ioāne Ba
ptiſta nemo eſt. Mattheus uero in hiſce uerbis uariare nonnihil uidetur. Ait enim: Amen di/
co uobis: non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta. Lucas itaq; dixit ꝓpheta:
quod non dixit Mattheus. Ille inſuper dixit: Non eſt. hic non ſurrexit. Verū idem utrobiq; eſt
ſenſus. Si enim nomen illud ꝓpheta / in ablatiuo caſu accipiamus / & ad ipſum Ioannem refera
mus / talis eſt ſenſus: Nullus eſt inter natos mulierū maior Ioanne baptiſta. qui (ut diximꝰ) eſt
ꝓpheta. Si uero in noīatiuo accipe uelimus / qd᷑ litteræ magis cōgruū uidet᷑ / ſenſus erit: Nullus
ꝓpheta / ſeu nullus ꝓphetarū / eſt maior Ioāne Baptiſta. Idq; ea rōne dictū a Luca exiſtimari po
teſt: qa de ꝓphetis ſermo erat: quo ex numero hūc eſſe Saluator dixit: ſed ꝓrogatiua ampliore.
Non eo tñ minus eū ſanctiſſimo & maximo cuiq; hoium æquare uoluit. Quotquot enim ante
Prophetiæ hūc fuere in ueteri teſtō uiri ſancti / a deoq; præ cæteris electi: quoſq; iudei ſummis extolebant
ſpūm omnes ꝓconiis / hos prophetiæ ſpūm habuiſſe cōſtat / ideſt ex reuelatione diuina futura ꝑdixiſſe. præ/
ſancti patres uidiſſeq;. Adam quippe p̄mus oium cūctis rebus & uxori in primis / nomē a re uel effectu / pro/ Geñ.ii.
habuerunt. prietateq; impoſuit. Noe diluuium deo denuntiante præuidit. Abrae quoq; multa deus ipſe re
uelauit. Sed illud / quod eſt omnium maximū / ex ſuo ſemine Meſſiam naſciturum: ſed & cæte Geñ.vi.
ros patriarchas cōplura pari reuelatione didiciſſe / ſacrarum litterarum teſtimonia extant locu vii. viii.
pletiſſima. De Moyſe uero nihil eſt certius. Dauid autem per antonomaſiā Propheta nomina Ge.xxii
tur. Reliquos uero / quos antiquitas coluit / quiq; apud oēs ſunt celebratiſſimi / planū eſt ꝓphe/
tas fuiſſe. Qui ergo Ioanni nullū ꝓtulit ꝓphetarū: ne aliū qdē oīno hoiem ꝓferendū iudicauit.
G ¶ Vel de ꝓphetis iccirco Lucas fecit mentionem: ut ſeipm & Mariā matrem ſuā uniuerſali hac
locutione excludendos oſtēderet: quos lōge ſupra ꝓphetarū ordinem eminere certo certiꝰ eſt.
Hos tamē alia rōne nō cōpræhēſos ſacri doctores tradūt: tūt q dicit: Inter natos / & ꝓinde ad ma
ſculos ſermo refert᷑: ita ut Mariā uerboꝝ natura nō includat. De mulieribꝰ quoq; natꝰ nō dicit᷑
Chriſtꝰ / q de uirgine natꝰ eſt: nec loquētis pſona in ſermone gñali & effuſo cōpræhēdi ſolet: q
cū abūde ab aliis tacta ſint: nō ꝓſequemur. ¶ Quod aūt Lucas uerbo pñtis tpis / nō eſt / utitur
Mattheꝰ uero ꝓteriti nō ſurrexit: nullā habet diſſonātiā. Quos eñ ſcd̄m naturā in carne uiuē/
tes per diuinā inſpirationē ſurrexiſſe / & ad ſublimia cæleſtiū ſacroꝝ cōſcendiſſe ille dixit: q tñ
Viuere dicit᷑ naturæ iura pſoluerant / hos Mattheus ſignificat extare p gr̄am: ſicut Saluator ipſe cū in cha/
q in dei gr̄a ritate uita functos / uiuere / & proinde extare aſſereret: Moyſi teſtimonio utens dixit: Et moy/
ex hac uita ſes oſtendit ſecus rubum ſicut dixit: Dominū deum Abraam / & deum Iſaac / & deū Iacob. Deꝰ Lu.xx.
deceſſerit. autem nō eſt mortuorū ſed uiuorū. Oēs enī uiunt ei. De his itaq; ꝓphetis intellexit Chriſtꝰ:
qui deo qdē uiuebāt / q̄uis naturali morte eſſent cōſumpti: quādoquidē (ut paulo ante diximus)
in carne propheta nullus uel tunc extaret: uel ante annos plurimos uiſus fuiſſet. Aequales aūt
nō negat extitiſſe: tāetſi ſingularibus prærogatiuis iſte claruerit non paucis. ¶ Verum magni
tudo iſta ex quibus conſtet: quiq; adequari tam excellenti uiro pertingere potuerint ſolus il
H le intelligit: qui ſolus nouit quos elegerit & præelegerit. ¶ Huius autem præcipua priuile/
gia ex his potiſſimum / quæ hoc loco Saluator expræſſit / ſunt perſpicua. Nam præter ea / quæ
multis ante ſanctis fuere cōia / hic qd᷑ de alio noie legis / plus q̄ ꝓpheta a Saluatore ipſo noiat᷑.
Ioannis præ Inſuper ab alis prophetis nuntiatus eſt Angeli nomine / Saluatoris ꝓcurſor futurꝰ: & non mō
curſoris ꝓro ante eū uēturꝰ / ſed ante eiꝰ faciē (ut ſuo loco explanatū fuit) iturus / & uiā deniq; illi præparatu
gatiuæ. rus. Hic ꝓterea dei ipſꝰ teſtimonio maiorē habuit gr̄a & dignitate neminē. ¶ Adde q hūc ipm
Helyam / qui inter prophetas habetur maximus / ex uitæ ſimilitudine necnon officii uirtutiſq;
& gratiæ

& gratiæ paritatē uocauit. Et ꝙ ad comprobandam eius excellentiā/prophetarum quoq; teſti/
monia citauit: ꝙq; illi in uiſibilibus formis apertius ꝗ alii cuiꝗ/tota ſeſe trinitas manifeſtauit: &
Act.i.ii. inſupēr eius unius teſtimonio aduentum ſuum uniuerſo iudaico populo ſatis credidit eſſe te/
x.&.xiii ſtatum: cū tamē cæterarum actionum ſuarū/mortiſq; & reſurrectionis teſtes uoluerit eſſe plu
Io.v. rimos: quimmo cum a iudeis argueref/ꝙ teſtimoniū perhiberet de ſeipſo: ipſius Ioannis atte/
ſtationem nō eſt aſpernat⁹. Ait eñ/ Vos miſiſtis ad Ioānē/& teſtimoniū ꝑhibuit ueritati. Q đ
uero ſubdidit: maiorē adhuc Ioanni ꝓſtat auctoritatē. Ait enim. Ego aūt nō ab hoie teſtimoniū
accipio: ſed habeo teſtimoniū maius Ioanne. ac ſi diceret: ſi cuiuſꝗ hois teſtimonio uti uellem:
hic unus præ cæteris ſatis eſſet. Cæterū neq; illius/neq; alteri⁹ cuiuſꝗ teſtimonio mihi eſt op⁹:
quia deum ipſum teſtem habeo. ¶ In hanc quoq; ſententiam ſubiungit: Sed hoc dico/ut uos A
ſalui ſitis. Quæ quidem uerba hunc ſenſum habēt: ꝗuis hoīum teſtimonio nō indigeam: ut. ſ.
meam ꝓbem diuinitatē quæ mihi ipſi & patri ſatis eſt nota. Ioannis tñ teſtimonio utor: ut dum
Mat.v. illi creditis: ſalui fiatis. Credere aūt uos oportet illi qui eſt lucerna ardens & lucēs. Hoc enim & Lucerna ar/
de eo ibi adiecit: qđ de alio dixiſſe/ſcriptura nō tradit: ꝗuis eñ ad Apl'os dixerit: Vos eſtis lux dens & lucēs
mūdi: & ꝑinde illos lucernas ardentes uocauerit: nō tñ ardentes ſimul & lucētes. Neutrū enim quid.
Mat.vi. ad ꝑfectā charitatē per ſe ſatis eſt. Quippe nōnulli cæteris lumen ꝓbuerūt exterius: ꝗ calore/
Luc.xi. feruoreq; charitatis caruerūt interi⁹: de qb⁹ dicit Saluator. Vide ergo ne lumē/quod in te eſt. ſ.
Matth. doctrinæ uel dignitatis/quo cæteri illuminanf/tenebræ ſint. ſ. ꝗtū ad te ex defectu radicis fi/
xxiii. dei uel charitatis. Et de his etiā dicit: Quæ dicūt uobis facite: nolite aūt facere ſcđm opera eo/
Ad ro.ii rum. Et Apl's: Qui ergo alium doces te non doces/& quæ ſequunf: præter hæc uero/quæ ꝓci/
pua in Ioāne dixim⁹/alia nō minora uiſa ſunt/ſcilicet in eius cōceptu & ortu: & in Mariæ uiſi/
tatione. ¶ Verū ne dū effuſo ſermone tātope Ioannē extollit: huic diuinos honores tribuiſſe B
uidereƒ: & Chriſtū ac Meſſiam aut illi ꝑtāte parē eſſe/interpretari quiſꝗ poſſet: ꝓtinus adie/
cit: Q VI aūt minor eſt in regno cæloꝝ/maior eſt illo. Quæ qdem uerba: nōnulli propter ſe/
metipſum dixiſſe interpretanƒ: qui & ſi opinione hoīum in Eccleſia militante minor habere/
tur: maior tamē erat in ueritate. Nos uero cōi uerborum intelligentiæ cū reliquis inhærēdum Explanatio
putamus: quæ & planū & uerſſimū habēt ſenſum. Quippe qui ꝑ grām regni cæleſtis perpetui litteræ.
ꝑs.viii. a ſua creatione ciues ſunt effecti/quales ſunt angeli/quocunq; homine natura ſunt digniores:
ita ut de Saluatore ipſo dixerit Propheta: Minuiſti eum paulo minus ab Angelis. Sed & hi ꝗ ex
hac mortali uita in patriam ſunt aſſumpti: tāetſi pleriſq; adhuc mortalib⁹ merito eſſe poſſint
inferiores. Statu tamen & certitudine præmii/maiores ſunt & digniores: quātū/ſcilicet uiato/
re compræhēſor/pugnāte uictor/militante & proficiente ꝑfectus. ¶ Idq; iuxta ſpūalē ſenſum
nobis exprimit: nullum in ſtatu ꝑficientiū quātiſcunq; uirtutibus/meritiſq;/aut doctrina/uel C
grā/ꝑfulgeat: ulli ꝑfectionis gradū adepto æquari debere. Q đ qdē uere ſancti religioſiq; uiri In ſtatu ꝑfi/
ſeruant accuratiſſime. Quippe qui quo maiore ſunt grā/uirtuteq; ꝓditi/& fama celebriores: cientiū cōſti/
tanto maiorē ꝓlatis etiā indignis & ignauis exhibent reuerentiam/atq; obedientiā. Qui uero tut⁹ exiſtenti
phariſeoꝝ fermēto ſunt infecti: hi & ꝑſonas ꝓlatoꝝ diffamāt: & detrahūt dignitati: ſicut iam in ſtatu ꝑfe/
crebro pro locoꝝ opportunitate deduxim⁹. ¶ Sed & ex alio huius ꝓcurſoris laus & ꝓrogatiua ctiori æquari
notatur: quod Mattheus ꝓcedentibus adiecit dicens: A DIEBVS Ioannis Baptiſtæ uſq; nūc/ non debet.
regnum cæloꝝ uim patitur: ac ſi diceret: poſtꝗ Ioannes in carnē uenit: tanta lux mūdo efulſit: D
tantaq; facta eſt diuinæ gratiæ ꝓfuſio: ut uulgari modo loquendo/regnū cæloꝝ uim patiaƒ: ra Textus.
piaturq; contra legis diuinæ rigorē potētia & fortitudine ſupabūdantis miſericordiæ. Ab ipſo Explanatio
etenim. i. ex eius tpe lex grāæ initium ſumpſit. Et ꝗuis eadē tēpeſtate īnumerabilis in orbe exta litteræ.
ret hoīum multitudo: nemo tñ ꝓter hunc redemptionis nr̄æ miniſter fuit & ipſius Saluatoris/
ꝓcurſor/eiuſq; uiæ præparator. Quoꝝ ſane myſterioꝝ rōne ſalutis redēptioīſq; humanæ/nō
mō ꝑticeps: uerūetiā coopator dici haud īmerito pōt: qđ alii cōtigit oino nemini. Ex his quoq;
uerbis illud cōfirmare poſſum⁹: qđ alio loco ad moralē ſenſum a nobis eſt traditū: ſtatū. ſ. ꝑfi/
cientiū ita ꝑfectorum ſtatum ſubintrare: ut extremus illius primum huius gradū attingat: &
finis proficientis initium ſit perfecti. ¶ Sed quo pacto cælorum regno uis ex lege gratiæ ſit il E
lata: pulchrū eſt intelligere. Enimuero plurib⁹ id demōſtrari ſolet rōnib⁹ & argumētis. Atq; in Quō regnū
ꝓmis illud commemoraƒ: ꝙ eos/ꝗ cæloꝝ regno maxime indigni iudicabanƒ: quoſq; præ cæte cælorū uim
ris lex diuina iudicabat excludēdos/utpote publicanos/meretrices/latrones/hōicidas/īmo & patitur.
Matth. idolatras & gētiles/ſanguinæ ſctōꝝ cōmaculatos/& ſacræ religiōis ꝑſecutores: hos (pulſis re
viii.&.x gni ipſi⁹ ex deſtinatiōe ꝓmaria hr̄dib⁹) in regno cæloꝝ ꝓmatū obtinere uidem⁹: cæterorūq; iu
xii. dices effectos: & ad ſecretiora dei ipſi⁹ conſilia ſelectos/atq; aſſūptos: ꝗ/ꝗ maior uis excogitari
Eſa.ix. pōt: ne dicā rapina atq; iniuria. Hæc eſt eñ uiolēta ꝓdatio cū tumultu/quā fore prædixit Eſaias

ꝝ iii

eum de Saluatoris natiuitate ꝓphetaret: & illa rapina de qua idem ipſe dicit: Claudi diripient Eſaiæ
rapiná. Hoc aũt in tp̃e legis & ꝓphetaꝝ nequaq̃ factũ eſt. Dura quippe & acerba lex fuit ꝑ quá xxxiii.
iuſtificari nemo potuit: in eaq; ſeruáda / & cuſtodiendis cærimoniis / difficultas erat maxima. In
illis uero cõtemnendis periculũ ꝓtaneum & uindicta acerbiſſima. Quas oẽs difficultates / pe/
riculaq; / nouæ legis abſtulit máſuetudo: ita ut gratis per grãm iuſtificati ſimus abſq; opibus le
E gis: ſicut argumẽtis rõnibuſq; plurimis ꝓbat Apl̃s. ¶ Hæc aũt Saluatoris uerba ita eſſe intelli/ Ad Ro.
Textus. genda / ex alio cõprobat: dum dicit: OMNES enim ꝓphetæ & lex uſq; ad Ioannem ꝓphetarũt. iii. & ad
Quæ qdem uerba in alio ſermone / quẽ ad iudeos habuit / præpoſterauit. Cum enim nõnulla in Hebre.
parabolis ꝓnarraſſet / & phariſei illum irriderẽt: ait illis: Vos eſtis / qui iuſtificatis uoſmetipſos ix. & x.
corá hoibus. ſ. per opa legis exteriora. Deus aũt nouit corda ueſtra: qa qđ hoib⁹ altũ eſt: abomi Luc. xvi
natio eſt ante deũ / ideſt qđ in obſeruátiá legis facitis gloriátes / deus non ad meritũ accipit: ſed
ad interitũ: ſicut de illo teſtat̃ Saluator ipſe q dicebat: Gratias ago tibi dñe: qa nõ ſum ſicut cæ Lucæ
teri hoium &c. Et iuxta myſticũ ſenſum diues ille / qui induebat̃ purpura & biſſo / & epulabat̃ xviii.
F quotidie ſplendide / ſynagogá ipſam legalium cærimoniarũ obſeruátia gloriantẽ repræſentat. Lu. xvi.
Textus. ¶ Poſt ꝑdicta igit̃ uerba ſupradicto loco ꝓſequit̃ Saluator dicẽs: LEX & ꝓphetæ uſq; ad Ioá/
Explanatio litteræ. nem / ideſt obſeruátia legaliũ ꝑ / quá pr̃es ueſtri ſaluabant̃ / ꝑuenit uſq; ad tp̃a Ioannis. Ex eo
aũt / ideſt poſtq̃ ipſe uenit: regnũ dei euágelizat̃: ut omnis in illud uim faciat / ideſt aperitur uia
grãæ / per quá qcunq; uult / inferre uim regno dei põt. ſ. pœnitẽdo Hoc enim unũ ꝑdicauit Ioan
nes / & initium ꝑdicationi Saluatoris fuit: ſicuti in ſupiorib⁹ fuit oſtẽſum. Hæc itaq; uerba / quæ
de Ioanne loquẽs Saluator apud Mattheũ exꝓſſit / & apud Lucá præpoſterato ordine alio loco
& tp̃e iterauit: ita intelligi recte ꝓñt: q̃uis & in alium ſenſum nõnulli interprætent̃: qui ab hoc
ipſo nihil differt: ut qđ dicit̃: Lex & ꝓphetæ uſq; ad Ioannẽ: ad Chriſti aduentum referat̃ / ac ſi
diceret: Oĩa / quæ in lege & ꝓphetis ſcripta ſunt / in aduẽtu Ioannis / quem illico Chriſti aduen
tus eſt ſubſecut⁹ cõſumata fuere. Ex nũc uero euágelica lex cœpit: q uim infert cæloꝝ regno.
¶ Cæterũ hæc uis q̃uis ſit multiplex: ex duplici tñ capite cõſiderari põt: ex parte. ſ. dei primũ.
Conſequẽter uero ex parte nr̃i: tãetſi deo oĩs boni autori utrunq; ſit (ut ſæpe iam dictum eſt)
tribuendũ. Sed uti utriuſq; actus cõſiderat̃: diſtingui alter ab altero põt. Immo & uterq; eſt ne/
ceſſarius: ſine noſtra etenim uolũtate cõi lege ſaluare nos ipſe nequiret: huius rei cauſa utrunq;
Textus. hoc loco Mattheus poſuit: REGNVM (inqt) celoꝝ uim patitur / & uiolenti rapiunt illud. Ex
Chriſt⁹ qũo uim itulit legi. parte itaq; dei uis eſt illata regno cæloꝝ: cũ ipſe dei fili⁹ ſup oẽm humaná rõnem / ſupraq; me/
ritum nr̃m: ex pr̃is ſinu (ut cõib⁹ atq; uſitatis utamur uocabulis) in uterũ uirginis deſcendẽs cor
pus aſſumpſit aiatum: in quo / qđ a diuina natura penit⁹ eſt alienũ / paſſibilis factus eſt & morta
lis. Quá ſane uiolentiá inferri deſiderabat Eſaias: cum ad uerbũ diuinũ uerba referẽs dicebat: Eſaiæ
Vtinam diſrũpens cælos & deſcẽderes. Vbi uero iá illũ in ſpũ uenturum præuidit: rurſus ait: lxiii.
G Cũ uenerit q̃ſi fluuius uiolentus: quẽ ſpũs dñi cogit. ¶ Vim quoq; intulit legi iuſtitiæ naſcens Eſa. lix.
Chriſt⁹: qa hoiem ꝑ pct̃m iure dánatũ / miſericordiæ potẽtia iuſtificauit: chyrographũq; pecca
ti in humana qdẽ forma / ſed nõ in humana uirtute ab infernoꝝ poteſtatib⁹ extorſit: expolians
ꝑncipatus & ptãtes: ſicut dicit Apl̃s. De qua qdem uiolentia illud quoq; intelligi põt / qđ Eſaias Ad col.
alio loco dixit: Et diuidet fortiũ ſpolia pro eo q; dedit in mortẽ aiam ſuá. Et hic ille eſt fortiſſi/ ii.
mus ꝑnceps: q fortem armatũ uicit / uniuerſaq; eius arma / in qbus cõfidebat / abſtulit: & ſpolia Eſa. liii.
eius diſtribuit. Qua enim uirtute inferna ſpoliauit eadem & cælos diſrupit: oclũſaſq; humano
generi paradiſi portas pari impetu cõfregit / atq; ꝓſtrauit: peruiumq; iter ſalutis humano ge/ Luc. xi.
neri ſuo ſanguine fecit. Sed & alio modo uim regno cæloꝝ intulit: q nõ ſolũ uolentes ad illud
H admiſit: uerũetiam nolentes intrare cõpulit. ¶ Ex parte uero nr̃a uim inferre oportet / naturæ Lu. xiiii
ꝑmũ & inſidiatori deinde diabolo. Naturæ qdẽ / ut ea oĩa q̃ ſenſualis appetit⁹ deſiderat / reſpua
mus / & nõ mõ nr̃a / ſed & noſmetipſos abnegem⁹ / corpuſq; nr̃m redigamus in ſeruitutẽ. Alio i. ad co/
quoq; mõ uoſmetipſos uincim⁹ / cũ ꝑ fidẽ ad ea credẽda mẽtẽ uolũtatẽq; nr̃am cogim⁹: q̃ cape rin. ix.
neqt itellect⁹. Hæc eñ (ut Apl̃s ait) eſt uictoria q̃ uincit mũdũ fides nr̃a. Quis ẽ eñ q uincit mũ Lu. xiii.
dũ / niſi q credit qm̃ Ieſus eſt fili⁹ dei. Hac ſane cõtentione atq; impꝛſſione intrare nos oportet ꝑ i. Io. v.
anguſtá cæli portá. Et ꝓterea magnis ꝑcib⁹ Chriſt⁹ / q nr̃a eſt ſalus & uita æterna / cogẽdus ut no Lucæ
biſcũ maneat: ſicut duo illi diſcipuli in Emaus eũtes fecerũt. His plane artibus cũ pene addicti xxiiii.
fuerim⁹ ꝑ culpá / ꝑmia æterna cõſequemur ꝑ grãm: ipſumq; deũ cogim⁹: eá (quá cõminádo in nos Ioá. iii.
tulerat) ſñiam reuocare: ſicut de Niniuitis / de Ezechia / & Dauid / deq; cæteris pleriſq; ſacra te/ iiii. reg.
ſtat̃ hyſtoria & Moyſes præ cæteris teſtimoniũ affert locupletiſſimũ: q pene iam a deo dánatũ xx.
populũ hebraicũ ꝑcib⁹ & interpellatione improba impẽdenti eripuit ſupplicio. Iacob quoq; cũ Geneſis
